

LUDOVICI ANTONII
MURATORII
OPERA OMNIA.

ПИОТИА РИВОУ
ПІДОТАЛІН
РІВНО НЯНЮ

A N T I Q U I T A T E S
I T A L I C A E
M E D I I A E V I ,
S I V E
D I S S E R T A T I O N E S

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate, Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referentibus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

O M N I A I L L U S T R A N T U R E T C O N F I R M A N T U R
I N G E N T I C O P I A D I P L O M A T U M
E T C H A R T A R U M V E T E R U M ,

Nunc primū ex Archivis Italiæ depromtarum,
A D D I T I S E T I A M
N U M M I S , C H R O N I C I S , A L I I S Q U E M O N U M E N T I S
N U N Q U A M A N T E A E D I T I S .

A U C T O R E
LUDOVICO ANTONIO MURATORIO
S E R E N I S S I M I D U C I S M U T I N A E
B I B L I O T H E C A E P R A E F E C T O .

*Arretino Seminario & Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopalibus
alteram hanc editionem curantibus.*

T O M U S S E X T U S .



A R R E T I I M D C C L X X V .
Typis MICHAELIS BELLOTTI Impress. Episcop. sub signo PETRARCAE.

S U P E R I O R I B U S P E R M I T T E N T I B U S .

СВЯТАГО ОТПАСА
ДАВИДА ПР.
БОГОСЛОВА

ЗАКОЛКА ТЯЖЕЛА

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.

Святой Давид, охрани нас от злых врагов
и от опасности, и от смерти.


DE DIVERSIS
PECUNIAE
GENERIBUS,
QUAE APUD VETERES IN USU FUERE.
DISSERTATIO
VIGESIMA OCTAVA.

Слово о поле
Богдана и Янки
Славянской
Печати
Славянской



DISSESTITO

VIGESIMA OCTAVA.



Uam ego nunc mihi propono materiem, levi brachio, utique fanteor, sum pertransitatus. Argumentum enim perquam vastum plus otii exigeret, atque in justum Librum excrescere facile posset. Ut ergo aliquam Lector habeat notitiam Pecuniae, quae barbaricis Seculis in usu fuit, haec pauca edisseram. Ut apud Romanos, ita & apud Italicos Reges Gothos, Langobardos, Francos, & Germanos, triplici pecuniac specie publicum commercium peragebatur, *aurea* scilicet, *argentea*, atque *aerea*, uti in praecedenti Dissertatione ex Cassiodori verbis ostendi. Aliquando etiam fuerunt & Nummi, quales aevo nostro, ex aere & argento mixto conflati. Nullum autem usitatus nummorum genus antiquitus fuit, quam *Solidorum*. Erant Aurei primo; deinde fuerunt & Argentei; eorumque appellatio ante Constantini Magni tempora invaluit.

A | Vide Codicem Theodosianum. Ibi non una in Lege *Solidorum* mentio habetur. Ibique de eorum pondere & aestimatione non temel agitur. Certum est, tunc nonnisi Aureos fuisse: idque evincunt diserta Imperatorum verba. Quare qui Solidum tunc dicebat, *Aureum* significabat. In Libello de Mensuris antiqui Scriptoris Anonymi apud Goësium, inter Scriptores de Re Agraria, legitur: *Duodecim unciae Libram, viginti Solidos continentem, efficiunt.* Sed veteres Solidum, qui nunc *Aureus* dicitur, nuncupabant. Et diu quidem perduravit in Italia Solidorum, sive Aureorum nomen & usus. An & ipsi Langobardi Reges in suis Legibus ad infligendam poenam Legum contemtoribus passim Solidorum nomine usi, *Aureos* significarint, incertum est mihi. Certum contra arbitror Langobardis quoque regnantibus fuisse Solidos ex auro in Italia usurpatos. Cujus rei testem habeo nobilem Chartam, quam ego olim ex insigni Archivo Lucensis Archiepiscopii describerebam, ubi (quod est in tanta antiquitate rarum apud

C |

Ita-

Italos) autographa membrana adser-
vatur. Ibi verò fit mentio Walperti
gloriosi Ducis, cuius auctoritas incer-
tum est, num in Urbe & Comitatu
Lucensi concluderetur, an etiam se

A protenderet super universam Tusciam
Langobardorum, cujus caput Luca
fuit. Hac de re vide Dissertationem
V. de *Ducibus*.

Venditio domus ac terrarum facta Walpero Duci Urbis Lucensis
a Lupo Viro Honorabili, Anno 736.

IN nomine Domini Dei Salvatoris no-
stri Jesu Christi. Regnante Domno
nostro Liutprand viro excellentissimo Rege
Anno Regni ejus Vicensimo Quarto, &
precellentissimo Nepote ejus Domno nostro
Hilprand Rege Anno Primo, Mense
Martio, Indictione IV. Constat, me Lupo
Vir Honorabilis vinditor, filio quondam
Audoald, habitatore Castello Uisti, ideo
has die vendidisset, tradedit & tradi-
disset & tradedit vobis Domno Walpert
glorioso Duci per Misso vestro Fusio,
idest Casa, ubi manere video, res.....
anillas, vineis, campis, silvis, cultum
adque incultum, mobile vel immobile,
omnia & ex omnibus, de quantam ad
manum mea habere visus sum in inte-
grum vobis tradedit & suscepit ad vos
Domno Walpert gloriose Duci pro Misso
vestro Fusio premium placitum & defini-
tum Auri Solidos vigenti, ... in do-
minio & in vestra, cui supra tradedi-
mus esse potestatem possedendum
abeas, teneas, atque possedeas, ed ad
tuos posteros derelinquendum liveram ha-
beas potestatem. Et quod non credo, si
ego Lupo Vir Honorabilis vinditor, seu
heredibus aliqua sopolita persona
vobis ipsa vinditionem subtragere value-
rit, vobis eam vienime defensare non
potuerimus seu heredibus meis, conponet
vobis vel ad heredibus vestris dubia con-
ditionem meliorata rem & cartula vin-
ditionis in sua permaneat firmitatem.
Quam verò cartula vinditionis mee Deo-
dati Notario rescrevendam rogavi, &

B super manum meam proprium Sancte
Crucis signum fecit, & testes ut subscri-
verent vel signum facerent conrogavit
in Mense suprascripto per Indictione su-
prascripta.

† Signum Lopi... vinditori qui...

† Signum manus Teupertum filio
quondam Rachis de Luca testis.

C Ego Deedatus Notarius hanc cartulam
vinditionis post traditam complevit &
dedit.

Uti jampridem Florentinus in
Monument. Comitissae Mathildis ani-
madvertit, & post eum Pagius in Cri-
tic. Baron. ex hisce notis Chronolo-
gicis eluet, Hilprandum, sive Hil-
deprandum, Liutprandi Regis Nepotem,
non Anno DCCXL. (quod Sigonius
tradidit) sed quidem Anno DCC-
XXXVI. seu potius DCCXXXV. con-
sortem Regni fuisse datum Liutpran-
do Regi. Quaestionem hanc fusius a
me agitatam habes in Dissertatione
XIV. de Servis. Heic autem memo-
ratos videmus auri Solidos viginti.

D

Testantem quoque habeo Grimaldum
infra laudandum, in Vaticana Biblio-
theca Instrumentum adservari anti-
quissimum in papyro Aegyptiaca scri-
ptum, qui Clariss. Virum Marchio-
nem Scipionem Maffejum fugit, ubi
commemorantur aurei Solidi, domi-
nici, probati, obrizati, optimi, pensan-
tes, integri ponderis, singulares numero,
super venditione sex unciarum fundi Ge-
niciani. Actum Ravennae per Julianum

E

Fo-

Forum Civitatis Ravennae Scriptorem. Testes Eusebius Adinscutorius, Florentinus ex Praefectis (aut Expraefectus) Pistorum, Oaeriscus Probus ex Primiceriis Nomenclatorum (vel Exprimicerius), Petrus Collistar. ante custodiam oarcerum. Ita in aliis papyris ab eodem Marchione Maffeo editis legimus aurii Solidos dominicos, probatos, obrizatos, optimos, pensantes. At nunc peto ego, si praeter Aureum nullus alias Solidus agnoscebat, hoc est si nondum erant Argentei Solidi: cur Solidos Auri heic memoratos vides, quum Solidos tantum nominare satis fuisset? Quoties nunc dicimus una Dobra, uno Zecchino, un' Unghero, non addimus d' oro, quia non nisi ex Auro Nummi isti cuduntur. Et certe quo tempore in usu fuere Solidi

A duntaxat Aurei, uno Solidorum nomine mos fuit uti. Omnes Solidi, in quibus Nostri Vultus ac veneratio nostra est, inquit Constantinus Magnus in Lege primâ, Tit. 22. Lib. 9. Codic. Theodosiani. Ita in Lege 13. Tit. 6. Lib. 12. ejusdem Codicis legimus: *Quotiescumque Solidi ad largitionum subsidia perferendi sunt* &c. Ita in aliis Legibus, & apud Gregorium Magnum variis in locis, ut alios Scriptores praetermittam. Quid est ergo, quod in Chartis Seculorum subsequentium non Solidos tantum commemorare veteres consueverunt, sed Solidos Aureros, aut Auri? Accipe & alterum documentum, ex eodem Archiepiscopali Archivo Lucensis Urbis de promtum, ubi primigeniam pergamenam ego olim legebam.

Emphiteusis, seu usus domus, quam a Walprando Episcopo Lucense Auselius Vir Devotus fecit tenere agnoscit, Anno 746.

IN Dei nomine. Regnante Domino nostro Ratibis vir excellentissimus Rege, Anno Regni ejus Secundo, in ipsa Kalendas Septembri, Indictione XV. feliciter. Manifestu sum ego Auselmi Vir devotus, quia reponetto & ispondeo, etque manus meam faceo tibi Domino venerabili Walprand Episcopus, ut in casa tua in loco Wamo, uvi quondam bone memorie genitor meus avitare visitus fuerat, & ividem natus est, ut in ipsa casa usque in diebus vite mee ividem residire diceamus & cunfuetudo ipsejus case, quas parentis nosvis ficerunt per singulus annus perexolvere diceamus tam ego quam & filius meus, & ipsa suprascripta casa, & res bene lavorare & cunservare, si correctum fueret. Et si ego qui supra Auselmi, vel meus credis, ipsa suprascripta casa & res ejus bene non cunservaremus, & angaria, quas

C usum habuit ipsa casa, minime perexolverimus, cumponamus tibi Domino Walprando Episcopu, vel ad tuos eredes auri Soledus numero sexaginta, & exeat inanis & vacuus foras. Quam meis reprobationis cartula, & Perteradu Clericus scrivere rogavi, & subter signe sancte Croci feci.

D Actu in Domo sancte Ecclesie, Regnum & die suprascripta feliciter.

¶ Signum manus Auselmi Viri devoti reprobationi & conservaturi.

¶ Signum manus Juvacimi Clerici testis.

¶ Signum manus Luci venerabili Presbiteri testis.

¶ Signum manus Mzuriperti Presbiteri testis.

¶ Signum manus Auriperi de Guamo testis.

Tom. VI.

B

¶ Siz

 Signum manus Abamundi Clerici
testis.

Ego Perteradus Clericus & declarator
Gaudentio Presbitero magistro meo scri-
psi dedi.

Gaudentius Presbiter pro suprascripta
manus meas superscripti & confirmavi.

Et heic habemus curi Solidos nu-
mero sexaginta, quod, uti nuper aje-

A bam, indicare videtur, tunc etiam
in usu fuisse argenii Solidos. Ego ni-
hil decerno, id tantum moniturus,
saltē usurpatos Saeculo subsequenti
Solidos Argenteos. En Chartam auto-
grapham, quam ego olim exscripsi
ex eodem Tabulario Archiepiscopii
Lucensis, ubi haec sunt verba,

Ubertus Diaconus ab Ambrosio Lucensi Episcopo Ecclesiam in
beneficium accipit, eique censum pollicetur, Anno 847.

IN Dei nomine. Regnante Domno no-
stro Lothario Imperatore Augusto,
Anno Imperii ejus, postquam in Ita-
liam ingressus est, Vigesimo Quinto, No-
nas Madias, Indictione X. Manifesti-
sum ego Uppertus Diaconus filio bone
memorie Fratelli, quia tu Ambrosius
gratia Dei bujus sancte Lucane Eccle-
sie humilis Episcopus per cartula ad
censum vobis persolvendum dedisti mibi,
edest Ecclesia, cui vocabulum est beati
Sancti Gervasii, sita in loco Verriana,
quod est Plebe Babitmalis pertenentes
ipsis Domui Episcopatus vestri Sancti
Martini ipsa Dei Ecclesia Sancti Ger-
vasii cum casis dominicatis sive massari-
ciis cum fundamentis, curtis, ortis &c.
quantum ad ipsa Ecclesia Sancti Gerva-
sii ubicunque est pertenentes in integrum,
exceptato exinde ille Casae massaricie cum
rebus suis, quas Ebruando Vassallo tuo
an beneficio abere videtur, quas mibi
menime dedisti. Nam aliis omnibus Casis
& rebus ad ipsa Ecclesia pertenentes,
ut supra dixi, & mibi dedisti, in in-
tegrum habere divead a presenti die jam
dicta Ecclesia cum Casis & rebus, quas
mibi dedisti, in mea sit potestate aben-
dum. regendum &c. & in ipsa Eccle-
sia officium & luminaria usque ad Mis-
sarum solemnia recto moderamine fieri
debeat per me aut per meam dispositio-

B nem, & pro omni censum & justitia
exinde tibi vel ad successoribus tuis per
me aut per Missu meo vobis vel ad tecu
posito vestro ad ipso Domo per
singulos annos in Mense Martio censem
dare & persolvere debeam Argentum
Solidos Viginti bonos denarios expen-
diviles de tertio in tertio annos. Quan-
do circaras ad consignationes facien-
dum de Pleve in Pleves vestras fece-
ritis, si ibidem ad ipsa Pleve Sancti
Gervasii . . . ego vos, & homines vestros,
quem vos ibi conduxeritis, recipere &
pascere, seo mansione dare debeam tan-
tum. Et si a me vobis hec omnia su-
prascripta capitula per singulos annos sic
non fuerit adimpta, vel si ego predi-
cta Ecclesia cum Casis & rebus, quas
mibi dedisti, relaxavero, vel si pejorata
adparuerit, spondeo ego qui supra Upper-
tus Diaconus componere tibi, qui supra
Ambrosius Episcopus, vel ad successori-
bus tuis pnam Argentum Solidos tri-
centos, quia taliter inter nos convenit,
& duas Cartulas Adalsidi Notarius
scribere rogavi.

Aitum Luca.

Ego Uppertus Diaconus in ac cartula
& me facta manu mea subscripsi.

Ego Teudimundus rogatus ab Uppertu
me teste subscripsi.

Ego

Ego Petrus Clericus Notarius rogatus ab Uppero Diacono me teste subscripsi.

Ego Teudilascius Archidiaconus subscripsi &c.

Ego Adalfridi Notarius post tradita complevi & dedi.

Verba illa heic animadvertisenda: Quando Circatas ad Consignationes faciendum de Plebe in Plebes vestras feceritis. Nomine Circatae significantur Visitations ruralium Paroeciarum, tunc ab Episcopis factae. Inde Italicum Cercare. Consignationis autem appellatione Confirmationis Sacramentum, cuius conferendi causâ Episcopi per rura suae Dioecesis peragabant. Sed quod ad argumentum nostrum attinet, commemoratos heic videmus Argentum Solidos viginti bonos denarios expendibiles, & infra Argentum Solidos trecentos. Ita videbis infra Anno DCCC-VII. commemoratos Solidos Argenteos. Quodnam verò Aurei Solidi pretium olim foret, nunc breviter inquirendum. Jacobus Gothofredus, vir inter Eruditos Legum Interpres celeberrimus, illustratus Legem unicam Tit. 24. de oblat. Votorum, Lib. 7. Cod. Theodos. ad argumentum hoc plura congerit, quae describere supervacaneum puto. Illud solùm meminisse juvat, sub Constantino Magno (si fides Gothofredo) octoginta quatuor Solidos, sive Aureos, constituisse Libram Auri; & Solidos septem Unciam auri: quae tamen sententia a Gronovio improbata fuit. Quod certum est, Valentianus senior septuaginta duobus Solidis constare Libram voluit, non Aurorum pondere imminuto, sed eorum tantum numero imminuto in libram, ac proinde extrinseca eorum aestimatione aucta. Quot autem Denarii aerei olim Solidum Aureum constituerent, Cassiodorus nos docet Lib. prim.

A Epist. 10. scribens: Sex Millia Denierorum Solidum esse voluerunt: quod & ex Codice Theodosiano confirmari potest. Memorantur etiam apud veteres Siliquae, earumque mentio occurrit in Lege 258. Rotharis inter Langobardicas, ubi jam adnotavi ex Gregorio Magno, Solidum Aureum constare apud Romanos ex viginti quatuor Siliquis. Isidorus ex viginti tantummodo Solidum constituit. Verum non minus olim quam nunc, auro & argento bellum indicebatur a Principibus, atque a Populis singulis curantibus ex eorum pretio adaugto captare lucrum. Ac propterea instabilis eorum semper aestimatio fuit, & arduum propterea negotium nobis foret rite materiem hanc pertractare. Ingentem sane pretii monetarii mutationem necesse est invexerit tempus & hominum cupiditas. Videtur enim Libra auri redacta tantummodo ad Solidos XX. aureos. Id Carolus Magnus indicat in Lege 23. de Heribanno inter Langobardicas, ubi haec habet. Qui verò non habuerint amplius in supra scripto pretio, valente nisi Libras III. Solidi XXX. ab eo exigantur, id est Libra una & dimidia. Supra quoque audivimus Anonymum testantem, Libram auri completam fuisse XX. Solidis. Ad haec novimus ex altera ejusdem Caroli Lege, quae est 76. de omnib. debit. inter Langobardicas, quot Denariis olim Solidus aureus constaret, nempe XL. sed procedente tempore pretium redactum ad XII. Denarios duntaxat fuit. De omnibus (ita ibi legitur) debitibus solvendis, id est de poenis Fisco debitibus persolvendis, sicut antiquitus fuit consuetudo, per XII. Denarios Solidi solvantur per totam Salicam Legem, excepto si Ludes, id est Saxon aut Fries Salicum occideris, per LX. Denarios So-

lidi solvantur. Uti animadvertis in Notis, Codex Estensis diserte habet per XL. Denarios non verò per LX. quod & Baluzius adnotarat, MStos alios sequutus. Animadverte etiam, quid habeat Synodus Francofordiensis Anno Christi DCCXCIV. quò confluxere etiam Episcopi Italici, considente eodem Carolo Magno. Ibi statutum fuit Canone IV. ut annona carius non vaeniret tempore caritatis, quām abundantiae, eaque ad modium publicum, & noviter statutum venumdaretur. De modio de avena, Denarius unus. Modio bordei, Denarii duo. Modio Sigali, Denarii tres. Modio frumenti, Denarii quatuor. Si verò in pane vendere voluerit, duodecim panes de frumento, habentes singulos libras duas, pro Denario dare debeat: sigalatios quindecim aequo pondere pro Denariis.

A

rio: ordeaceos viginti similiter pensantes: avenaceos viginti quinque similiter pensantes. Tum Canone V. aperte proditur, Denarios illos ex mero argento fuisse. In Lege Salica Tit. 57 Cap. 5. sexenti Denarii reddunt Solidos quindecim. Et Tit. 2. Cap. prim. centam viginti Denarii faciunt Solidos tres, ita ut singuli Solidi constituerentur ex Denariis XL. Neque mutatio illa pretii Solidorum tantummodo facta fuit, ut poenae delictis impositae, quae ex Solidis indici solebant, minuerentur, imminutā extrinsecā Solidorum aestimatione: sed etiam in publicum commercium idem usus pertransit. Opportuna ad id ostendendum erit Charta, quam ex supralaudato Lucensis Archiepiscopii Archivo, ubi ejus autographum adseratur, ego descripsi.

B

C

Traditio Ecclesiae Sancti Tereutii ab Alberto Clerico facta Walprando Presbytero, cum reservatione pensionis sive census, annuente Jacobo Episcopo Lucense, Anno 807.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Carolus serenissimus Augustus a Deo coronatus, magnus & pacificus Imperator Romanorum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum. Anno Regni ejus, quo Langubardiam cepit, Trigesimo Quinto, & filio ejus Domino nostro Pippino Rege, Anno Regni ejus Vigesimo Octavo, Mense Augusto, Indictione Prima. Manifestum est mihi Alberto Clerico filio bone memorie Ilprandi Abati, quia per hanc cartulam ad continendum & meliorandum dare videor tibi Walprando Presbytero, filio quondam Agiprandi Clevici, Ecclesiam beati Sancti Tarentii sita in vico Elingo, quas in mea potestate per cartulam confirmavit Dominus Jacobo Episcopo

D

ipsa Dei Ecclesia una cum casis & omnibus rebus ad eam pertinentibus, qualiter mibi ab ipso Domino Episcopo obvenit, in tua sit potestate regendi, gubernandi, lavorandi, & meliorandi, atque usufruendi, & in ipsa Dei Ecclesia per te aut per alium Sacerdos officium & luminaria ibidem die noctuque fieri debeat secundum Deum; & pro iustitia exinde per singulos annos in natale Sancti Reguli tu mibi reddere debes decem Solidos argento de bonos Denarios mundos, grossos, expendiviles, una duodecim Denarios pro Solido tantum. Et sive mibi hec omnia superscripta capitula per singulos annos sic fuerint adimpta & conservata, tu qualiter superius legitur, & ego tibi predicta Dei Ecclesia, & rebus ejus retellere

E

tolleremus, aut amplius justitia super imponerimus, vel qualibet invasione tibi idem facere, promitto ego qui supra Alpertus Clericus componere tibi jam di To Walprando Presbiter pena argento Solidos centum. Unde inter nos duas Cartulas qualiter convenit Richiprandum Presbiterum Notarium scribere rogavimus.

Abum Luca.

Ego Alpertus Clericus in hanc cartula a me facta manu mea subscripti &

Ego Jacobus humilis Episcopus licentiam dedit, manu mea subscripti.

Ego Filippus Presbitero rogatus at Alpertus Clericus me teste subscripti. &c.

Ego Richiprandus Presbiter Notarius post tradita complevi & dedi.

Heic ergo habemus decem Solidos argenteos de bonis denariis mundos, grossos, expendibiles, una XII. Denarios pro Solido tantum. Quare quum considero, Solidos argenteos memorari duodecim Denariis constantes, eamque notitiam compono cum superius allata Lege Caroli Magni, ubi ad poenas a Salicis hominibus persolvendas Solidus taxatur tantum XII. Denariis: aliqua mihi suboritur dubitatio, num Solidi in Langobardicis Legibus toties nominati, potius argentei, quam aurei fuerint, & potissimum quod illic interdum gravissimae appareant poenae, si ex aures infligebantur; mites verò, si ex argenteis. Ego rem in medio relinquo, uti & an Denarii illi, unde Solidus Aureus componebatur, Argentei fuerint, ut Clariss. Du-Cangiis arbitratur. Certe credibile est, Solidum Aureum Caroli Magni aevo

A ex auro revera conflatum, parum superasse nummos, quos nunc mezze Doble & Scudi d'oro, aut Ducati di Camera appellamus. Attamen sunt, qui putant, Solidos eodem Aureos quartâ duntaxat parte minores fuisse Nummis Aureis, quos nunc nuncupamus Doble di Spagna, & Luigi. Solidos autem in Lege Salica memoratos Wendelinus in Glos. Salico censuit sequasse pretium Floreni Rhenensis. Interea e paucis, quae habetens attuli, justus nobis sele offerat locus suspicandi, fuisse olim Solidos etiam imaginarios ex veris Denariis composites, quemadmodum nostris quoque temporibus sunt aliae nummorum species, ideales tantum, uti apud Britannos nunc est Libra Sterlingorum, quae olim species pecuniae fuit. Apud nos quoque Solidus, sive ut dicere solemus Bononinus aut Bologninus, dividitur in XII. Denarios, qui tamen Denarii olim in usu fuere, nunc in sola hominum opinione consistunt. Quod si quis rescire adhuc cupiat, quot Denarii Libram argenti constituerent, ego quid usus haberet Seculo X. in hisce regionibus patefaciam, Chartam proferens ex Historia Ecclesiastica Regiensi Fulvii Azarii, quae autographa in Estensi Bibliotheca conservatur. Spectat instrumentum hoc ad Proavum celeberrimae Comitissae Mathildis, simulque prodit lineam aliam Familiae ejusdem, Parmae commorantem, quam etiam innuit Donizoz Lib. I. Cap. I. Vitae Mathildis. In hanc rem etiam videndus Bacchinius in Histor. Monaster. Padolironensis.

Atto filius quondam Attonis Massaritias sex vendit Adalberto, qui
& Atto, Comiti consobrino suo & Proavo Comitissae
Mathildis, Anno 958.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Berengarius & Adalbertus Filio ejus gratia Dei Reges, Anno Regni eorum Deo propicio Hottavo, Mense Novembri, Indictione Secunda. Constat me Atto filius quondam idemque Attoni de Comitatu Parmense, qui ex Nacione mea professus sum Lege vivere Langobardorum, accepisse, sicut in presentia testium accepti a te Adalbertus, qui & Atto, Consobrino meo, filius quondam Sigefredi de Comitatu Lucensi, argentum per Denarios bonos Libras sexaginta, habentes ducenti quadraginta Denarii Libra, finitum precium, pro Casis & rebus territoriis illis omnibus, que sunt Massaricies sex juris meis, qui esse videntur in fundo & loco Serzana, & Valle Brumani, cum suorum pertinenciis, que rectis & laboratis fuerunt vel sunt per Johannem, & Serzano, & item Serzano, seu item Joanne, atque Benedicto, & Rubiano Massariis, una cum Montes duos pertinentes de ipsis Massaricies ubi jam ante Castris edificatis fuerunt, in integrum. Seu pro fortis tres similiter juris meas, que rejacent in loco, ubi Silva-plana, & Veriano dicitur, similiter cum suis pertinenciis, que rectas & laboratas fuerunt vel sunt per Rubiano & Ariunto seu Alpero Massariis, in integrum omnia & ex omnibus, sicuti ad me in predictis locis Serzana, Valle Brumani, Silva-plana, Veriano sunt possessis & defensatis pertinuerunt per quamvis ordinem, & sicuti per suprascriptis Massariis rectis & laboratis fuerunt vel sunt in integrum. Et sunt rebus ipsis

A in predictis locis Serzana, Valle Brumani, Reviano, Silva-plana, super totis per mensuram & rationem ad perticam legitimam de pedes XII. mensuratam, juges centum quadraginta, inter sediminas & areis, ubi vitis estant, seu terris arabilis, atque pratis, silvis, atque buscaleis, seu gerbidis juges quadraginta. Et si plus rebus juris meas & fundas & loca Serzana, Valle Brumani, Reviano, Silva-plana cum suorum pertinenciis inventum fuerit, omnia in tua, qui supra Adelberti Comes vel de tuos heredes, aucti vos dederitis, persistant potestatem, vel proprietatem in integrum cum Casis, Curtis, ortis, areis, clusuris, campis, pratis, pascuis, vineis, silvis, astellareis, insolis, ripis, rupinis, montibus, a sentibus & desentibus, usibus aquarum, aquis, aquarumque ductibus, & fontanis, ac patribus, coltis & incoltis, divisas & indivisas, omnia & ex omnibus predictis Casis & rebus territoriis vel massariciis in predictis locis, sicuti ad me, & ad suprascripto quondam idemque Atto Genitor meus fuerunt possessis & defensatis, & nobis pertinuerunt juri, & sicuti per ipsos Massarios fuerunt rectis & laboratis in integrum. Quae autem suprascriptis Casis & rebus territoriis & massariciis in predictis Sarzana, Valle Brumani, Silva-plana, Reviano, vel inibi per circum circa locis & vocabulis abentibus vel pertinentibus, seu aspicientibus, qualiter mensura legitur, & insertum est, cum accessiones & ingressoras earum rerum, seu cum superioribus & inferioribus, una cum fratribus & terminibus, & cum omni juris afo habentibus, vel pertinentibus, tibi quis

qui supra Adelberti Comes ab hac die
& ora per suprascripto argento vendo,
 trado, emancipo, liberisioque ab omni
 nexu publico privatove, *&* nulli vendi-
 tis, donatis, alienatis, obnoxiatis, vel
 traditis, nisi tibi hodie; *&* facias exin-
 de a presenti die tu Adelbertus Comes,
& heredes tuis, vel cui vos dederitis,
 aut abere statueritis, proprietario nomi-
 ne sine ullius contradictione. Quidem
 expondeo atque promitto me ego qui su-
 pra Atto vel meos heredes tibi, qui su-
 pra Adelberti Comes, vel ad tuis hered-
 ibus, vel cui vos dederitis, suprascrip-
 tis casis *&* rebus in predictis locis cum
 suis juris pertinencitis, qualiter superius
 venumdavi, ab omne contradicentis ho-
 mine defensare. Quis si defendere non
 potuerimus, aut si vobis aliquid per co-
 vis ingenium subtrabere questierimus, tunc
 in duplum suprascriptis casis *&* rebus,
 sicut dictum est, vobis restituamus, sicut
 pro tempore melioratis, aut valuerint sub
 extimatione in consimilibus locis, *&* ni-
 bil mibi ex ipso precio aliquid amplius
 reddebitis. Dixi.

Actum in loco Insula Judiciaria Par-
mensis.

Signum manibus suprascripti Attoni,
 qui anc Cartam vindicionis ad omnia ut
 supra rogavi, *&* suprascriptum argen-
 tum accepi. Et ei relecta est.

Signum manibus Wiberti filio quon-
 dam idemque Wiberti de Baniolo, seu
 Lamberti, qui *&* Lanzo de loco Mon-
 ticlo, rogati testes.

Signum manibus Teuzoni de Carolio,
& Ihelprandi filio quondam Madelberti,
 rogati testes.

Signum manibus Albuini de loco Ca-
 rubio, *&* Eriberti de Foczano, seu
 Gauselmi de Monte-alto, rogati testes.

Ansprandus Judex Domnorum Regum
 rogatus me teste subscripti.

Ego Gerardus Notarius Domnorum Re-
 gum rogatus testis subscripti.

A Scripti ego Petrus Notarius Domnorum
 Regum, post tradita complevi *&* dedi.
 Quidem ego Aimericus Notarius sacri
 Palacii hoc exemplum autenticum vidi,
& legi, *&* scripti, *&* sicut in eo con-
 tinebatur, ut in hoc legitur, neque jun-
 xi, neque minui, *&* exemplavi.

B Ego Gerardus Notarius Domini GVEL-
 FONIS DVCIS hoc exemplum autenti-
 cum vidi, *&* legi, *&* sicut in eo con-
 tinebatur, ut in hoc legitur *&* subscripti.

C Scripti ego Ubaldus GVELFONIS
 DVCIS, hoc exemplum auteticum vidi,
 legi, *&* scripti, *&* sicut in eo contine-
 batur, ut in hoc legitur, *&* subscripti.

Jam animadvertisisti verba illa, ar-
 gentum per denarios bonos Libras sexaginta,
 habentes ducenti quadraginta de-
 narii Libra. Ergo tunc argenti Li-
 bram conflasse videntur aut X. Soli-
 di, qui e Denariis XXIV. singuli con-
 stabant, aut ex Solidis XX. quorum
 singuli Denarios XII. aequabant. Veri
 videtur simile, per reliquum Italicum
 Regnum tunc eamdem obtinuisse con-
 suetudinem. Quod tamen difficile sta-
 tuere possis; neque enim iis tempo-
 ribus officinae monetariae omnes con-
 cordes erant in aestimatione Num-
 morum. Nam uti Gregorii Magni
 Papae eateate Solidi Gallici minoris
 pendebantur quam Romani, ita sub-
 sequutis Seculis, ac praecipue post-
 quam multiplicatae in Italia fuerunt
 ejusmodi officinae, suspicari licet, non
 idem pretium fuisse Solidis ac Denariis,
 qui in diversis locis cudebantur.

E In Chronicō Vulturnensi pag. 414.
 part. II. Tomi I. Rer. Italicarum in-
 venio ad Annum DCCCLXX. Solidos
 numero centum quinquaginta Siculos. Et
 infra, Solidos octoginta Sicularum. Uti
& auri Libram unam Beneventanam,
 quae propterea non ejusdem ponderis
 aut aestimationis fuisse videtur, atque
 aliarum Civitatum. Ita procedente
 tem-

tempore memoratam invenio Libram Denariorum Papiensium, uti ex subseguente Charta constabit, cuius auto-

A graphum adservant Sanctimoniales Regienses in Ascetorio Sancti Thomae.

Wolmari Episcopi Regiensis Decretum, quo Monialibus Sancti Thomae confirmat Plebem Sancti Michaëlis, Anno 1063.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Wolmarus divino respectu sancte Regiensis Ecclesie Episcopus. Cum predecessorum nostrorum aliqua justa statuta scriptis vel aliquo indicio ad utilitatem Ecclesie reperimus, decet Episcopalem vigilanciam cum omni diligentia conlaudare & corroborare, ut paterno effectu subditos regat, & in Dei servitio stabiles reddat. Audivimus quidem, & pro certo scripto cognovimus, antecessorem nostrum Adalberium tempore Domini Henrici junioris Imperatoris, pro devastazione Ecclesie injuste facta ex tantillis bonis Ecclesie, que remanserant, plurima dando dessudasse, ut Imperiali subsidio Ecclesia ad nichilum redditata sublevaretur Clericos & Monachos & familiam Ecclesie unde aleceret, habevet. Hac de causa nimia coagitus penuria Liuze Monasterio Sancti Thome Apostoli A batisse, cum non haberet, unde tanta persolveret, decem Libras Denariorum Papiensium, quas ipsa ex paterno predio adquisierat, peciit. Quibus acceptis Corticellam . . . Vico Martini, que ex parte nostri Episcopii erat, & ex parte Monasterii Sancti Thome, habendam & in perpetuum tenendam eidem Monasterio Sancti Thome suo decreto concessit. Sed cum predictam Corticellam propter violentorum molestacionem tenere non potuit, quidquid de Plebe Sancti Michaëlis Archangeli sibi pertinebat, predicto Monasterio Sancti Thome scripto dedit, eo videlicet tenore, ut si ipse vel aliquis successorum suorum predictam Corticellam Monasterio Sancti

B Thome tenere fecerit, jam dicta Plebs Sancti Michaëlis ad jus & dominium Episcopii redcat: sin autem non poteris, Monasterium Sancti Thome predictam Plebem sine omni molestacione alicujus Episcopi, donec prefata Corticella de manibus violentorum eripiatur, teneat & habeat. Hos vero scriptis corroboratum, hac nostrorum fidelium, Clericorum videbilet & Laicorum testimonio firmatam cum vidimus, & sub anathematis vinculo a nostro antecessore factum cognovimus, presentibus nostris filiis, scilicet Archipresbitero & Archidiacono, & reliquo Clero nostre Ecclesie berto Comite & Rodulso de Casule & pluribus aliis, prefaram Plebem Monasterio Sancti Thome secundum predictum tenorem concessimus & largiti sumus, ac sub anathematis vinculo, & pena viginti Librarum dampnacione a nobis nostrisque successoribus observari decrevimus. Si quis hoc infringere temptaverit, maledictiones Dei Patris omnipotentis & Filii & Spiritus Sancti incurrit, & cum omnibus maledictionis maledictionis sententiam percipiat, & predictam penam persolvat; quod ut verius credatur, & firmius habeatur, nostra manu subter firmavimus, & nostro Clero obtulimus corroborandum.

E Atum est Anno Dominice Incarnationis MLXIII. Pontificatus vero Domini Wolmari Presulis Anno Primo, VIII. Kalendas Julii, Indictione Prima.

Ego Wolmarus Episcopus subscripsi. Bernardus Arch diaconus subscripsi. Argicardus Archipresbiter subscripsi.

At-

*Albertus Prepositus, &c Custos subscripti.
Joannes Scholarum Magister subscripti.
..... nericus Clericus subscripti.
Eurardus Subdiaconus subscripti.
Everardus Acolitus
Romanus subscripti.
Uberlus Comes subscripti.
Tetelmus interfui.*

Celebris praeterea, multoque in usu fuit *Lucensis Pecunia*. Ejus mentione est sub *Langobardis & Francis Regibus*; eademque familiaris esse perrexit etiam subsequentibus Saeculis. *Argentum denarios bonos Lucensium Libras centum reperias in Charta Pedo-*

A lironensi Anni MXCVI. Ejusdem monetae mentionem exhibet altera *Char- tata*, quam mihi suppeditavit *Serenissimi Ducis Mutinæ Archivum*, ubi occurunt *Solidi o.fo Lucensis denario- rum bonorum, & denarii XXI. Lucensis denaviorum bonorum*. Digna autem mihi visa est eadem *Charta*, quae evul- getur, quòd memoriam nobis serva- rit illius *Alberti Marchionis ex natio- ne Salica, & Garsendae Nobilis Comi- tissae*, de quibus mihi fuit fermo Part. I. Cap. 30 pag. 263. Antiquitat. Estenium. Haec autem ibi leguntur.

B

Charta commutationis factæ ab Alberto Marchione & Garsenda ejus uxore cum Petro filio Baroni de Mundevilla, Anno 1129.

A Nno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Vigesimo Nono, XV. die exeunte Mense Ma- cii, Indictione VIII. Breve commuta- tionis, securitatis, ac firmitatis, qua- liter commutaverunt inter se Albertus Marchio & Garxinda Nobilis Comiti- ssa, & Petrus filius quondam Baroni de Mundevilla, sicut & a presenti de- derunt inter se proprietario nomine, in- ter se ad invicem commutaverunt. Vide- licet in primis dedit ac tradidit Petrus Ode ad predictis Marchioni & Comitissa, scilicet rebus territoriis juris Perri, que esse videntur in Villacha, que regere per Gerardo & Alberto de cum suis pertinentiis pensionem Solidorum VIII. Lucensis dena- riorum bonorum. Quidem & ad in- vicem recepit ab eidem Mar- chioni & Comitissa in causa commuta- tionis nomine, scilicet terra, qui nomi- natur terra quibus esse videntur in Bellio, que recta laborata fiunt per Dominicum & filium Lienlli de Bel- lio pensione Denarii XXI. Lucensis de-

C nariorum bonorum. Et ad invicem in- ter se defendere omni tempore, & eorum heredibus sibi uni vel alteri in duplum in consimilibus locis.

Actum in Palatio Carpenete feliciter?
Hec est vel confirmatio testium Mel
Mazzolinus de Filina, Dominicus
scereto, Radaldus de Carpene qui interfuerunt, & testes rogati.

Ego Ingo Notarius sacri Palatii hunc Brevem scripsi & dedi.

In antecedente etiam Dissertatione ostendi, antiquum fuisse jus cudendae Monetae Ducibus Venetis. Proinde in *Charta Ferrarensi*, quam his adjun- Etiam volo, expressos videoas denarios Venetos Libras mille. Eam ego descri- psi ex Collectaneis MStis Peregrini Prisciani, qui circiter Annum M- CCCCXC. inter Ferrarenses rarâ ea- ruditione claruit, uti alibi non semel animi grati caussâ sum testatus. Heic autem Otto Archiepiscopus Ravennas se tantummodo *Eleatum* vocat, quod ab Henrico inter Augustos Tertio intrusus in Sedem Ravennatem, non- dum

C

dum ab Ecclesia Romana fuerat con- A Hieronymus Rubeus in Histor. Ra-
firmatus atque consecratus: quod & vennet. adnotavit.

Otto Archiepiscopus Ravennas vendit Landulpho Episcopo Ferrariae,
ejusque Ecclesiae, Massam Firminianam cum Plebe Sancti
Stephani, Anno 1104.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Dominicæ Nativitatis Millesimo Centesimo Quarto, Imperante Enrico Henrici Imperatoris Filio, Anno Nono-decimo, die Secundo exeunte Indicione XII. in Castro Argenteo. Quamquam omnis promissio solis verbis firma & immobilis teneri debeat, tamen ne ea, que promittuntur, oblivioni tradantur, dignum fore duximus, quatenus secundum oris dicta Carta monstretur inscripta. Quapropter ego Otto Dei gratiâ Electus Archiepiscopus Ravennatis Ecclesie beati Apollinaris, per hanc refutacionis & tradicionis, atque perpetualis finis & transactionis paginam refuto & reddo atque perpetualem finem & transactionem facio & ab omni jure & dominio & potestate atque virtute nostra & predilectione sancte nostre Ecclesie beati Apollinaris alieno tibi presenti Joanni, qui vocaris de Fir Landulphi Dei gratia Electi Episcopi de Episcopio & Ecclesia Ferrarie Sancti Georgii, & per vos in prefata Ecclesia Sancti Georgii in perpetuum ad habendum, tenendum, & possidendum rem inferius legendam, secundum quod per precepti paginam a Papa Adriano in tempore Caroli Imperatoris in prefata Ecclesia nostra Sancti Georgii concessam & largizam & emancipatam & traditam esse dicitur. Totam & integrum scilicet Massam & fundum Firminianae cum omnibus fundoris & positam infra Comitatum vestrum Ferrarie infra tecum latera. A primo latere

B | alius fundus, qui vocatur Sabloncellus, & fiumine Padi percurrente. A secundo latere Ocuparius. A tertio latere Finale Rerre, & Cornacervina. A quarto latere Et similiter refuto & finem atque perpetualem facio transactionem vobis & per vos in prefata Ecclesia Sancti Georgii, totam & integrum Plebem & Ecclesiam Sancti Stephani, que sita & edificata est in prefato fundo & Massa Firminiane, cum omnibus similiter pertinentiis suis, sicut supra legitur. De quibus omnibus, sicut supra dictum est, facio finem, & imperpetualem transactionem, de omni scilicet iure, & impertinencia, & in usu, seu dominio vel subjectione & potestate atque virtute, quod Ecclesia nostra Sancti Apollinaris, & nostri Antecessores Archiepiscopi, & nos quondam usque ad hanc nostram habuimus & tenuimus, de tota & integra scilicet prefata Massa & fundo & Plebe Firminiane, & in Ecclesia Sancti Stephani cum omni jure & pertinentia & usu & potestate & subjectione, ospitatione, dacione & distitu, cum collecta & fodro, & cum omni responsione, cum Ecclesiis similiter & Villis, que in prefato fundo Firminiane & Massa sunt edificate & ordinate, cum terris &c. similiter & cum investiture, consecratione, ordinatione & Sinode & districtu, & cum omnibus Ecclesiasticis & Secularibus nobis, nostreque Ecclesie de prefata tota Massa & fundo & atque Ecclesia Sancti Stephani de Firminiana pertinentibus tare ab una ripa Padi, quam ab alia. Nulla sci-

la scilicet apud nos, & apud nostram Ecclesiam Sancti Apollinaris permanente &c. Pro quibus omnibus scilicet quia de bonis vestre prefate Ecclesie Sancti Georgii dedisis mibi denarios Venecie Libras mille, hanc prefatam finem & perpetualem translationem feci vobis, Izgelardum Nuncium meum vobis dedi investitorem, qui vos in nomine prefate vestre Ecclesie Sancti Georgii in omnibus supradictis rebus corporaliter investiat, ad habendum &c. Hec quidem omnia promitto ego prefatus Otto Dei gratia Eleitus Archiepiscopus cum meis successoribus Archiepiscopis prefato Landulfo Episcopo Ferrarensi, suisque successoribus prefate Ecclesie Sancti Georgii in perpetuum conservare. Quod si non fecerimus &c. hec refutationis & tradicionis seu transactionis pagina, quam scribere rogavi Bonumvicinum Notarium & manu mea coram testibus inferius legendis firmavi, in die & Indictione prefata.... Henricus, Rodigerius, Henricus, Bernardus Presbiter, Legelardus.....

Sed quoniam in antiquis Chartis, contractibusque praecipue initis post Annū Christi Millesimum, complura Nummorum genera ac nomina occurunt, quorum aestimatio incompta est, quid mihi in hanc rem animadvertere contigerit, nunc in gratiam minus peritorum prodendum est. Jacobus Grimaldus mihi supra memoratus, Balilcae Vaticanae Clericus Beneficiatus fuit, ac circiter Annū MDCXXI. Librum conscripsit adhuc luce carentem de Sudario Veronice, in Bibliotheca Vaticana, simulque & in Ambrosiana adseratum. Ego inde nonnulla, quae ad praesens argumentum pertinent, excepī, futura, ut spero, & ipsa quidem non ingrata amatoribus Italicae, immo & universalis Eruditionis. Si quis praeterea complures, variasque

A veteris Pecuniae species colligere velit, Libellum adeat Cencii sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis & Camerarii, qui Anno MCXCI. Census Apostolicae Sedi debitos literis consignabat. Hunc a me evulgatum Lettor infra accipiet in calce Dissertationis LXIX. de Censibus. Nimurum illic diversarum gentium Nummi commemorantur, quorum pretium notissimum tunc (non secus ac nostris temporibus sit pretium vulgarium Nummorum) quum nunc in multa nocte sedeat, a me lucem, quam possum, petit. En Grimaldi verba: Johannes de Cabrospino Decretorum Doctor, & Apostolicae Sedis Nuntius ad partes Poloniae & Hungariae, sedente Innocentio VI. Papa, hoc est circiter Annū MCCCLVI. Pontificiae Camerae schedam exhibuit, indicantem, quaenam tunc foret variorum Nummorum aestimatio. Florenus censualis debiti valet X. Solidos, Denarium I. Denariorum Turpitiorum antiquorum.

Grossus unus XII. Denarios Turpitios. Libra auri XCVI. Florenis.

Marcha auri LIX. Florenis.

Uncia auri in auro VIII. Florenis.

Uncia auri in argento V. Florenis.

Marcha auri valet duas partes Librae auri.

Marcha argenti valet duas partes Librae argenti.

Libra argenti valet LXXV. Grossos.

Marcha argenti ex conventione antiqua in Anglia IV. Florenis.

Marcha argenti in aliis partibus quantum valet communiter tempore solutionis.

Libra argenti puri, vel duae Marchae argenti VIII. Florenos.

Libra argenti de Anglia IV. Grossos; & Romanae Curiae VII. Florenos, X. Grossos, & medium Grossum.

Libra argenti de Aragonia, Tuscia, Sardinia, & hujusmodi, VII. Florenos, & medium Florenum.

Uncia argenti VII. Grossos, & medium Grossum.

Marabitinus argenti unum Florenum minus XII. Denarios Turonensisbus.

Duodecim Malgurienses unum Grossum.

O'olus aureus unum Florenum.

Massatratius auri duas partes unius Floreni.

Duodecim Denarii Sipionum I. Malachinum.

Malachinus VIII. Grossos.

Bisuntinus XV. Grossos, & medium Grossum.

Tullenus VIII. Solidi, & IV. Denarii valent I. Florenum.

Mantenus & X. Solidi valent I. Florenum.

Mantenus IX. Solidi, & V. Denarii valent I. Florenum.

Friguentum & XII. Denarii valent I. Grossum antiquum & medium.

Tarenus valet, ut infra sequitur.

Carlenus XVI.

Libra X.

Marabitius auri valet XXIV. Marabitios argenti, sive unum Florenum, minus XII. Denarios.

In Regno Siciliae citra Pharum maxima *Uncia* est LX. Carlenorum Liliatorum.

Tarenus est duorum Carlenorum.

Carlenus valet X. grana.

Granum valet VI. Denarios.

Aliae vero pecuniae, ut Floreni, sunt ad hujus pecuniae pretium aestimatae.

Cosina seu *Salma grani* est IV. Tumulorum.

Item in Regno Castellae & Legionis sunt usuales Monetae, videlicet *Coronati* valoris V. Obolorum.

A *Marabitius* X. Denariorum; & Sex *Coronati* valent unum Marabitium; & XXV. Marabitii valent *duplicam Maroquitanam*. Et XXII. Marabitii valent *Sciliatum veterem Panalbon*.... *Mutonem*, vel *Cathedram*. Atque XXV. Marabitii valent *Agnum*. Atque XXVIII. Marabitii valent *Regalem*. Et XXIV. Marabitii valent *duplicam Castellanam*. Necnon & XXX. duplæ valent *duplicam magnam & latam Sacerorum*.

Et sciendum, quod *Marcha Grossorum* argenti *Bobenitæ*, valet communiter XLVIII. Grossos Pragenses, vel XXIV. *Scotos*.

Item in qualibet *Marcha* sunt IV. Fertones.

C Item *sex Scoti* valent unum Fertonem.

Item *unus Scotus* valet duos Grossos Pragenses.

Item *unus Grossus Pragensis* valet XVI. Denarios.

Item sciendum, quod in *Marcha praedicta* sunt XVI. *Lothones*.

D Item *Lotho* valet unum *Scutum* & medium, vel tres Grossos, quod idem est.

Item quilibet *Ferto* habet IV. Lothones.

Pro *Bisantio* solvuntur duae partes unius Floreni.

E Pro *Maffamutino* solvuntur duae partes unius Floreni.

Pro *Marabottino* solvitur unus Florenus, minus X. Denarios.

Pro *Malachino* VIII. Grossi argentei.

Ista Cabrospinus in schedâ illâ MStâ. Ex hisce Nummis quidam Aurei, quidam Argentei fuere. Quidam etiam, quanquam idem gererent nomen, non tamen ex eodem metallo fabricati erant, scilicet aliqui ex auro, alii ex argento conflati. Et primo de *Marabotinis* dicendum, Nummis

mis videlicet in Hispania cufis, & olim celebratissimis. Erant enim procul dubio Aurei. Forum pretium indicatur a Hieronymo Rubeo Lib. V. Histor. Ravenn. ad Annum MLXXVI. cuius sunt verba: *Gerardus quotannis pensionem solveret duodecim Marabotinorum (scriendum Marabotinorum): ita in vetustissimis tabulis hujus locationis, quas nos legimus in Bibliotheca Ustana, scribitur; qui ejus essent ponderis, ut septeni unciam corflarent, idest auri. Sunt & alia veterum monumenta, e quibus evincitur, aureos fuisse Marabotinos.* Verum quidem est, si

A Grimaldus supra laudatus recte scripsit, alteram quoque pecuniae Marabotinae speciem, hoc est, argenteam in usu fuisse. Ut enim ille tradit, in Libro Magistri Marini de Ebolo, centum quadraginta Marabotini sunt decem Marthae argenti. Sed minime haec sufficiunt ad hujusmodi opinionem statuendam. Tu interea commemoratos animadverte Marabutinos aureos Anfusinos. hoc est a Rege Anfus (qui nunc Alphonsus dicitur) percussos, in Charta mihi suppeditata a Codice MSO Cencii Camerarii.

B

Census trium Marabutinorum auri Anfusinorum pro Castro de Agantico Magalonensis Dioecesis, Anno 1247.

IN Dei nomine. Amen. Anno Domini Millefimo Ducentesimo Quadragesimo Septimo, die XI. exente Mayo, Indictione V. Pontificatus Domini Papae Innocentii Anno IV. In praesentia Magistri Boëtii Camerae Domini Papae Clerici, & mei Bassi Notariorum, ac testium subscriptorum, Nobilis vir Raymundus Petri, Dominus Castri de Agantico Magalonensis Dioecesis, afferuit, quod annum Censum trium Marabutinorum Anfusinorum, quem postulavit ab ipso ex parte Domini Papae Frater Blancus de Ordine Fratrum Minorum, Nuntius Domini Papae pro Ecclesia Romana, pro Castro praedicto numquam persolvit, nec umquam scit hujusmodi censum Ecclesiae Romanae debiri. Sed pro devotione, quam idem Nobilis habet ad Romanam Ecclesiam, promisit pro se, heredibus & successoribus suis dicto Magistro Boëtio, recipienti nomine Ecclesiae Romanae, solvere de cetero Ecclesiae Romanae, & Camerae Domini Papae pro ipsa Ecclesia Romana quolibet anno pro dicto Ca-

stro, nomine Census, dictos tres Marabutinos aureos Anfusinos, quando dictus Nobilis a Nuntio Romanae Ecclesiae fuerit requisitus. Et super his omnibus praefatus Nobilis præstlit corporaliter juramentum. Quo facto idem Nobilis dicto Magistro Boëtio nomine Romanae Ecclesiae pro isto praesenti quarto Anno Domini Innocentii Papae, tres Marabutinos Anfusinos persolvit. Insuper praedictus Nobilis pro dicto Censi integre persolvendo, se heredes & successores ac bona sua omnia perpetud obligavit.

E actum Lugduni, praesentibus Donno Paulo Canonico Lucano Camerae Domini Papae Clerico, Magistro Johanne de Manso Canonico Biternense, Guillielmo de Agantico Burgense, Stephano de Sancta Maria Clerico Biternense, Bertrando de Urbanicis, & aliis.

Ego Bassus, filius quondam Domini Roberti, Apostolica auctoritate, & nunc Camerae ejusdem Notarius, quia iis omnibus praedictis interfui, rogatu triusque partis scripsi & publicavi.

Redeo

Redeo nunc ad supra memoratam Cabrospini schedam, in qua XXII. Marabirii, idest Marabotini, seu Marabutini valent Sciliatum veterem. Num ibi scribendum Liliatum, an Scyphatum, sive Scyphatum? Horum Nummorum species saepe occurrit in Chronico Casinensi Leonis Ostiensis, ac in aliis veterum Chartis. Scyphatum quidem cursus praesertim fuit in Apulia & Calabria. Menthio quoque pecuniae hujus occurrit in Charta, quam ex Archivo Monasterii de Patiro, in Calabria siti, descripsit Sebastianus Paulius e Congregatione Clericorum Matris Dei, Theologus

Casalis Sancti Apollinaris venditio facta Christadoro Admirato Willelmi Ducis Apuliae a Fulcone de Balungerio, ut in jus Monasterii Sanctae Mariae de Patiro transferatur, Anno 1112.



IN Nominе Domini eterni Salvatoris nostri Iesu Christi, atque Spiritus Sancti. Ego Fulco de Balungerio notum sacio, quoniam Dominum Christadrum Ammiratum & preco nobilissimum me requisisse de Casale, quod alias fuit Kiccini Porcelli, quod dicitur Sancti Apollinaris, & est secus fluvium Conchilis in iis mansis, quos habeo cum Feudo meo de Braala, ut eius sibi darem ac concederem pro de suis rebus, quum ipse mibi dare volebat, quum ipse offerre & tradere illum volebat Monasterio Sancte Marie de Patiro. Quapropter ego requiriens voluntatem Domini Ducis W. & Comitis ejusque filii Roggerii Comitis, atque Riccardi Senescalchi Ducis ipsi Valivi, quorum quippe consenserdo & concedo supradicto Ammirato ipsums jam dictum Casalem cum villanis, ac silvis, terris, aquis ac pascuis, cunctisque Casalis ipsius pertinentiis, sicut ego illum melius tenui per unam diem

A Augusti nostri CAROLI VI. vir ex Eruditione non minus, quam Eloquentia sacrâ in Italia Clarissimus: Ibi Casalis venundati pretium sunt quingenti Schifati, & tres Distrerii, idest equi. Ibi memorantur W. idest Willelmus Dux Apulie, celeberrimi Ducis Roberti Guiscardi nepos, & ejus mater, scilicet Adela Comitissa, & ejus filius Rogerius Comes, quem Camillus Peregrinus, & Rocchus Pirrus ignorasse videntur, quod patri praemortuus fuerit, & Riccardus Senescalcus Ducis, & Valivus illius, idest Balivus, seu Bazulus Willelmi Ducis.

C & unam noctem. Ita ut ipse iam dictus Ammiratus jure habeat presature Casalem, ac possideat, ac potestatem habeat eundem ipsum offerre, dare & tradere supernominato Monasterio, ac ipsius Monasterium, ac pars ipsius Monasterii habeat atque possideat ipsum Casalem, ut supra dictum est, cum villanis ac sylvis, terris & aquis & pascuis, suisque pertinentiis, neque a me, meisque heredibus vel successoribus, neque a qualibet magna, privataque persona quicunque tempore aliquam ex ejusdem contrarietatem habeant concessionis. Quicumque tempore violator exiterit, sciat se compositurum auri purissimi Libras decem: & hec mea concessio semper firma & inviolabilis remaneat. Quod ut verius credatur, & firmius omni tempore observetur, Joannem Ducis Notarium scribere rogavi Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Duodecimo, Ducatus autem supradicti Ducis Anno Primo, Mensis Novembbris, V. Indictione.

ne. Preterea manifestum facio, quia propter hanc concessionem recepi a supradicto Ammirato quingentos Schifatos, & tres Destrerios, & idcirco me, meosque per supradictam compositionem obligo heredes, si huic concessioni quicunque tempore contraire tentaverimus.

¶ Signum Crucis proprie manus Fulconis de Balungerio.

¶ Signum Crucis proprie manus de Riccardo Senescalco.

¶ Signum Crucis de propria manu W. Piscionis.

¶ Signum Crucis proprie manus Petri de Fatorosa.

Ideo verò Scyphati appellati videntur ejusmodi Nummi, quod ad formam Scyphi cusi forent, uti Du-Cangius est opinatus, qui propterea Caucios Nummos pari de caussâ ejusdem speciei fuisse censem cum Scyphatis, quum Caicum Graece significet Scyphum, seu vas potorum. An ita se res habuerit, decernere ego non ausim. Illud quidem fidenter ajo, ejusmodi Graecos Nummos, si quidem figuram Cauci seu scyphi prætulere, Scutellam potius ac pateram fuisse imitatos, similesque fuisse Mediolanensium Nummorum argenteorum, Ottonis Magni aeo percussorum, qui paululum concavi in medio, aliquantulum in circuitu prominent. De hisce mihi sermo fuit in praecedenti Dissertatione XXVII. Scy-

phatos autem Aureae monetae genus fuisse ostendit idem Du-Cangius, ac post eum prælaudatus Pater Paulius in Additamentis ad Beverini Synagma de Ponderibus. Doërdelinus quoque in Comment. Historic. de Nummis Germaniae mediae, multa habet de Cavis in ea regione percussis. Rursus Nummi Aurei, appellati Augustales, cusi fuere jussu Friderici II. Augusti, atque in Apulia & Sicilia disseminati. In Chronico Richardi de Sancto Germano dicuntur hi Nummi expensi pro quarta unciae. Vulgo autem reputantur ita appellati ab ipso Friderico II. Augusto. Verum uti me monuit Cl. V. Apostolus Zenus, cui veterum Nummorum est insignis peritia atque supellex, ab Augusto Caesare, cuius vultum in numismate Fridericus expressit, nummi illi Augustarii, sive Augustales, immo Agustales sunt nuncupati. Audi Jo-hannem Villanum Lib. 6. Cap. 21. Historiar. L' Agostaro d' oro (inquit ille) valea l' uno la valuta d' uno Fiorino e quarto d' oro; e dall' uno lato dello Agostaro era improntato el viso dello Imperadore, e dall' altro un' Aquila, al modo de' Cesari antichi, e era grosso di carati venti di fine oro a paragone. Istius pecuniae mentio est in Charta Romana, quam ex Regesto Cencii Camerarii excerpti.

De concessione Castri de Arsa in feudum sub annuo censu, facta ab Innocentio IV. Papa, Anno 1253.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Castrensi salutem & Apostolicam benedictionem. In negotio Fidei, quod tibi contra Haereticorum perfidiam in Patrimonio beati Petri in Tuscia duxi-

mus committendum, fidei tuae zelum, & devotionis fervorem experti, personam tuam congruo libenter honore persequimur, & in iis, quae a nobis pro tuis, & Ecclesiae tibi commissae postulas incrementis, favorabiliter annuere volumus

veris tuis. Hinc est, quod fraternitatis tuas precibus inclinati, Castrum de Arjaceum Rosea, & aliis pertinentiis suis, in tua situm Dioecesi, ad Romanam Speculans Ecclesiam, sub anno Censu Duorum Augustiorum auri, vel viginti Solidorum denariorum Senatus, nostrae Camerae persolvendo, tibi, tuisque successoribus, de consilio Fratrum nostrorum, praesentium autoritate concedimus Feudi nomine perpetuo possidendum: ita tamen quod guerram, pacemque exinde facietis ad nostrum, ac successorum nostrorum beneplacitum & mandatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, banc paginam nostrae concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumferit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Laterani, Kalendis Februario, Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Richardus de Sancto Germano in Chronico, Tomo VII. Rer. Italicar. tempus adnotat, quo cudi coepit sunt Augustales: scribit enim ad Annum MCCXXXI. Nummi aurei, qui Augustales vocantur, de mandato Imperatoris in utraque Sicilia Brundusii & Messanae cuduntur. Eorum autem pondus ac pretium, immo & fabricam longe antea adinventam, discimus ex additamento ad Chronicon ejusdem Richardi, primum edito a Caesare Vergara in Lib. de Numm. Regni Neapolit. Haec ibi verba: MCCXXII. Mense Junii, quidam Thomas de Bandio civis Scalenensis, novam Monetam auri, quae Augustalis dicitur, ad Sanctum Germanum detulit, distribuendam per totam Abbatiam, & per Sanctum Germanum, ut ipsa Moneta utantur homines in emtionibus & venditionibus.

- A suis juxta valorem ei ab Imperatore constitutum, ut quilibet Nummus aureus recipiatur & expendatur pro quartâ unciae, sub poena personarum & rerum in Imperialibus Literis, quas idem Thomas detulit, annotata. Figura Augustalis erat ab uno latere caput boniinis cum media facie, & ab alio Aquila. Sed alios Nummos deterioris materiae, immo falsos, Fridericus II. procudisse dicitur in Vita Gregorii IX. Papae, Tomo III. Rer. Italicar. pag. 584. En verba: *Novus Monetae falsarius, dum aera eudit divergo charactere, argenti tenui superinduita cuticula.* Praeterea Byzantii, sive Byzantii olim fuere Aurei Nummi a Graecis Imperatoribus Constantinopoli percussi, quorum pretium parum abludebat a Ducatis aureis Venetis, sive ab Hungarisis, ceterisque Aureis Germanicae nationi familiaribus, & a Florensis aureis Florentinis. *Solidos Byzantios* simpliciter, atque interdum *aurei Solidos Bysanteos* reperimus in antiquis Chartis, praesertim Regni Neapolitani & finitimarum regionum, eorumque frequens mentio est in Chron. Vulturnensi, Part. II. Tom. I. Rer. Italicar. Ibi etiam vide commemoratos in Charta Anni DCCCLXXXII. centum auri *Solidos Constantinianos*, quos non alias a Byzantiis fuisse putto. *Solidi Constantini* non semel occurunt in Episcop. Salernitan. apud Ughellum. Sed fortasse scribendum *Constantiniani*, aut *Constantinopolitani*. Idem *Constantinati*, nescio an Librarii errore, appellantur in Charta, cuius archetypum adseratur in Cavensi Monasterio. Hanc exere jucvat in omnium Eruditorum commodum.

**Donatio facta Ecclesiae Sancti Felicis in Lucania a Guaimario IV.
Principe Salernitano, Anno 1051.**

IN nomine Domini. Trigesimo Tertio Anno Principatus Domni nostri Guaimarii gloriose Principis. & Duodecimo Anno Ducatus ejus Amalfie & Surrensi, & Decimo Anno Principatus & ipsorum Ducatum Domni Gisulfi eximii Principis & Ducis fili ejus, Mensis Martio, Quarta Indictione. Dum coram presentia suprascripti Domni nostri Guaimarii serenissimi, & a Deo conservati Principis & Ducis, essemus nos Amatus & Jobannes Judices, & plurima suorum more solito circum adesset turba fidelium, ipse Dominus Princeps & Dux semper solitus placidum Deo exhibere famulatum, & cupidus in sanctis Locis de suis rebus dare, per hanc cartulam dedit in Ecclesia beati Confessoris Felicis, que intra res suas, que sunt in finibus Lucanie, constructa est, de terris suis campestribus, & cum vineis, que sunt propinque ipsi Ecclesie, & ex omnibus partibus terris ipsius conjuncte, per mensuras justo passu hominis mensuratas. A parte Occidentis finis Via, & passus sentum octoginta. A parte Meridiei est fisis, sicut aliquantulum Valitellum discernit, & passus centum. A parte Orientis sunt passus centum octoginta, & revolvit in ipsam partem Orientis per Vallonem passus octoginta sex. Ab ipsa parte Septentrionis finis sicut aliquantum Vallone discernit, & passus ducenti triginta. Cum omnibus que intra ipsas terras sunt, cunctisque earum pertinentiis, & cum vice de ipsa Via. Elevatione, ut semper sint in potestate custodum ipsius Ecclesie, & ipsis terris utantur, fruantur, & de usufructu eorum faciant quod voluerint. Et ipse Dominus Princeps, & Dux obligavit

Tom. VI.

A se & suos heredes semper defendere custodibus ipsius Ecclesie suprascriptans dationem ab omnibus hominibus, quibus per ipsos Dominum Principem & Ducem, & illius heredes illud vel ex ipso quocumque datum aut obligatum aut alienatum paruerit, & qui pro illorum parte & dato quascumque causationes de eo ipsis custodibus jam dicte Ecclesie preposuerint, & sicut superius scriptum est, ipse Dominus Princeps, & Dux & ejus heredes ipsis custodibus jam dicte Ecclesie non adimpleverint, & suprascripta vel ex eis quidquam removere aut contradicere presumserint, obligavit se & suos heredes componere custodibus ipsius Ecclesie ducentos auri Solidos Constantinatos. Et duas cartulas unius tenoris, hanc, quam ipsi Ecclesie emisit, & alteram, quam ipse Dominus Princeps retinet, te Romualdum Notarium scribere precepimus, qui interfueristi.

¶ Ego qui supra Amatus Judex.

¶ Ego qui supra Jobannes Judex.

Adeo autem usus Bysantiorum invaluit, ac tandem perduravit, ut Saeculo etiam XIV. in Italica Lingua familiaris ejus pecuniae appellatio foret; & quum quis dicebat, sibi in votis esse l'aver de' buoni Bisanti, quid ejus verba significanter nemo saltem in Tuscia ignorabat. Eadem ratione in ore Italicae gentis fuit olim familiaris vox Tornese, quo nomine Turonenses Numini designabantur. Nulla autem dubitatio est, ut dixi, quin Byzantii ex euro fuerint: quod etiam ediscere poteris ex Judicato autographo, mihi viso apud Monachos Benedictinos Arretii in

D

Coe-

Coenobio Sanctorum Florae & Lucillae. Ibi Constantinus Episcopus, & Hugo Comes poenae nomine in-

A dicunt duo millia Bisancios auri. Accipe nunc ipsam Chartam.

Placitum Arretii habitum coram Constantino Episcopo illius Civitatis & Hugone Comite, in quo Guido Abbas Monasterii Sanctorum Flora, & Lucillae evincit Curtem de Sesto, Anno 1079.

DUm in Dei nomine, in Palatio Episcopatus Aretini in judicio residerent Constantinus Aretinus Episcopus, & Ugo Comes ad justicias facientes ac deliberandas, residentibus cum eis Arderico, Gerardo, Johanne Judicibus, Nordilo, Rodulfus, Sigismundo . . . Ildebrando Causidicis, Walfredus Comite, Pagano de Corsena, Ugone Vicecomite, Uberto filio Bucci, Ildebrando Ugonis filio, Rodulfo filio Mascavi Saracino . . . Ursone, Grifone, Wilhelmo, Rainerio filio Grifi, & reliquis pluribus ibidem adstantibus. Ibique in eorum presencia proclamaverunt Rainerius de Porano, & Teudicius de Hereditate Rainerii filio quondam Fuscerii, quam dicebant suis uxoribus pertinere ex successione predicti Rainerii fratriss eorum ab . . . defuncti, quod aversus Monasterium Sancte Flore, quod de hereditatis illius partem pessidebat, cuius Monasterii Wido Abbas cum Pagano suo Avogatore . . . hujusmodi fecerunt responsum, quod presatus Rainerius in quadam sua insfirmitate testamentum fecerat, in quo cuncta sua bona distributa . . . partem hereditatis, de qua controversia erat, predicto Monasterio Sancte Flore iudicavit, scilicet terciam porcionem de Curte, quod nominatur Sesto. Et testibus productis, in eorum praesencia jam dictus Rainerius suam voluntatem arstenaderat. De testamento legitime reddiderunt testimonium, & ita vero esse, ut Abas Egleste Sancte Flore cum Paga-

B no Avogato suo affirmaverat. His predictis & iussione Constantini Aretini Episcopi, & Ugonis Comitis, & predicatorum Judicum, predictus Rainerius & Teudicius pro se suisque heredibus, & pro eorum uxoribus refutaverunt superscriptas res predicto Monasterio, & obligaverunt se, quod nec ipsi, nec eorum uxores, vel eorum ac earumve heredes predicto Abati, ejusque successoribus de prefatis Curte nullam controversiam in posterum moturos sub pena centum Librarum Denariorum Lucensium. Insuper predictus Episcopus & Ugo Comes miserunt in bannum supradictum Abatum & suum Avogatum, & supra presatas res, ut nulla magna parvaque persona, eos, eorumque successores de predictis rebus disvestire aut molestare presumat sine legali iudicio. Qui vero oc facere presumpserit, siat se compositurum duo millia Bisancios auri, medietatem Parti Publice, & medietatem eidem Abati suisque successoribus.

Unde quidem & ego Ardericus Notarius ex iussione Domni Episcopi & Ugoni Comi & Judices & Causidicorum amonitione scripsi Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millefimo Septuagesimo Nonno. Pridie Nonas Decembris, Indictione Tertia.

P

Ego Constantius Episcopus sub-
scripsi.

* Ego Ardericus Jedes interfui &
subscripsi.

* Ro-

F Rodulfus Causidicus interfui & subscrpsi.

F Gerardus Judge sacri Palatii subscrpsi.

Fuere nihilominus procedente tempore Byzantii quoque albi, uti Du-Cangius animadvertisit, atque ideo ex argento conflati. Atque hi Byzantii posteriorum temporum, ejusdem pretii fuere, atque Scuta Roinana, quorum singula decem Julii constant; valebant nempe iidem argentei Byzantii duas partes e tribus Floreni aurei valentis olim Julios quindecim. Praeterea usurpatos olim inventimus Mancosos, sive Mancusos auri, uti & Mancosos argenti. In Glossis Florentinis ab Eccardo editis repetitio Philippus (nummos) Mancusa. Legge Mancusa. Quasi a Philippo, aut

A Philippico Augusto Mancusi percussi fuerint. Apud Anglos olim Mancusa idem fuit ac Marcha, ut pluribus ostendit Du-Cangius: ac proinde quum in Chartis quoque nostris Mancusos offendimus, argenti, aut auri Marcham designatam illic existimare licet, si ejusdem Du-Cangii sententiam amplectimur, immo & Vossii, & Hickesii, qui idem sensere. Ego tamen, quod est ad Italos, dubitare de ea cogor. Quippe in Italicis Chartis video ingentem copiam Mancosorum pro poena statui. Quod fieri non facile solebat quum de Auro sermo erat. Exempla nonnulla dabo. Scilicet in tabulis, quas authenticas legi in Chartophylacio Monasterii Mediolanensis Ambrosiani, mille Mancosi auri memorantur.

Ludovicus II. Imperator Ansperto Diacono Mediolanensi quasdam res ab ipso non semel in judicio evictas confirmat, Anno 857.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni. Hludovicus . . . & nostris, presentibus scilicet & futuris nostrum sit, quia vir venerabilis Engelbertus Sanctae Mediolanensis Ecclesiae Archiepiscopus suggestus celsitudini nostrae pro quodam suo Diacono nomine Ansperthus, qui quasdam res super quemdam hominem nomine Ansprandum vicecerat pro intersectionis scelere, quod in germanum suum exercuerat; super quibus rebus etiam post acquisitionem, nostri Genitoris serenitate, preceptum adipisci promeruit. Verumtamen acquisitione adepta, & Imperiali precepto robata, non valuit quorumdam hominum factiosa & subdola quiescere conquestio, quin in nostri presentia prefatum Diaconem propter quandam cautionem, quasi injuste retineret, eorum exorta cepit compellare clamatio: super quibus & de-

D nuo compos & viator existens legaliter in se jure perpetuo res predictas debere respicere etiam scriptoris robore per iuditii certi definitionem prenotavi. Petiti quoque idem venerabilis Archiepiscopus, ut iterum nos nostra corroboraremus quod esse eorum auctoritate. Idcirco hoc nostrum preceptum fieri jussimus, per quod confirmamus eitem Diacono illas res, unde superioris mentionem habuimus, sicuti in preceptis Domni & Genitoris nostri illi confirmata & robata esse dinoscuntur.

E Precipientes quoque jubemus, ut nemo deinceps audeat ei de ipsis rebus aliquam injustam inferre calumpniam, sed neque aliquam minorationem facere presumat. Quod si quis hoc bagere temptaverit, & nostrum Privilegium violare temptaverit, noverit se pena damnandum Mille Mancosos auri, medietatem Palatio nostro, medieratcm

vero predicto Diacono, suisque heredibus. Et ut hoc quod jubemus, quodque concedimus, ab omnibus verius credatur, & in Dei nomine diligentius observetur, snulo nostro subter iussimus adnotari.

(Non adest subscriptio Imperialis.)

Werim boldus Notarius rogatus ad vicem Duci Temiri.

Data XII. Kalendas Julii, Anno

Otto Dux & Missus Ottonis III. Imperatoris in Placito Cremonensi coram ipso Imperatore Privilegium Imperiale, ab Oldericō Episcopo Cremonae productum contra Cives Cremonenses, germanum recognoscit, & bannum pro ejus tutela emittit, Anno 998.

Dum in Dei nomine Civitate Cremona, in Domo ipsius Civitatis, in Laubia majore ipsius Domus, ubi Dominus Otto glorioſissimus Imperator preeſet, in judicio reſidebat, per ejuſdem Domni Oldericī licentiam, Otto Dux & Missus Domni ipsius Ottonis Imperatoris, unicuique iuſtitias faciendas ac deliberaandas, residentibus cum eo Henricus Dux, ſeu Nothecherius, Vivdraldus, & Petrus Epifcopi, Gribertus Musicus, ſeu Leo qui Warinus Capellani ipsius Domni Imperatoris, Autecherius, Adelbertus, item Adelbertus, Marco, Radaldus, Johannes Judices ſacri Palatii, Rogerius de Bariano, Odelricus de Colonie, Albericus de Mauvingo, Vassi ipsius Domni Odelrici Epifcopi, & reliqui plures: ibique eorum veniens preſentia ipfe Dominus Odelricus ipsius ſancte Cremonensis Ecclesie, & Lanfrancus ejus Advocatus, & oſtenſerunt Preceptum unum, continentē in eo ab ordine, ſicut hic ſubter legitur. In nomine ſancte & individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum ſit omnibus nostris fidelibus, preſentibus ſcilicet ac futuris, ſub noſtre dominationi

A Imperii Domni Hludowici piissimi Augusti VIII. Indictione V.

Actum ariola, in Dei nomine feliciter. Amen,

Placitum subsequitur, luce plane dignum, quod hauiſe vetustiſſimo Regefte Epifcopii Cremonenſis, ubi poena duum Millium Mancorum auri indicitur.

B culmine degentibus, Epifcopis, Marchionibus, Comitibus, ceterisque in inferiori ſtatu viventibus, Cremonenſes Cives nefanda deceptionis fraude nos circumveniendo decipientes intra dive memorie Avi, Patriſque mei veneranda, incunvulſe & interrate permansura Precepta de Cremona diſtriſtione inſra Civitatem & extra, per quinque miliariorum ſpatia, caratura videlicet, teloneo, ripaticoque, certis redibitionibus, ſive negotiis, que in eisdem Preceptis leguntur & continentur, que universa nos remeante beati Petri Apoſtolorum Principis Corpus, per noſtri Precepti paginam manu propria in Sinodo jam antea roboravimus & conformavimus, ex noſtri parte nobis neſcientibus, apud nos amodo falſum, & ideo ac deſtruendum inlegitime ac ſubdole acquiſi- viſſe Preceptum; quod cum noſtre certitudinis maſtati per venerabilem Odelricum ejuldem Civitatis Epifcopum revelata fraude intimatum ſuiſſe, quia dignum nobis & rectum viſum eſt, ut per ea, que justificatione preſate Cremonenſis Eccleſie data & conſirmata fuerat, hoc injuſte

re factum & rite abolendum Preceptum, deposita fronte verecunde tacere silentio, ne forte, quod Deus avertat, justitia & rectitudo, obviantem mandato Dei pura mente, firmoque consilio statuentes decrevimus, quatenus ex nostri Praecepti pagina quasi grave jugum predicto cailide acquisito Precepto imponeretur; cuius justo pondere ad nichil omnimode redigatur & annuletur, vigore careat, virtutem non habeat, silens tacitumque permaneat, atque in nullo omnino valeat, sed quod Avus, & Genitor noster jam dicte Curtis Cremonensis Ecclesie dederant & confirmaverant, & nos, ut diximus, confirmingando roboravimus, incunvulsa & intemerata omni tempore maneat, hoc superaddito Imperialis nostre securitatis Precepto. Eo nimirum ordine, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdascius, Gastaldo, Decanus, seu quislibet Regie aut Imperialis potentie Procurator noster, nostrorumque militum miles, sive cuiuscumque ordinis &c. Signum Domni Ottonis serenissimi & invictissimi Imperatoris Augusti. Heribertus Cancellarius vice Petri Comani Episcopi & Archicancellarii recognovi. Data III. Nonas Augusti Anno Dominice Incarnationis DCCCCXCVI. Indictione IX. Anno vero Tertii Ottonis regnantis XIII. Imperii autem ejus Aetum Papie feliciter. Amen. Preceptum ipsum ostensum ab ordine lectum, interrogati sunt ipsi Dominus Odelricus Episcopus & Lanfrancus ejus Advocatus, per quod Preceptum ipsum ibi ostenderat: qui dixerunt: Vere ideo Preceptum istum hic ostensimus presentia, ut ne scilens appareat, si ullus homo versus nos &c. Et quod plus est,

A querimus, ut dicant iste Dominus Otto gloriofissimus Imperator, & Liuzo Judex ejus Advocatus esse constitutus, si Preceptum ipsum, quem hic ostensimus, bonum & verum est, aut ipse Dominus Otto gloriofissimus Imperator eum fieri rogavit, & ab ejus anulo in calce jussit sigillare.

Ad hec responderunt ipse Dominus Otto gloriofissimus Imperator, & Liuzo ejus Advocatus & Judex dixerunt & professi sunt. Verum Preceptum ipsum, quem vos ostensistis, bonum & verum est: & ego ipse Dominus Otto gloriofissimus Imperator eum fieri rogavi, & meum anulum in calce jussit sigillare, & de hoc, quod per ipsum Preceptum parte ipsius Episcopii concessi habere, & in eo

omni tempore firmum & stabilem ita jubeat permanere. Tunc ipse Dominus Dux Otto per ejusdem Domni Ottonis gloriofissimi Imperatoris licentia, per fustem, quem in sua tenebat manu, super eundem Dominus Odelricus Episcopus & Lanfrancus ejus Advocatus, seu super ipsum Preceptum, bandum ipsius Domni Ottonis gloriofissimi Imperatoris pro Dei amore, & anime sue mercedis, emisit in Mancosos auri duo millia, ut nullum quibuslibet homo de eo, quod in ipsum legitur Preceptum, aliqua violencia aut minuacionem seu contradictionem parce ipsius Episcopii facere audeat sine legali iudicio.

Qui vero fecerit, predicta duo millia E Mancosos auri se compositurus agnoscat, medietatem parte Camare ipsius Domni Ottonis gloriofissimi Imperatoris, & altera medietate parte ipsius Domni Odelrici Episcopi, iisque successoribus, seu pars ipsius Episcopii. Hanc notitiam pro securitate ejusdem Episcopii fieri ammonuerunt.

Quidem & ego Dominicus Notarius sacri Palatii ex iussione prefati Missi & Ju-

& Judicium ammonitione scripti in nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Tertius Otto gratia Dei Imperator Augustus, Anno Imperio ejus Deo propitio II. quartodecimo Kalendas Februarii, Indictione XI.



OTTO DVX ET MISSVS
SVBSCRIPSI.

Autecherius Judex sacri Palatii interfui.

Adelbertus Judex sacri Palatii interfui.

- A Jobannes Judex sacri Palatii interfui.
Radaldus Judex sacri Palatii interfui.
Martius Judex sacri Palatii interfui.
Adelbertus Judex sacri Palatii interfui.

B Alterum Placitum exero, cuius antiquum apographum se mihi legendum obtulit in Archivo Capituli Canonicorum Patavii. Ibi duo milia Mancorum animadvertis.

Guntherus Cancellarius Henrici Imperatoris II. in Placito Mantuano bannum promulgat pro tutela Decimorum spectantium ad Canonicos Patavinos, Anno 1055.

Dum in Dei nomine, in Civitate Mantua, in Lobia solariora, que sunt Marchionis Bonifacii, in judicio residebat Dominus Guntherus Cancellarius & Missus Domini Secundi Henrici Imperatoris, ad iusticias faciendas ac deliberandas, residentibus cum eo Atto, Tolbertus, Burgundius, Gravo, Wzolus Judices sacri Palacii, Liutulfus, Papo, Ingo, Rezo, Gumpo, Joannes, Tiso, Bonifacius, & reliqui plures: ibique in eorum veniens presentia Milo Archidiaconus, & Milo Presbiter, seu Ademarius item Presbiter, & Johannes, & Adam Diaconus, Canonici Sancte Marie matris Ecclesie Patavine, una cum Johanne Advocato eorum, & ceperunt dicere: Habemus & detinemus ad proprietatem Canonice Sancte Marie nominative totas Decimas de omnibus rebus de Villa, que dicitur Vico Altikerii, & Villa, que dicitur Vico de Arzere, & de Villa, que dicitur Roncone, & de Villa, que dicitur Roncalia, & de omnia, que ad Decimas de praedi-

C tis Villis pertinet. Et si quislibet homo adversus nos aut adversus pars predictae Canonice aliquid dicere vult, parati sumus cum eo exinde ad rationem standum & legitime finendum. Et quod plus est, querimus, ut vos propter Deum & anime Domini Imperatoris ac vestri mercedem, mittatis bannum super nos, & super predicta Canonica, ut nullus quislibet homo de predictis Decimis devestire, molestare vel inquietare audeat, sine legali judicio. Et cum ipse Milo Archidiaconus, & Milo, & Ademarius Presbiteri, & Johannes, & Adam Diaconus, una cum Johanne Advocato eorum taliter postulassent, tunc predictus Dominus Cancellarius & Missus per fustum, quem sua tenebat manus, misit bannum supra predictis Canonicis, ut nullus quislibet homo de predictis Decimis pars predicti Canonici devestire, molestare, vel inquietare audeat sine legali judicio. Qui vero fecerit, duo mille Mancos aureos se compositum agnoscat, medietatem parte

Ka-

Kamere Domni Imperatoris, & medietatem parti predicti Canonici. Finita est causa, & hinc notitia pro securitate parti predicta Canonice fieri ammonuerunt.

Quidem & ego Petrus Notarius & Judex sacri Palatii ex iustione predicti Cancellarii, & Judicium admonitione scripti; Regni vero Domni Secundi Henrici Imperatoris Deo propicio Nono, XV. Kalendas Novembris, Indictione IX.

A Ego Guntherius Cancellarius confirmavi.

Ego Atto Judex & Missus interfui.

Ego Burgundius Judex sacri Palacii interfui.

Ego Gravo Judex interfui,

Ego Wezolus Judex interfui.

B Ex eodem Archivo Capituli Pavatini tertium Placitum depromsi, ubi itidem duo mille Mancosos aureos commemorari videoas.

Milo Episcopus Paravinus litem vincit in Placito coram Liutaldo Duce contra quoddam usurpatores bonorum Ecclesiae suae, Anno 1085.

Dum in Dei nomine in Civitate Padua, in judicio resideret Dominus Liutaldus Dux, ad singulorum hominum justicias faciendas ac deliberandas, adessent cum eo Ardricus Advocatus, Johannes &c. Judices, Uberto &c. & reliqui plures. Ibique in eorum presentia veniens Dominus Milo Patavensis Ecclesie Episcopus, una cum Advocato suo Uberto, retulerunt & ceperunt dicere, ac postulare mercedem: Petimus vobis, Domne Liutaldus Dux, ut propter Deum, & anime vestre mercedem faciatis nobis rectum de Ugolino de Cingularia, qui tenet casam unam in jam dicta Civitate Padua juris jam dicti Episcopatus, & designatur propter nos dirigi, aut justitiam facere. Et nobis de filiis quondam Fuscoli, qui tenent Molandinum unum in Fluvio Retrone ti Episcopatus, quem esterna die vincentur supra quendam Singibaldum. Cum ipse Dominus Milo Episcopus una cum Advocato suo Uberto taliter petiissent mercedem: tunc ibi loco per Judicium judicio, qui ibi fuerant, & per lignum, quod in sua tenebat manu, investivit jam dictum Milonem Episco-

C pum & Advocatum ejus Uberto de jam dicta casa & molandino ad haec tenus, & insuper misit bannum super predictum Episcopum & Advocatum ejus, & super predicta casa & molandino in duo mille Mancosos aureos, ut nullus quislibet homo &c. predictos duo mille Mancosos aureos se compositurus agnoscat, medietatem parti publice, medietatem eidem Episcopo. Finita est causa, & hanc notitiam propter securitatem ejusdem Milonis Episcopi & predicti Episcopatus fieri ammonuerunt.

D Quidem & ego Olveradus Domini Heinrici serenissimi Augusti Notarius ex iustione jam dicti Domni Ducis & Judicium admonitione scripti.

E Factum est hoc anno Dominice Incarnationis Millesimo Octuagesimo Quinto, Tercio die Marcii, Indictione VIII.

¶ Hec Crux signum manus Domini Lintaldi Ducis, qui hanc noticiam fieri jussit.

Ego Gotefridus Judex interfui.

Tantam irrogare poenam minime mos fuit, si Mancisi nomine Marcham auri designatam velimus. Ad haec sub Mancisi, seu Mancosi vocabulo genus quoddam Solidorum aureorum aut

aut argenteorum invenio. Anastasius in Vita Adriani I. memorat in auro Solidos Mancusos numero ducentos. Et in Vita Leonis IV. ait: Multos ei in argento Mancusos praebuit. Isoni Magistro Philippei appellantur Mancusi: Philippeum verò Papias Grammaticus, & Glossae MStae Solidum fuisse testantur. In vetustissima quoque Papyro Ravennate, Francis in Italia imperantibus, scripta, quam pag. 175. Diplomat. produxit cele-

A berrimus Philologus Marchio Scipio Maffijs, legimus scripto prelio Solidos Mancusos trecentos. Neque diffimulabo, me reperisse in Diplomate Henrici I. Augusti, Mancusos viginti aequivalere Solidis quinquaginta. Sed fortasse Mancusi illi aurei aequiparantur Solidis argenteis. Diploma hoc nondum editum accipiat nunc Legator, quod autographum adseratur in Chartophylacio Monasterii Veronensis Sancti Zenonis.

Henrici II. Regis & Imperatoris I. Diploma, per quod Monasterio Veronensi Sancti Zenonis omnia illius jura & bona confirmat, Anno 1014.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Quia Regalis & Imperialis potestas supra omnia & pre omnibus divino cultui debet esse semper intenta, & Ecclesiarum Dei sarcinam libenter portare ac sublevarе, quatenus id agendo aeternae remuneracionis premia percipere mereatur; idcirco noverit omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum industria ildebrandum Veronensem Episcopum humiliter nostrae serenitatis exorasse clementiam, quatenus ob amorem Dei omnipotentis, beatique Zenonis Confessoris Christi reverentiam, omnes proprietates & possessiones Monasterii prebiti beatissimi Zenonis, ubi Corpus ejus sacrum quiescit humatum, & ubi nunc Dominus Rozo venerabilis Abbas preesse videtur, que ab antecessoribus nostris Regibus scilicet, & Imperatoribus, Episcopis, Comitibus, bonisque hominibus delegatae sunt, & concessae, per nostras munificentiae Preceptum corroboravemus, modisque omnibus confirmaremus. Cuim ratae petitiones estinantes, misericordia-

C que omnipotentis Dei, & eiusdem beati Zenonis meritis & intercessionibus nos adjuvari sperantes, omnia Privilegia ac Precepta ipsius Monasterio quae concessa & confirmata ac funditus delegata sunt priscis temporibus ab antecessoribus nostris Regibus vel Imperatoribus, seu omnes scriptiones, universaque res cum familiis & servis utriusque sexus, unde ipsum Monasterium juste & legaliter habens investitum permanit, & quicquid inibi legibus pertinere dinoicitur, tam per commutations & precarias, quam per oblationes & offertiones honorum hominum, sive aliquas traditiones & quascunque donationes, quae dici aut nominari possunt, per banc presentem nostrae munificentiae auctoritatem perpetuo confirmamus, modisque omnibus corroboramus: idest in eodem territorio Veronensi Monasteriolum constructum in honore Sancti Petri, quod dicitur Mauriatica: Villapista: Castellum in Mauriatica, cum Capella in honore Sanctorum Firmi & Rustici: Castellum Herbetum cum cunctis adjacentiis & pertinentiis suis: Trebuntiolum: Vicum Adersis: Capellam Sancti Laurentii, sitam

D

E

ib

in ripa Padi, que dicitur Hostilia: Campum Walani: Campum Patiarium: Et Novoletum: & in Gajo Villam, quae dicitur Aspo: Corticellam in Platone: Capellam Sancti Viti sitam in Portu: In Lavanio Cortem unam: In Monte Tauri Cortem unam cum Molendinis: Castellum Romanianum cum facticiis Sancti Zenonis: & Montem, qui dicitur Alferia: In Lefinio, ubi dicitur Merlario, campos duos: In Clariano campos tres: in Puaro campos tres: in Laupha campum unum: in Sinevello Cortem unam: in Cavalo, in Puiniano Cortem unam: Castellum Sancti Viti cum pertinentiis suis: Pavona: Cassianum: Cellam Sancti Petri infra Civitatem Veronam cum pertinentiis suis: in Lacesis Cortem unam cum Capella Sancte Christine: in Bardulini Cortem cum Capella Sancti Zenonis: in Cavi Cellam Sancti Andree cum pertinentiis suis: in Affi Corticellam unam: in Bellune massaricias tres: in Valle Trientina Cortem unam: in Lachari Cortem unam: & res in Valle Caprinata, & in Vallepuro: in Vensi Capellam Sancti Viti cum pertinentiis suis: in Comitatu Brixiano in Puiniaca Corticellam unam: & res in Alfiano constitutas, & in Plasiano: & Cortem in Rivaviola cum omnibus pertinentiis suis: in Comitatu Vicentino Cortem unam, que dicitur Cornetum: in Esculetum Cortem unam: in Comitatu Trevisano Cellam Sancti Theonisti, & Sancti Martini cum omnibus adjacentiis suis: in Parma Cellam Sanctae Eugeniae infra Civitatem cum suis pertinentiis: in Civitate Florentia Capellam Sanctae Mariiae, quae dicitur Ferleuha, cum pertinentiis suis, & cum omnibus rebus ad praefatum Monasterium pertinentibus: cum Ecclesiis, Castellis, Viciis, colonibus, mancipiis, facticiis. & familiis utriusque sexus, terris, vineis, pratis, pa-

Tom. VI.

A scuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, pescationibus, paludibus, cultis & incultis, rebus mobilibus & immobilibus, quantumcumque in supradictis locis eorum legitima dinoscitur esse possessio vel dominatio, tam de comparatu quam & de quolibet attractu, omnia & ex omnibus ad memora- tum locum pertinentibus.

B Specialiter tamen concedimus secundum Precepta predecessorum nostrorum, ut in Regalibus silvis tam in Gajo quam in ceteris pascuis licentiam habeant greges ovium suarum, nec non porcorum, ju- mentorumque vel ceterorum animalium ad ipsam Ecclesiam pertinentium, absque aliqua datione aut exactione pascua ha- bere. Precipientes denique jubemus, ut

C nullus Dux, Marchio, Episcopus, Ar- chiepiscopus, Comes, Vicecomes, Sculda- scio, Gastaldo, nullaque nostri Imperii magna parvaque persona predicti Mono- asterii Abbatem vel Monachos aut eorum familias, servos seu liberos de omnibus prefatis rebus inquietare vel molestare aut disvestire presumat, nullum fodrum aut censum, neque telonaticum persolve- re cogantur. Nullus infra eorum Villas aut Castella, ingredi, Placitum tenere, aut eorum liberos sive famulos distin- gere vel pignorare, neque hospitari, seu aliquam functionem seu exactiōnem exi- gere audeat; sed habeant eorum naves licentiam eundi & redeundi per Pa- dum, vel per Atasim, seu per cetera flumina absque ulla publica exactiōne

E & datione. Sed neque ipse Episcopus aliquid ab eis exquirat, seu aliquam molestiam inferat, nisi tantum quod antiqutus statutum est, in festivitate Sancti Zenonis aut Manculos viginti, aut Solidos quinquaginta, cum suis Cleri- cis accipiat. Liteatque ipsis Monachis ex propria Congregatione Abbatem eli- gere, si ibi talera potuerint invenire; sin autem licentiam habeant cum consen- su

E

su Episcopi, undecumque, sibi bonum pastorem eligere. Et si aliqui hoc Preceptum inrumpere temptaverint, licentiam habeant ipsi Monachi pro hac re aut ad nos, aut ad successores nostros reclamandi. Hoc vero & nos ob aeternam remunerationem concedimus, ut Episcopus ejusdem Civitatis nullam unquam potestatem habcant aliquid inde abstraere vel sibi usurpare, aut alicui in beneficium dare; sed possint quiete

A & tranquille Dei misericordiam jugiter pro nobis exorare. Si quis vero hujus nostri Precepti violator extiterit, sciat se compositurum centum Libras auri obvizi, medietatem Kamerae nostrae, & medietatem predicti Monasterii Abbatii vel Monachis. Quod ut verius credatur & diligentius ac firmius ab omnibus observetur, manu propria roborantes, si gillo nostro jussimus insigniri.

B

Signum Domni Heinrici




severissimi & invictissimi Imperatoris Augusti.

Heinricus Cancellarius vice Everardi Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Data XII. Kalendas Junii, Anno Dominicae Incarnationis MXIV. Indictione XII.
Anno Domini Heinrici Imperatoris Augusti regnantis XII. Imperii vero ejus I.

Actum Veronae, in Dei nomine feliciter. Amen.

Appensa pendet Bulla plumbea ejusmodi.



Quae vero hactenus dixi de Manus, in memoriam mihi revocant Caroli Crassi Augusti Diploma Anno DCCCLXXXII. scriptum, atque ab Ughellio editum Tom. 4. Ital. Sacr. in Episcop. Bergomatibus pro Ecclesia Bergomate, ubi transgressores dicuntur persoluturi eidem Ecclesiae

C triginta millia Manceorum Aureorum. Tantam indicere multam, minime mos veterum fuit; & quisnam illam quae solvisset? Pauci sane, & ne ipsi quidem opulentissimi: quare vitiatum locum opinor. Sed juvat huc transferre, quae Hickesius in Dissertatione Epistolari Tom. 2. Linguar. Veter.

Veter. Septentrional. habet: Monetae percussae argenteae unum, ut videtur, apud Anglo-Saxones genus fuit: nempe argenteus ille Nummus, quem Penning, Pennig, Penninc, & cum simplici N Penning &c. vocabant. Penning autem, qui a nobis Penningus Latino-barbare nuncupabatur, cūsum nummulum argenteum, quem dicimus bodie a three pence, idest tres denarios Esterlingos, quod irutina probat, pondere & valore aquabat. Quinque Penningi pecuniae argenteae summulam, quae Anglo-Saxonice, a enne Scyling, idest unum Scyllingum: & triginta Penningi summulam pecuniae argenteae, quam a enne Mancus, vel aenne Mancs, idest unam Mancusam constituebant (vel unam Maram.) Mearc enim, sive Marc apud Anglo-Saxones idem argenti pondus, ac Mancus significabat &c. Mancusa patiter argentea, quae triginta Penningos tales continebat, nonaginta nostros valebat Penningos, seu tres excusos patriae nostrae nummos argenteos, quos vocamus Halfercowns. Mancusa vero, vel Marca aurum, decies valebat Mancusam argenti, secundam valorem, quo aurum argentum superabat apud Graecos & Romanos. Ita Hickesius. Folles etiam in hi commemorandi sunt, antiquissimum pecuniae genus. Pholles ab aliis appellantur, Graecae originis fuerunt, ac de iis eruditionis Graecae & nummariae studiosi multa dixerunt. Praeterire tamen piaculum ducerem, quid in hanc rem adnotavit Salmasius in Notis ad Lib. Tertulliani de Pallio pag. 112. Nempe e Rationali Graeco in Regia Parisiensi Bibliotheca adservato educi, quid 1

A Graecorum Nummorum species quacdam proportionis inter se haberent. Nummus, inquit, Aureus tum duodecim Milliarenibus argenteis valebat. Milliarensis (hujusmodi Solidorum est mentio in Chronico Vulturnensi Part. II. Tom. I. Rer. Italicar.) viginti quatuor aereis Follibus. In bessimi nummi aurei, Dicerati nomine, postulabant exaltiores Folles sexdecim pro Hexaphollo: sex Folles bes aurei cum Dicerato & Hesaphollo, Milliarenzia ostro colligit, & Folles duo & viginti. Suidas Follem non aliud quam Obolum fuisse scribit. Aerei plerique Folles fuerere; sed & Argenteos non defuisse fortassis ostendi posuit. Aureos tantum agnoscit Gutherius Lib. 3. Cap. 17. de Offic. Dom. August. qua in re deceptum illum puto. Marcellinus Comes in Chrōnico ad Annum Christi CCCCXLVIII. de Anastasio Imperatore haec habet: Nummis, quos Romani Terentianos (Sirmondus recte suspicatur legendum Teruntios aut Teruntianos) vocant, Graeci Foilares (alii Codices habent Folles) Anastasius Princeps suo nomine figuratis, placibilem Plebi commutationem distraxit. Et hujus quidem Graecae pecuniae, hoc est Follium, sive Follarium, antiquissimus est usus ac nomen: nam & ejus mentio est in Codice Theodosiano, & apud Lampridium, & penes Sanctum Augustinum Lib. 22. Cap. 8. de Civitate Dei, atque alibi, uti & apud Evodium Episcopum Uzalensem Lib. prim. Cap. 14. de Miraculis Sancti Stephani. Idque etiam confirmabit vetusta Inscriptio apud Gruterum pag. 810. 10.

Ad Bucinum Lucaniae Oppidum.

IN QVEM INDVXI SARCOPHAGVM
 IN QVEM DVM RECEPTVM FVERIT CORPVS MEVM
 NVLLI VNQVAM LICEAT ACCEDERE NEQVE VEXARE OSSA MEA
 NON FILIVS NEQVE NEPOTES NEQVE DE AFFINITATE VLLVS
 SI QVIS AVTEM INFRINGERE VEL APERIRE AVSVS FVERIT
 IS TVM INFERET POENÆ NOMINE REIPUBLICÆ FOLLES MILLE
 SANE NÆVIA PRISCA
 SI PERMANSERIT VSQVE IN DIEM FINITIONIS SVÆ
 RECIPIETVR IBI JVXTA MARITVM SVVM.

Alteram accipe e schedis meis.

Aquilæ in Civitate Apruntina pro foribus Sanctæ Mariae de Rojo basis, super qua ex pedum vestigiis statua olim collocata fuisse dignoscitur.

DEDICATA III. KAL. IVL
 VRSO ET POLEMIO CONS
 OB CVJVS DEDICATIONEM
 DEDIT PLEBI VRBANE
 AD AEPVLVM CONVIVII
 PANEM ET VINVM TAVROS II. VERBECES XV.
 PRÆTEREA ET ARCÆ EORVM FOLLES M.....
 EX QVORVM VSVRIS PER SINGVLOS ANNOS CONVIVIUM
 DEDICATIONIS SIBE EXSIBEANT.

Posita est Inscriptio Anno Christi CCCXXXVIII. Neque praeteribo, quae de his aliisque Graecis Nummis scribit Scholia festi Basilicorum Eclog. 23. Nosse, inquit, oportet Ceratium unum Follibus valere duodecim, sive Miliaris dimidio. Valent itaque Ceratia duodecim Nomismate medio: nam integrum Nomisma continet Miliaris

A duodecim, seu Ceratia XXIV. Qui plura cupit de Follibus, & Milliarenibus adeat Dionysii Petavii magni viri Diatribam in Sancti Epiphanii Opusculum de Mensur. & Ponderibus.

Michelatos, seu Michalatos, aut Michaëlis, Michaëlis Graeci Augusti nomine signatos; & Romanatos a Romano Graecorum Imperatore ita appellati.

pellatos, novimus. Occurrunt quoque Esmerati in Charta, quam adser-
vat Sublacensis Monasterii Tabula-

A rium. Hanc etiam tenebris ereptam
Lector accipiat.

Leonis Sublacensis Abbatis Charta, per quam agros emit a Marco
Archipresbytero &c. Anno 936.

A Nno Domino propitio Pontificatus Domni Leonis summi Pontificis & universalis VI. Papae in sacratissima Sede beati Petri Apostoli Primo, Indictione IX. Mense Junio die II. Quoniam certum est, nos videlicet Marco religioso Archipresbitero, seu Petronia honesta femina, nec non & Andrea Monetario, Dominicus & Stephanus honesta femina jugalibus, ac die cessimus & cessimus atque tradidimus, nec non & venumdavimus, nullo nobis cogente neque contradicente vel suadente aut vim faciente, sed propria spontaneaque nostra voluntate, vobis Domno Leone humilis Presbitero, & coangelico Abbatii venerabili Monasterio Sancti Benedicti, quod situm est in Sublaco, seu Johannis atque Crescentium venerabilibus Diaconis & Monachis ex eodem Monasterio, cunctaque Congregationem servorum Dei, successoribus vestris, vel cui eas vobis largire & concedere placueritis: idest terra sementaricia in integrum capacitatis modiorum plus minus XXV. cum parietinis desertis, & cum omnibus ad eas generaliter & in integrum pertinentibus: posita foris juxta Porta Majore in fundum, qui vocatur juris venerabilis Scole Cantorum, que appellatur Orfanotropho; & inter affines a tribus lateribus Vic publice circumdant, & a quarto latebre Arco marmoreo majore ante suprascripta Porta, unde & Charta tertio genere nomine nostro facta esse videtur. Cum hanc cessio venditionis charta vobis contradidimus charta securitatis ad nomen

B de me supra scripto Andrea facta, quas facere visa fuit Anna germana mea, & cessio venditionis charta ad nomen Johanni suprascripto quondam Monetario genitore meo facta. Cum alias moniminas novas ac vetustas apud me meosque heredes & successores rogarunt ad conservandum & Jalvas faciendum pro alia terra, que meas esse continere videtur, & pro hoc eas vobis minime tribuere potuimus; sed quandoque vobis vestrisque successoribus necesse fuerit pro vestra defensione, ostendere & demonstrare spondeo gratis & absque omni pecunia in omni tempore. Et si ex predicta terra qualisvis charta a nos nostroisque heredes & successores contra vos vestrisque successoribus litigandum (quod absit) ostensa fuerint; tunc vacuam & inanem & absque omni robore firmitatis decernimus permanere. Pro qua etiam suprascripta terra sementaricia in integrum ad modiorum plus minus XXV. cum parietinis desertis, & cum omnibus ad eas pertinentibus, ut superius legitur, accepimus nos suprascripti venditores a vobis suprascripti emptores in presentia subscriptorum testium, videlicet in argento bono optimo Esmeratos Libram justoque pensantem, novoque placabiles. In omnem veram decisionem, & ab odierna die licentiam habeatis in suprascripta terra, ut superius legitur, de presenti introiundi, utendi, fruendi, possidendi, vendendi, donandi, commutandi, etiam chartam renovanzi, & quicquid exinde facere sive peragere volueritis, in vestram, vestrisque heredibus

dibus & successoribus sit potestate. Et numquam a me, neque ab heredibus & successoribus nostris, aut a nobis sumissa magna parvaque persona contra vobis vestrisque successoribus aliquam aliquando abeatis questionem, onus aut calumniam, sed in omni tempore ab omni homine, in omni loco, ubi & ubi vos vestrisque successoribus necesse fuerit, stare nos una cum heredibus & successoribus nostris, & defendere promittimus vobis vestrisque successoribus. In qua & juramento dicimus per Deum omnipotentem, sancteque Sedis Apostolice, seu salutem beatissimi, & Apostolici Domini Leoni sanctissimi Sexti Pape, hec omnia, que hujus cessio venditionis charta seriem textus eloquitur, inviolabiliter conservare atque adimplere promittimus. Si vero (quod absit) & quoquo tempore nos vel heredibus & successoribus nostris vobis vestrisque successoribus, aut contra hanc cessio venditionis charta, quam sponte feci rogavimus, ageve aut causare presumpserimus, pro quovis modi ingenio, quod sensum humanum intelligere vel capere potest, & minime defendere potuerimus aut noluerimus, vel amplius pretium vobis vestrisque heredibus successoribus quesierimus, tunc non solum perjurii reatum incurramus, verum etiam daturi nos promittimus una cum heredibus & successoribus vobis vestrisque successoribus ante omne litis initium pene nomine suprascriptum argentum in duplum, & post penam absolutionis manente hanc cessionis venditionis charta seriem in sua nichilominus maneat firmitate. Quam scribere rogavimus Leonem Scriniarium & Tabellionem Urbis Romae, in qua & nos suprascripti subtus manu propria subscripsimus, & signa sancte Crucis fecimus, & testes qui subscriberent, rogavimus, & vobis suprascripti contradidimus in Mensa & inductione suprascripta IX.

A ✠ Marco Archipresbiter huic cessio venditionis charta in venerabili Leone Abbe a me facta manu propria subscripti, & testes qui subscriberent, rogavi.

✠ Signum manu suprascripta Petronia venditrice signum Crucis feci.

B Andrea in Dei nomine Consul in hac cessio venditionis charta testis signum ✠ feci, & testes, qui subscriberent, rogavi.

C Signum manu Stephanus signum ✠ feci, & testes, qui subscriberent, rogavi.

D Nycolaus in Dei nomine Consul & Dux, testis rogatus signum ✠ feci.

Eduardo in Dei nomine Consul & Dux, testis rogatus signum ✠ feci.

Petrus in Dei nomine Consul & Dux, testis rogatus signum ✠ feci.

Leo in Dei nomine Consul & Dux, testis rogatus signum ✠ feci.

Romanus in Dei nomine Consul & Dux, testis rogatus signum ✠ feci.

Ego Leo Scrinarius & Tabellio Urbis Romae complevi & absolvi.

Vide quot Consules & Duces hisce tabulis subscripterint. Verum in notas Chronologicas hujus Chartæ irrepisse mendum videatur, quem Leo Sextus appelletur, qui in Historia Ecclesiastica Septimus inscribitur. Nil tamen immutare volui: fortassis enim Leo VI. Papa Anno DCCCC-XXVIII. electus, uti verus Pontifex post ejus mortem non est agnitus. Ceterum quod est ad Esmeratos in

E Charta hac memoratos, nullum puta peculiariis pecuniae genus hoc nomine designari, sed tantummodo Solidos Esmeratos suisse nuncupatos, qui ex argento nero, sive bene purgato constabant. In Capitulari Caroli Calvi apud Baluzium Tom. 2. pag. 178. legitur: Quorum argentum ad purgandam acceperint, ipsum argentum Exemptent.

rent. Ubi Exmerare pro bene purgare. Singularis contra nummorum species *Perperi* fuere (Graeca pecunia) quorum frequens est mentio in Chronico Veneto Danduli, atque in Orientalium Populorum monumentis. Marino Sanuto juniore teste in Histor. Venet. Tomo XXII. Rer. Italicar. duo *Perperi* aequabant unum *Ducatum aureum* Venetum. Hi etiam appellati *Hyperperi* sive *Hyperpera*. De his post Du-Cangium egit Clariss. Vir Sebastianus Paulius in Additamentis ad Beverini Syntagma de Ponderibus. Graecorum quoque Nummi argentei vocati fuere *Aspri*, aut *Albi*, de quorum nomine & aestimatione consule nuper laudatum Du-Cangium in Dissertat. de Nummis Graecorum. Attamen Sanutus junior indicare videtur, *Aspros* non alios fuisse a *Perperis*; dum scribit, unum *Ducatum aureum* Venetum (nunc *Zecchino*) duobus *Aspis* pretio suo respondisse. *Melachinos*, seu *Malachinos* valentes octo Grossos supra commemoratos a Cabrospino in sua scheda vidi. Hos Cencius Camerarius in Ceremoniali Romano *Meloquinos* appellat; eosque *Monetae Italicae* speciem fuisse opinatur Du-Cangius. Arabicæ sive Saracenicae originis vocem hanc extitisse censeo, a *Melech*, idest Rex, deductam, quod essent Nummi ab

A illius gentis Rege percussi. Tareni verò cudebantur in Apulia & Sicilia. Sed & Tareni *Africani* a Leone Ostiensi memorantur. *Imperialium Denariorum*, sive *Solidorum* mentio in Italia occurrere incipit Seculo XII. (fortassis etiam vetustior est) sive illi Nummi forent in Imperiali Ticinensi Moneta percussi, sive a Friderico I. Augusto, Caesarei nominis in Italia propagatore, adiuncti. In Charta Gerardi Archiepiscopi Ravennatis Anno MCLXXVI. scriptâ, quidam *Emphyteuta* pollicetur, se quotannis persoluturum *Imperiale* unum. Fridericus II. a Richardo de Sancto Germano ad Annum MCC-XXXVI. novos *Imperiales* cudisse dicitur. *Imperialium* verò Libra quanti foret, innuit Matthaeus Paris ad Annum MCCXLIX. commemorans octodecim millia Librarum de *Moneta Imperialium*, quae tantum fere valet, quantum *Esterlingorum*. Et celebres quidem tunc in Italia quoque fuere denarii *Sterlingi*, ex quibus vario modo pro temporum diversitate apud Gallos & Britannos Libra conficiebatur. De iis consulendus laudatus Du-Cangius in Glossario Latino. Nihil satis est in hanc rem producere Chartam unam, ex MSto Cencii Camerarii Codice descriptam, in qua *Sterlingorum* est peculiaris mentio.

Confessio facta a Johanne de Columna Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali de pecunia sibi persoluta nomine Gregorii IX.
Papæ, Anno 1232.

IN nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Ducentesimo Trigesimo Secundo, Pontificatus Domini Gregorii Papæ IX. Anno Sexto, Indictione V. Mense Aprili die II. Nos Johannes de Columna, divina miseratione I

E titulo Sanctæ . . . Presbyter Cardinalis, confitemur & recognoscimus hac presenti die recepisse a te Caponigro Provenzano Mercatore Senensi, socio Bononis Jobannis Bobonis Camforis Domini Papæ, solvente vice & nomine Domini Gre-

Gregorii Papae IX., septuaginta Marcas bonorum novorum & Legalium Sterlingorum, scilicet XIII. Solidis, & IV. Sterlingis pro Marca qualibet computatis. Item & viginti Uncias boni & legalis auri Tarenorum Regni Siciliae ad pondus Romanum. Item & ducentas & viginti Libras bonorum Proveniensium Senatus. Item & octo uncias & unam quartam boni auri pulveris ad pondus Romanum. De quibus omnibus vocamus nos bene quietos & pacatos integre, exceptioni non numeratae vel non solutae pecuniae, aut non ponderati auri renunciando. Quae omnia pro nobis & successoribus nostris promittimus tibi d[omi]no Caponigro recipienti pro Domino Papa praescripto firmiter observare, & contra nullo modo venire.

Actum præsentibus his testibus ad hoc specialiter rogatis, scilicet Magistro Dicibile Camerario, Johanne Barario Junctario ab aug. . . . Oidone Aduterino, Radulfo de Zagarola, Daynese O'lonello, Gracia de Sena testibus.

Ego Johannes Fortibrachius, Dei gratia sacri Romani Imperii Scriniarius, quia his omnibus interfui, scripto rogatus.

Sed quando heic Librae Provinsiorum, sive Provinsium Senatus commemorantur, earumque saepe occurret mentio in aliis Contractibus, quos in hoc eodem Opere evulgavi, aliquid heic mihi de iis differendum est. Blancus in Tractatu Historico de Monetis Francicis, multos variosque Nummos indicat sub Carolo Calvo percussos, atque inter cetera subdit: CASTIS PRUVVINIS. id est Provins en Brie. Ejus ager in Capitularibus Caroli Calvi appellatur Pagus Provinsius & Provinensis. Apud Autatores, atque in Chartis sub tertia Regum Francorum Stirpe, saepe fit mentio

- A Solidorum ac Librarum Provincientium. Ego de iis fuisus loquar in Tractatu de Monetis Praelatorum ac Baronum: quem Librum an is unquam confererit, edideritque, incomptum est mihi. Du Changius monetam Ducum Campaniae ita appellatam censet. Equidem saepe vidi in Contractibus Romæ scriptis Seculo XII. & saepius Seculo XIII. in publico usu ibidem fuisse Libras Provinsiorum Senatus, hoc est Libras ex denariis sive Solidis Romæ percussis, quarum, ut puto, aestimationem Senatus Romanus decreto suo firmarat. Petrus Manilius, qui Anno Christi MCLVII. floruit, in Histor. Basilic. Vaticanæ, Tom. 7. Act. Sanctorum Mensis Junii a V. Cl. Patre Conrado Janningo Soc. Jesu edita, pag. 38. scribit, datos Canonici tres Solidos Provinsenses pro clareto. Apud Turrigium Part. 2 Cap. 3. de Cyp. Vatican. in pergamenta legitur: XVI. Kalendas Augusti obiit felicis recordationis Innocentius Papa III. relinquens Basilicae nostrae inter alia sex Libras Provinsiorum pro anniversario suo. Mirum certe Lectori videatur, Romanos ab humili Oppido Provinensi appellationem Monetae aut Librae suae fuisse mutuatos. Et quamvis Oppidum illud non longe a Parisiis distet, ac fortassis olim ab aliquo Francorum Regum ibi versante edictum quodpiam emanare potuerit ad constitendum Librae currentis pretium; aut ibi officina monetaria denariis nomen conferre potuerit, quod postea in Italiam quoque permeavit; attenuam Le-Blanci conjecturam, a Du-Cangio postea probatam, ne ipse quidem Janningus amplexus est, numerosque Romanos appellatos potius putat a Provinsius, seu redditibus Ecclesiarum. Nihilo tamen fecius
- B
- C
- D
- E

Provinense Oppidum in Gallia celebre fuisse ob amplissimas nundinas reperio; & apud Rolandinum Bononiensem in Summa Art. Notar. scriptâ Saeculo Christi XIII. memorantur decem brachia Panni de Pruy: quae omnia famam loci illius apud Italos propagare potuerunt. Interea

A erit heic locus Chartis tribus, quas e supralaudati Cencii Codice MSto desumptas evulgare congruum puto: non parum enim praesidii hae conseruent ad dignoscendum, quanti olim penderetur Libra Provinorum, sive Proveniensium, vel Provenientium.

Chartula refutationis factae a Guidone Sanctae Mariae Trans Tiberim Presbytero Cardinali, & Johanne Guidonis de Papa, & Petro Romano, & Hearico fratribus & filiis quondam Cencii de Papa, super Civitate Castellana: Anno 1195.

IN nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto, Anno IV. Pontificatus Domni Coelestini III. Papæ, Indictione XIII. Mense Februario, die VII. Nos quidem Johannes Guidonis de Papa pro medietate subscriptæ rei, & nos Guido Dei gratiâ titulo Sanctæ Mariae trans Tiberim Presbyter Cardinalis, nec non & Petrus, Romanus, & Henricus germani fratres & filii quondam Domini Cencii de Papa. Sed ego Petrus pro me & nepotibus meis, scilicet Bonaventura & Romano filiis olim Bonaventurae fratrīs mei, quorum tutor sum, eis a manibus Domni Saiffonis Primicherii Judicis datus, sicut per instrumentum Inventarii manu Romani de Rubia Scriniarii scriptum appetat. Et ego Petrus Bonaventurae nepos praedictorum fratrum una cum praedicto Domino Petro patruo meo & curatore in hoc mibi a manibus Dominorum Judiciorum, scilicet Saiffonis Primicherii, & Johannis Saiffonis Arcarii dato, in eosdem Judiciorum praesentia, & personum autoritatem atque decretum, quantum ad dictos Minores pertinet, pro altera medietate, pro porzione tamen uniusque nostrum & ipsorum Minorum competente; in praesentia Domini Petri

B de Jūdice Causidici, & subscriptorū testium; Omnes similiter, ut dictum est, pariter propria nostra voluntate renuntiamus, & generaliter refutamus vobis Domino Cinibio Dei gratiâ Ecclesiae Sanctæ Luciae in Silice Diacono Cardinali, & Domni Papæ Camerario, mandato quoque & Procuratori praefati Domni Papæ Coelestini ad hoc specialiter constituto, ad opus & utilitatem ipsius Domni Papæ, & successorum ejus, ac totius Ecclesiae Romanae perpetuo: idest omnem litem & petitionem, quam ipsi Domno Papæ & Ecclesiae Romanae fecimus, petivimus, petere vel facere potuimus, videlicet de universa porione quondam Petri Praefecti, illarum scilicet mille Marcarum argenti, quas ei & suis consortibus clericis Domnus Papa Adrianus IV. debuit. Pro quibus ei Civitatem Castellanam & universum Comitatum ejus, ac Montem Altum obligavit, & jure pignoris tradidit, sicut per Privilegium ipsius Domni Papæ Adriani appetat; & ad praesens vobis pro dicto Domino Papa reddimus, & publice reinvestientes, corporalem traditionem transferimus, & ex eis jam traditam confirmamus, omnes res & possessiones, videlicet domos, casalinos, terras & vineas, hortos, ca-

Tom. VI.

F

napi-

napinas, atque oliveta, Molendinum, & Viam Molarum, cum arboribus fructiferis, & infruitiferis, & omnibus suis pertinentiis. Quae res & possessiones nobis pertinent, vel pertinere videntur, & eas usque modo jure obligationis tenemus & tenuimus, & in corporibus vel in actionibus habuimus in dicta Civitate Castellana intus & de foris & toto Comitatu; quae ut dictum est, nobis pertinent pro duabus partibus centum Librarum Denariorum Papiensium, quas olim Domina Purpura Aminta nostra praelibato Petro Praefecto viro suo nomine dotis dedit, sicut per dotaria Instrumenta apparet, quae ad maiorem Ecclesiae Romanae cautelam vobis damus. Quidcumque itaque jus & quamcumque actionem personalem & in rem, sive hypothecariam tam etiam ad agendum, quam excipiendum, quod, quamvis in omnibus praedictis rebus Civitatis Castellanae intus & de foris, & rotius Comitatus ejus, & in omni patrimonio Ecclesiae Romanae, & specialiter in omnibus bonis in corporibus vel in actionibus constitutis, quae fuerunt olim praedicti Petri Praefecti, habemus; & specialiter adversus modernum Petrum Praefectum, & ejus fratres, atque adeo adversus aliam quamcumque personam habere quoquo modo possemus, respectu vel jure duarum partium praefixa dotis centum Librarum Denariorum Papiensium & fructuum, usurarum vel accessionum earum poenae, vobis pro dicto Domno Papa & ejus successoribus, ut dictum est, procuratorio nomine cedimus & mandamus, & quantum ad ipsum Dominum pertinet refutamus, & ut utili possitis & directa actione intendere, vos in re praedicti Domini Papae & Ecclesiae Romanae procuratores facimus.

Hanc autem refutationem, restitutionem, concessionem, & mandatum vobis,

A ut dictum est, facimus pro octoginta duabus Marcis argenti & dimidia, quas nobis, ut dictum est, pro omni jure nostro duarum partium praedictae dotis centum Librarum Denariorum Papiensium pro dicto Domno Papa, & tota Romana Ecclesia, & ex ejus pecunia, ut dictum est, procuratorio nomine datis atque per solvit pro ducentis sex Libris Proveniensum Senatus, & quinque Solidis, eo quod Denarius Papensis secundum statutam formam a Judicibus, & Mercatoribus Urbis, duodecim Denarii pro viginti Proveniensibus veteribus nunc computantur: & habita portione Proveniensum veterum ad Provenientes Senatus, qui nunc duodecim Provenientes veteres pro sex Proveniensibus & dimidio Senatus cambiantur. Unde utque ad praedictam summam argenti extenduntur dictae dueae partes praelibatae dotis. Quas autem argenti Marcas nobis Johanni Guidoni pro medietate, & nobis praedictis fratribus una cum dictis Minoribus pro altera medietate, videlicet mibi Petro pro me & dictis impuberibus, quorum tutorem, & mibi Petro Bonaventurae cum dicto patre & curatore meo, & pro portione mibi competenti, decreto praedictorum Judicium, quantum ad portionem mei Petri & praedictorum impuberum pertinet, datis & solvitis. De quibus omnibus, & de omni nostro jure, quantum ad dictam dotem pertinet, bene nos quietos vocamus, & non solutae pecuniae, seu non redditae dotis exceptionem in omnibus & per omnia refutamus. Ideoque amodo dictus Dominus Papa & tota Romana Ecclesia ex hac causa quiete semper & pacifice maneat. Insuper promittimus vobis hoc nostrum jus, vel partem nemini ali concedisse, obligasse, nec aliter alienasse. Et si aliquando, quod absit, ex hac causa per

Petrum nunc Praefectum, vel per ejus fratres, seu per aliam quamlibet personam, seu etiam per alienationem, vel concessionem a nobis factam, dictus Dominus Papa & successores ejus, vel Ecclesia Romana damnum aliquod de jure patientur, quantum ad dictam summam argenti pertinet, quanti erit damnum, tantum auctoritate propria sine juris offensa & alicuius Curiae proclamatione, & nostra contradictione, in nostris bonis eis placentibus jure pignoris vendicent: & si contradicere voluerimus, a jure, quod in eisdem bonis habebimus, eadamus, & ipsum damnum duplum emendare modis omnibus teneamur. Praeterea ego Petrus Cencius de Papa, sciens me legibus adjuvari, eo quod pro Minore intercedo, illud juris vel legum auxilium, quod pro me in hac causa introducendum est, omnino refutans, vobis pro dicto Domno Papa & suis successoribus promitto, si aliquo in tempore dictus Dominus Papa & successores ejus, vel Ecclesia Romana per praedictum Petrum nepotem meum, cuius Curator sum, occasione minoris aetatis, vel alter quoquo modo damnum aliquod patientur, quanti erit damnum, tantum in meis bonis eis placentibus jure pignoris vendicent. Novissime autem nos emnes praedicti pro nobis, & nostris

A heredibus & successoribus, & ego specialiter Petrus pro me & dictis imputeribus, quorum Tutor sum, tutelari officio vobis pro dicto Domino Papa & suis successoribus, ac tota Romana Ecclesia, quae dicta sunt, omnia observare, defendere, & adimplere promittimus sub poena totius suprascriptae summae argenti duplae; & soluta poena hacc Chartula firma permaneat: quam scribere rogavimus Johannem Leonis Scriniarium in Mense & Indictione suprascripta XII.

B Petrus de Cencio, Visarius Domini Papae, testis.

C Petrus Malagrenus, Visarius Domini Papae, testis.

D Johannes Gregorii a Coliseo, testis.

Curtesius, testis.

Paschalis, Cambitor, testis.

Andreas, Custos Camerar, testis.

Leonardus, Janitor Camerae, testis.

Bartholomeus Insulae, testis.

Bartholomeus Peponis, testis.

E Ego Johannes Leonis, Sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, habens potestatem dandi tutores & curatores, emancipandi etiam, decretum interponendi, & alimenta decernendi, complevi, & absolvii.

Altera Charta refutationis factae a filiis Cencii Romani de Papa defacto Civitatis Castellanae; Anno 1195.

In nomine Domini: Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto, & Anno IV. Pontificatus Domini Coelestini III. Papae, Indictione XIII. mense Februario, die XXV. Nos quidem Tederada uxor Andreae Stephani Rainerii de Stephano, & Romana uxor Gentilis Fortivoliae, germanae sorores, filiae quondam Cencii

E Romani de Papa, una cum Stephano Johannis Crassi Curatore nostro, in hoc nobis a manibus Domini Johannis Saifsonis Arcarii, & Henrici Dativo Judicis dato: & nos Stephanus Johannis Crassi Tutor Gattae & Bonae filiarum olim dicti Cencii, eis & sic patrimonio a dicto Henrico Dativo Judice datus 1 pro ipsis imputeribus, in praesentia con-

rumdem Judicum, & per eorum aucto-
ritatem atque decretum, in praesentia
Domini O'Faviani Dei gratia Ostiensis &
Velletrensis Episcopi, atque Domni Cen-
tii titulo Sancti Laurentii in Lucina
Presbyteri Cardinalis, & Domni Fi-
dancii titulo Sancti Marcelli Presbyteri
Cardinalis, atque Domni Gregorii Dei
gratia Ecclesias Sanctae Mariae de Por-
ticu Diaconi Cardinalis, & Petri de
Judice Causidici, & subscriptorum te-
stium: propria nostra voluntate renun-
tiamus, & generaliter refutamus vobis
Domino Cencio gratia Dei Ecclesiae San-
ctae Luciae in Silice Diacono Cardina-
li, & Domni Papae Camerario, man-
dato quoque & Procuratori praefati
Domni Papae Coelestini ad hoc speciali-
zer constituto. ad opus & utilitatem
ipsius Domni Papae & successorum ejus,
ac totius Romanae Ecclesiae perpetuè:
idest omnem actionem & petitionem,
quam ipsi Domno Papae & Ecclesiae
Romanae fecimus, petivimus, petere,
vel facere potuimus pro portione olim
praedicti Cencii Romani de Papa patri
nostro competenti; videlicet ex universa
portione quondam Petri Praefecti, illa-
sum scilicet mille Marcarum argenti,
quas ei & suis consortibus olim Dom-
nus Adrianus Papa IV. debuit: pro
quibus eis Civitatem Castellanam, &
universum Comitatum ejus ac Montem
Altum obligavit, & jure pignoris tra-
didit, sicut per Privilegium ipsius Dom-
ni Papae Adriani appareat; & ad praef-
sens vobis reddimus & tradimus omnes
res & possessiones, in corporibus & ac-
tionibus constitutas, quas in dicta Civitate
Castellana intus & de foris, & in to-
to Comitatu ejus habemus. Quae res
nobis & dictis impuberibus pertinent,
vel pertinere videntur jure obligationis
pro tertia parte quinquaginta Librarum
ejusdem Monetae, nomine donationis pro-
pter nuptias; quam idem Praefectus praef-

A dictus Dominae Purpuræ fecit, atque
pro portione nobis, ut dicitur competenti
centum aliarum Librarum Prove-
nientium, vel Inforciatorum, quas
praedictus Praefectus ipsi Dominae Pur-
puræ in suo testamento reliquit. Quod-
cumque itaque jus & quamcumque actio-
nem personalem & in rem, sive hypo-
thecariam, tam etiam ad agendum,
quam excripendum, quod, quamvis in
omnibus rebus Civitatis Castellanæ in-
tus & de foris, & totius Comitatus
ejus, & generaliter in omni patrimonio
Ecclesiae Romanae, & specialiter in
omnibus, in corporibus, vel in actioni-
bus constitutis, quae fuerunt olim praedicti
Praefecti, habemus, & specialiter
adversus modernum Petrum Praefectum,
& ejus fratres, atque adversus aliam
quamcumque personam habere quoquo ma-
do possemus, respectu vel jure totius por-
tionis nostræ, & dictarum fororum no-
strarum praefixa dotis & donationis
atque legati, fructuum, usurarum, vel
accessionum eorum, & poenæ, vobis,
ut dictum est, pro dicto Domno Papa
& suis successoribus, ac tota Romanæ
Ecclesia procuratōris nomine refutamus,
cedimus, & mandamus, & ut utili
possitis & directa actione intendere vos
in re praedicti Domni Papae procurato-
res facimus.

E Pro quadraginta Marcis argenti, quas
nobis praedictis fororibus, una cum di-
cto Curatore nostro, & mibi Stephano
Johannis Crassi pro dictis impuberibus,
quorum Tutor sum, pro omni jure no-
stro praefixa dotis centum Librarum
Denariorum Papiensium, pro dicto Dom-
no Papa & ex eius pecunia procurato-
rio nomine, decreto praedictorum Judi-
cum, datis atque persolvitis: & pro
aliis undecim Marcis argenti, quas no-
bis pariter, ut dictum est, datis pro
omni jure nostro praefixa donationis
atque legatis eo quod habita ratione
De-

Denariorum Papientium ad Provenientes veteres, & Proveniensum veterum ad Provenientes Senatus, secundum statutam formam a Judicibus & Mercatoribus Urbis, dicta portio nostra dotis praedictae, donationis & legati, usque ad dictam summam quinquaginta unius Marcarum argenti extenditur. De quibus omnibus, & de omni nostro jure praedictae dotis, donationis, & legati, nos bene quietos vocamus, & non soluta pecuniae, seu non redditae dotis exceptionem omnino refutamus. Ideoque amodo dictus Dominus Papa & successores ejus, ac tota Romana Ecclesia de hac causa quiete semper & pacifice maneat. Insuper promittimus vobis, hoc nostrum jus, totum, vel partem, nec nos, nec olim patrem nostrum alii obligasse, concessisse, nec aliter alienasse, & ex quo nos specialiter praedictae sorores legitimam vigintiquinque annorum aetatem habebimus, si a Romana Ecclesia erimus excitatae, quae dicta sunt, omnia confirmare promittimus. Ad hanc autem nos Stephanus Rainerii de Stephano, & Stephanus Johannis Crassi vobis pro dicto Domno & successoribus ejus, ac tota Romana Ecclesia procuratorio nomine, fidejubemus & legitime promittimus, si aliquando, quod absit, de hac causa per Petrum nunc Praefectum, vel per ejus fratres, seu per eorum successores vel heredes, sive per aliam quamcumque personam, seu etiam per concessionem, obligacionem, vel alienationem a dictis minoribus & impuberibus, sive a patre quondam earum factam, vel etiam per ipsas minores, dictus Dominus Papa & successores ejus & Ecclesia Romana damnum aliquod de jure patientur, quantum ad dictam summam argenti pertinet, quanti erit damnum, tantum sine juris offensa & alicuius Curiaz proclamatione, & sine nostra

A contradictione, in nostris bonis & possessionibus eis placentibus auctoritate propria jure pignoris vendicent. Et si aliquo modo contradicere voluerimus, a jure, quod in eisdem bonis habebimus, omnino cadamus, & ipsum damnum duplum emendare teneamur. Pro quo danino, si, quod absit, acciderit, vobis pro dicto Domno Papa & suis successoribus procuratorio nomine pignori ponimus & obligamus omnes res & possessiones nostras rusticas & urbanas, quas, quantum ad ipsum damnum, si accidet, pertinet, pro nobis & nostris heredibus & successoribus a dicto Domno Papa & suis successoribus ac Romana Ecclesia precario & eorum nomine possidemus. Et huic promissione & obligationi scientes nos legibus adjuvari, eo quod pro minoribus intercedimus, illud omnino juris vel legum auxilium, quod pro nobis in hac causa introductum est, refutamus, & omnem exceptionem, si qua uti possemus ad infirmando quae dicta sunt, pariter refutamus. Novissime autem nos praedictae sorores pro nobis & nostris heredibus & successoribus, & ego Stephanus Johannis Crassi pro me & dictis impuberibus, quarum Tutor sum, & meis, & earum heredibus & successoribus, & ego Stephanus Rainerii de Stephano pro me & meis heredibus & successoribus vobis, ut dictum est, pro Domno Papa & suis successoribus, quae dicta sunt omnia observare, defendere & adimplere promittimus sub verae pacis & Christianae fidei vinculo a nobis specialiter Theodore & Romana praestito, & sub poena ab omnibus compromissa totius praedictae summae argenti duplcae: & soluta poena haec Chartula firma permaneat; quam scribere rogavimus Johannem Leonis Scribani in Mense & Indictione supra scripta XIII.

B

C

D

E

Henricus Lombardus, testis.

Ste-

Stephanus Petri Romani Arcoli, testis.
Paulus Malagruma, Domini Papae
Viserius testis.
Paschalis, Cambiator, testis.
Curtesius, testis.

A Ego Johannes Leonis, Sanctae Romanae Ecclesiae Scrinarius, habens potestatem dandi tutores & curatores, emancipandi etiam, decretum interponendi, & alimenta decernendi, complevi & absolvii,

Altera Confessio facta a Johanne de Columna S. R. E. Cardinali de pecuniâ sibi persolutâ nomine Gregorii IX. Papae, Anno 1232.

IN nomine Domini. Amen. Anno In carnationis Christi Millesto Duxcentesimo Tricesimo Secundo, Pontificatus Domini Gregorii Papae IX. Anno VI. Mensis Julii die XVI. Indictione V. Nos Johannes de Columna titulo Sanctae Præxedis Presbyter Cardinalis, hac die praesenti confitemur, nobis plene solutum esse ac integre satisfactum a te Caponigro de Senis, nomine Domini Papae & Romanae Ecclesiae persolvente, centum & octo uncias auri Regis & dimidiam ad pondus Romanum, & centum septuaginta quatuor Libras & quatuor Solidos bonorum Provenientium Senatus, pro quibusdam pignoribus nostris, quae tempore guerræ in servitio Ecclesiae pro scelidis militum & servientium assignavimus. Unde, nos de praedictis denario & auro nobis pro pignoribus ipsis a te nomine Domini Papae & Romanae Ecclesiae persoluto bene quietos vocamus, exceptioni non numeratae pecuniae, & non soluti vel ponderati auri renuntiando. Renuntiantes etiam omni juri & actioni utili & directae & exceptioni tacitae & expressae, quod quasve occasione praeditorum pignorum nostrorum contra Romanam Ecclesiam vel Dominum Papam habere possemus. Promittentes pro nobis nostrisque successoribus hanc refutationem & omnia supradicta rata & firma semper habere & non contravenire sub pena dictæ pecunice duplaz, & poenâ solutâ

B hoc Instrumentum refutationis nibilcm-nus firmum permaneat.

C **A**ctum Spoleti praesentibus testibus subscriptis ad hoc specialiter rogatis, scilicet Magistro Johanne Caparono de Anagnia, Magistro Johanne Anglico, Clerico Domini Cardinalis, Johanne de Furcono Clerico, Fratre Johanne Converso Saxivivii, & Martino Fulginate testibus.

C Et ego Ricardus, Imperialis Aulae Scrinarius, hanc Chartam mandato praedicti Cardinalis scripsi & complevi rogatus.

D **P**rovisinae quoque pecuniae mentio est apud Grimaldum supra laudatum, cuius propterea eruditum sermonem, per alias etiam Nummorum species excurrentem, audire juvabit. Provenientium autem Libram is appellat. Mihi tamen attente veteres Codices perlustranti dubitatio nata est, an legendum potius esset Provisiendum, aut Provisinorum. Sed rem decernere non audeo, nam in Chartis antiquis breviata est eadem vox, & non unam admittit lectionem. Haec autem sunt verba Grimaldi :

E **L**ibra Proveniens Senatus valoris erat 250. Libra parva Provisinorum Senatus valoris erat Bol. 13. & 20. Solidi Provisinorum conficiebant Libram. Solidus Provenientium Senatus argenteus valoris erat Bol. 12. semis. Solidus Provisinorum Senatus valoris erat

quatuor quadratum. De differentia Solidorum Provenientium & Provesinorum exstat memoria in Instrumento Anni MCCXCV. in Archivo Sancti Petri, fascicul. 356. capsula 66. De Libra vero Provesinorum Senatus docent Libri Censuales dictae Basilicae ab Anno MCCCLXXVIII. usque ad MCCCL. Florenus aureus valoris erat Scuti unius Bol. 25. Hic namque aureus erat, & ponaerabatur, ut liquet ex Instrumento venditionis octo petiarum vineae in costis Montis Malii Anno MCCXIX. pretio XLIX. Florenoruim boni & puri auri, & justi ponderis, ex dicto Archivo, capsula 66. fascicul. 189. & in Libro Transumterum fol. 253. Anno MCCCLXXVII. quinquaginta Floreni boni auri & recti ponderis, praeter alia exempla brevitatis causâ omessa. Florenus Romae currens tempore Eugenii IV. multo etiam ante & post ex Lib. Instrument. Laelii Petronii in dicto Archivo, & in Libris Censualibus, valebat Bol. 35. & quadrantem unum. Et 47. Solidi Florenum conficiebant. Tempore Innocentii III. uti ex ejus Vita habetur, valida fames invaluit, ut rubium frumenti a 20. ad 30. Solidos venderetur: hoc est ad 24. & 36. Julios ascendit frumenti rubium. Ex Caeremoniali Gregorii X. in Bibliotheca Vaticana fol. 7. in Coronatione Pontificis processio a Sancto Petro ad Lateranum. Fiunt Domino Papae arcus: & Clerici Romani occurrunt eidem in Via sacra, ubicumque posunt, cum thuribulis & incenso. Et in remuneratione dantur Romanis Librae XXXV. Provenientium. Et Clericis pro thuribulis XIV. Librae & dimidia Provenientium. Item fol. 62. de mundato faciendo. Missa igitur solemniter peracta, ascendit Palatium, comitantibus eum tam Episcopis, quam Presbyteris & Diacono-

A nibus, omnibus paratis secundum ordinem suum. Pontifex vero ingreditur Basilicam Sancti Laurentii de Palatio, vel Capellam Sancti Martini, si est ad Sanctum Petrum, & exiit planetam, & assumit sibi mantum in scapulis, imposito super caput suum fanone cum mitra, & facit mundatum, XII. Subdiaconibus roquetum cum superpelliceo portantibus. (Hodie sunt duodecim Paueres, quibus Papa lavat pedes). Cubicularii ponunt concham ante eum: ipse vero praecinctus linteo, habens ante se linteum mundum, quo unus Diaconus ei servit, secundum Dominum Jacobum Gaytani ipsum Papam praecingit, bracheolam ad hoc paratam habens in brachiis, & linteum mundum ante se tenens. Quae omnia debent parari per Thefaurarium, vel Fratres de Pagnotta. (Fratres de Pagnotta Ordinis Sancti Benedicti Ecclesiam Sancti Blasii in Via Julia incolebant; curabant etiam Corpus Pontificis defuncti. Hodie hujusmodi curam habet Sacrista Papae Ordinis Sancti Augustini.) Et duodecim Subdiaconi manent foris Basilicam discalciati. Duo vero Ostiarii accipiunt Priorem in ulnis, & portant eum ante Pontificem. Pontifex vero cum aqua calida, quam infundere debent Cubicularii, lavat pedes ejus, & tergit linteo, & deosculatur pedem ejus dextrum, & dat ei duos Solidos Provenientes. Et sic facit unicuique Subdiaconorum, & dat ei XII. denarios &c.

E Addere etiam juvat, quae Innocentius III. Papa habet in Constitutione sua ad Rectorem & Fratres Hospitalis Sancti Spiritus, quae typis edita est inter ejus Opera. Haec ille ait: Jubemus, ut pro mille pauperibus extrinsecus adventantibus, & tre-

centis personis intus degentibus, decem septem Librae usualis Monetae (ut singuli accipiant tres denarios, unum pro pane, alterum pro vino, aliquisque pro carne) ab Eleemosynario summi Pontificis annuatim vobis in perpetuum tribuantur. Idem etiam Innocentius imperat, ut Canonicis, qui effigiem Salvatoris professionaliter deportabunt, singulis duodecim Nummi de oblationibus Confessionis beati Petri praestentur. Haec autem quum sibi illultranda proposuisset Grimaldus supra memoratus, hisce rem expedit, inquiens: *Supra dictae decem & septem Librae usualis Monetae erant Scuta auri in auro 34.* ut colligitur ex pluribus observationibus a me factis ex Scripturis Archivi praedictae Basilicae. Solidi, de quibus infra, valoris erant Bononiorum, sive Obolorum duodecim semis pro quolibet. Decem Solidi argentei conficiebant Nummum aureum Juliorum decem & Bonon. 25. Quatuor Nummi argentei erant unus Sclicus. Nummus valoris erat trium obolorum seu denariorum. Triginta Scldi valebant Marcham unam argenti puri: sunt Scuta tria, Bonon. 75. Ita habetur sol. 71. in Libro antiquissimo MSto in membranis Callisti II. Papae. Ex Vita ejusdem Innocentii III. colligitur, Marcham majorem esse Scutorum trium, Bol. 75. atque etiam Scutorum quinque, Bol. 75. Librae XXXV. Provenientium Senatus sunt Scuta auri in auro LXX.

De Rocca Sancti Stephani, & medietate Perceni & Repesini, pignori obligata Domno Papae pro centum Libris Afforciatorum,
& quinque Solidis, Anno 1159.

In nomine Domini. Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Centesimo Quinagesimo Nono: Anno V. Pontificatus Domini Adriani Papae IV. Indictione VII. Mensis Januarii die II. Ego

A Idem etiam Innocentius pro subsidio Teriae Sanctae fecit novam navem, in qua cum armamentariis suis mille trecentas Libras expendit. Sunt Scuta in auro 2600. Hinc colligitur, Libram hanc esse magni valoris. Pro mille igitur & trecentis personis, targienao singulis tres denarios seu obolos, conficiebant Summam Scutorum 39. Monetae. Et supradictae Libras XVII. sunt auri in auro Scuta 34. ad Julios duodecim semis pro Scuto. Sic satis superque erat hujusmodi eleemosyna, & sufficiebant illis temporibus dicti tres Denarii seu Oboli ad panem, vinum, & carnem praedictas emendas. In Caeremoniali Gregerii X. in Bibliotheca Vaticana de electione novi Pontificis, haec leguntur: Recipit Papa de manu Camerarii denarios argenteos valentes decem Solidos Provenientes, & projicit super Populum, dicens singulis vicibus: Dispersit, dedit pauperibus &c.

Occurrunt etiam in Chartis antiquis Romanae Civitatis Librae Afforciatorum, de quibus actum est in Dissertatione praecedenti. Earum pretium non aliud fuisse videtur, quam Libra Lucensis monetae. Atque ad idem nobis persuadendum fortasse proderit Charta ex Regesto MSto Cencii Camerarii de prompta. Confer textum, ut ajunt Leguleji, cum Rubrica.

E Aldebrandinus Comes de Calmaniare pro me, & procurario nomine pro Bernardo fratre meo, coram Willermo Presbytero Cardinali titulo Sancti Petri ad Vincula, & Raimundo Diacono Cardinali

nali Sanctae Mariae in Vialata, & Gregorio Corano Judice, oblico & in pignus pono tibi Domino Bojoni venerabili Cardinali Diacono Sanctorum Cosmae & Damiani, Donni Papae Camerario, procuratorio nomine pro ipso Donno Papa & pro Ecclesia Romana; idest Roccam Sancti Stephani, & medietatem Perceni, & meaictatem Ripefensi, cum omnibus eorum usibus, utilitatibus & pertinentiis, sicut inter suos concluduntur fines, posita in territorio Orbevano; qualiter nobis competunt, taliter obligamus, & in pignus ponimus pro centum quadraginta octo Libris Lucensium & quinque Solidis, quos nobis pro ipso Donno Papa mutuasti. Insuper in unoquoque mense pro sexdecim Solidis Lucensium, quos pro custodia Avis Dominus Papa expendere devet, praediolum pignus obligatum, sicut pro ipsa sorte tenebitur. Et sic in unoquoque anno, donec pecunia soluta fuerit, & pignus liberatum, accrescit summa sorti novem Librarum, & duodecim Solidorum Lucensium. Quacumque vero hora praeditam pecuniam vobis, vestrisque Catholicis successoribus solvemus, pignus hoc sit vacuum, & haec Chartula ad nos revertatur. Nos autem & nostri heredes defendere promittimus ab omni homine, si necesse fuerit. Quod si contra haec, quae dicta sunt, quolibet modo venire tentaverimus, tam nos quam nostri heredes componamus Donno Papae, suisque Catholicis successoribus pro poena suprascriptum premium duplum: & soluta poena haec Chartula firma permaneat; quam scribendam rogavi Andream Scriniarium in Mense & Indictione suprascripta VII.

* Signum manus supralcripti Aldibrandini Comitis de Calmaniere pro se & Bernardo fratre suo, bujus chartulae rogatorum.

Docibilis, testis.

Tom. VI.

A

Bobo de Petro, testis.
Urso filius ejus, testis,
Stephanus de Marta, testis.
Petrus Buticularius, testis.
Rogerius de Letulo, testis.
Johannes Rizius, testis.

B

Ego Andreas Scriniarius Sanctae Romanae Ecclesiae & sacri Lateranensis Palatii, complevi & absolvi.

C

Sed aliquid tandem mihi dicendum est de celebratissima specie Italicae pecuniae, hoc est de Florenis. Anno MCCLII. teste Ricordano Malaipina Cap. 152. & Joanne Villanio Lib. 6. Cap. 33. Historiar. coepit Populus Florentinus percutere Nummos aureos, quos Florenos, alii verò Ducatos appellarunt, eā de causā, quod in altera parte Nummi Lilius inscriptum foret, atque in altera effigies Sancti Johannis Baptiste. Haec prima institutio Floreni aurei, ita ut Borghinii sententiam in Lib. de Numm. Florent. probare nesciam, ubi videlicet scribit: *Questo nome di Fiorini fu innanzi alcuni Secoli* (idest antequam Carolus I. Comes Andegavensis Apuliae ac Siciliae regno potiretur) e tutta la cosa della Moneta nostra era prima ferma, che questo Carlo avesse che far nulla, o pur pensasse al Regno di Napoli. Quod certum est, Anno Christi MCCLXVI. Carolus I. Regnum Neapolitanum arripuit. Quum verò Florenus primum percussus fuerit Anno MCCLII. ubi nam sunt tot Secula a Borghinio excogitata? Porro Florenorum nomen & decus ita deinde propagatum est per universam Europam, ut sive omnes alii Principes ad eorum imitationem similes Nummos procuderint, eosque ipso nomine donarint. Uti fidem facit praelaudatus Johannes Villanius Lib. 9. Cap. 48. Henricus VII. Augustus Anno MCCCXIII.

D

E

G

con-

contra Florentinos iratus statuit: *Che i Fiorentini non possono battere moneta d'oro, nè d'argento; e consentì per privilegio a Messer' Ubizino Spinoli da Genova, & al Marchese di Molfetta, che potessero battere in loro Terre, Fiorini d'oro contrafatti sotto il segno di quegli di Firenze.* Id alii Principes imitati sunt, sive suo jure, sive ex privilegio. Atque inter alios, testante eodem Villanio Lib. 9. Cap. 169. Johannes XXII. Romanus Pontifex Anno MCXXXII. fece fare in Avignone una nuova Moneta d'oro, fatta del peso e lega e conio del Fiorino d'oro di Firenze, sanza altra insigagna, se non che dal lato del Giglio diceano le lettere il nome di Papa Giovanni. Eadem repetit Villanius Lib. 9. Cap. 278. addens: *E non vi avea altra differenza se non che dal lato della impronta di Santo Giovanni diceano le lettere Papa Giovanni; e per insigagna di costa a Santo Giovanni una Mitra Papale, e dal lato del Giglio diceano le lettere Sanctus Petrus, Sanctus Paulus.* Praeterea scribit, anathema ab eodem Pontifice indictum iis, qui Florenos aureos ad aemula-

A tionem Florentinorum cuderent. Sed & Francorum Reges sub Florentinorum nomine aurum lignarunt, non tamen eo tempore, quo Le-Blancus est opinatus. Is enim Florenos aureos tribuit Philippo Augusto, & Ludovico Sexto, Septimo, aut Octavo Francorum Regibus: immerito sane, quum ii ante Annum MCCLII. floruerint, quo primùm Floreni e Florentinorum Moneta prodierunt. Quare ii credendi sunt pertinere ad Ludovicum Nonum, aut Decimum, & ad Philippum Pulchrum. Neque cum Florenis confundendi Liliati, sive Gigliati, aurei nempe Nummi a Carolo I. Siciliae & Apuliae Rege eodem Saeculo XI. percussi. & sic appellati, quod & ibi Lilium, Francorum Regum insigne, fuisset inscriptum. Non tamen erepta mihi omnis dubitatio, quin & Floreni Florentini sub eadem appellatione apud aliquos olim venerint. Quaenam verò comparatio foret valoris Floreni ad Libras Romanas Provesinorum, a subsequenti Charta ediscere licebit, quam ex supra laudato Codice Cencii Camerarii descripsi.

B

C

D

Solutio debiti Hominum de Frusinone facta filiis Domini Matthiae de Papa, Anno 1295.

IN nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis Dominicæ Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Quinto, Indictione VIII. Mensis Aprilis die III. intrante, Pontificatus Domini Bonifacii Papæ VIII. Anno Primo. In praesentia mei Notariorum & testium subscriptorum Nobiles viri Atenulfus & Nicolaus filii quondam Domini Matthiae de Papa, Cives Anagnini, coram venerabili viro Domino Theodorico Domini Papae Camerario personaliter constituti, confessi sunt & re-

E cognoverunt, se habuisse ac recepisse ab eodem Domino Camerario dante & scilicente eis nomine ac vice sanctissimi Patris Domini Bonifacii divinâ providentiâ Papæ VIII. Romance Ecclesiæ & Cameræ suæ, octingentos sexaginta sex Florenos, & duas partes unius Floreni auri pro sexcentis quinquaginta Libris Provesinorum, quas idem Dominus Matthias pater eorum, dum viviceret, mutuaverat Hominibus Castris de Frusinone, pro liberatione & absolutio-

ne hominum dicti Castris a restitutione
sive solutione debiti seu mutui pecuniae
supradictae. Dicti quoque Adenulphus
& Nicolaus recognoscentes libere & ex-
presse eis fore de hujusmodi mutuo inte-
gre satisfactum, nomine suo, heredum
& successorum suorum promiserunt eidem
Domino Camerario recipienti & stipu-
lanti nomine ac vice Domini Papae,
Romanae Ecclesiae, & Hominum pae-
diorum, non inquietare vel molestare
de cetero Homines ejusdem Castris de
Frusinone super restitutione pecuniae seu
mutui praeditorum: sed ipso absolve-
runt & liberaverunt praeceps a debito
memorato, ita quod occasione hujusmodi
mutui eis vel eorum heredibus in nullo
de cetero teneantur. Renuntiantes in iis
exceptioni non numeratae, non traditae
vel solutae eis praeditae pecuniae quan-
titatis, beneficio restitutionis in inte-
grum, omnisque alterius actionis &
juris canonici & civilis auxilio, per quod
hunc Instrumento vel facto posset aliquan-
tus objici vel opponi.

Actum Laterani in Camera praefati
Domini Camerarii, praesentibus Lan-
franco Clarenti de Pistorio, Lando Si-
goli, & Dino Orlandi de Florentia
Mercatoribus Camerac, & Gabriele Da-
masi, Serviente Domini Papae, &
aliis.

Et ego Jacobus Pisani de Viterbio,
Apostolica autoritate, & nunc Camerae
Domini Papae Notarius, praemissis in-
tersui, & ea rogatus scribere, fideliter
scripsi, & in publicani formam redegi,
meoque signo signavi.

Oto aurei Fioreni Florentinae of-
ficinae pondus unius unciae auri ae-
quabant, & singuli pro Solidis XX.
computabantur. Teste etiam Guiliel-
mo Venturā in Chronico Astensi,
Fioreni Aurei Anno MCCXC. va-
lebant Solidos XX. Astenses. Contra
Joannes Villanius Lib. 7. Cap. 89.

A scriptis Cento mila Libre di Gienovisi
(idest Genuensis pecuniae) erano più
di cento venticinque migliaja di Fiorini
d'oro. Apud Brixianos verò circiter
Annum MCCLXX. Jacobo Malve-
cio teste in Chronico ejusdem Ur-
bis, mille Aurei sexcentis Libris aequi-
valebant. Nam tunc in Civitate hac
Brixia duodecim Soldi tantum pro Flo-
reno Aurco dabuntur. Ita verò subse-
quenti Saeculo XIV. percrebuit fama
& nomen Florenorum, ut supra cete-
ros Aureos Nummos ii in cursu es-
sent longe lateque per Italiā, im-
mo & ultra Italiā. In Libro MSto
Decretorum & Privilegiorum exsi-
stente in Archivo Communūtatis Mu-
tinæ, vidi ego tria Diplomata Joh-
annis Bohemiae Regis, data Anno
MCCCXXXI. quo is tot progressus
in Italia fecerat, Nobili viro Andrea
de la Milza, in quorum uno ipsura
constituit Domus nostræ Domicellum &
familiarem domesticum, in altero ei do-
nat Castrum Leonis, quum XVII.
Kalendas Majas Anni ejusdem e sa-
cro Fonte suscepisset Gerardinum il-
lius filium. Ibi quoque libellus le-
gitur ab Andrea ipso oblatus Carolo
IV. Augusto ejusdem Johannis Regis
filio, in quo Privilegia nonnulla pe-
tit, eumque rogat, ut sibi rependa-
tur pecunia a se mutuo data ipsi
Carolo, ejusque Augusti patri Johanni
annis retroactis. Neminem puto
pigebit legere postremam partem pe-
titionis, quam iisdem verbis, quibus
concepta fuit, exercere statui. Imprima-
prestè eo Andrea al meo Signore Misser
lo Re de Boemia, sìando in Modena,
li quae ello se dave a Misser Eusilmaro
Todeschbo, li quae ello ge dond, e foë
dì X. d' Aprile in MCCCXXXI. in
presentia de Misser Loyxe de Savoja,
e de Misser Zim da Castione, e de Mis-
ser Raynoro da Monte Pulzano soe Can-

cellero, Fiorini CCC. d'oro. Item prestò eo Andrea al deto meo Signore, siando in Bologna in casa del deto Andrea, e recevelli Miser Nicolò, ch'era alora soe Cancellero, e da poi soe Vescovo de Trento, & baveli per pagare l'albergo là, ove era stae molti Cavalieri e Famia del deto Re, e per vari drapi, che comprò lo deto Miser Nicolò, per vestire lo deto Miser lo Re, e li Conti de Namurco soe Cuxini, e soe a dì XV. d'Aprile MCCCXXXIII. in presentia de Miser Guido de Scali da Fiorenza Factore e Donzello de Miser lo Legato Cardinale de Hostia e Signore de Bologna &c. Fiorini DCC. d'oro. Item prestò eo Andrea al dito Miser lo Imperatore a dì XXIII. d'Aprile MCCCXXXIII. siando lo deto Re a Modena in casa di Frà Predicatori, e vicevelli Miser Nicolò alora soe Cancellero, per pagare spese, che havea fatto Miser lo Re in Modena, non possandone havere nessuno da Miser Mansiè di Pii, nè in Comune, & questo in presentia de Miser Guido de Pii da Modena, e de Fra Jacomo da Collegavola Priore di Frà Predicatori de Modena &c. Fiorini MDG. d'oro: di quai lo deto Imperatore ne ricevè Carta, siando in Modena in casa di Frà Predicatori. Sed integrum Tractatum de Florenis sperare nos propediem facit doctissimus vir Franciscus Victorius, Eques Sancti Stephani, qui Romae tum ex eruditione, tum ex Museo suo illustris nominis famam sibi comparare pergit.

Nunc autem est animadvertisendum, ex quo Civitatibus Itallicis una cum Libertate jus auri atque argenti signandi ab Augustis concessum est, tunc non paucas ex iis cursum pecuniae suae fuisse moderatas ad normam Nummorum a se percussorum, ita ut alias non raro in una, alias

A in altera esset ordo ac nomen pecuniae. In Chartâ, quam obtulit mihi Archivum Canonicorum Mutinensis, scriptâ Anno MCCXII. Honefus Dei gratiâ Abbas Monasterii Sancti Benedicti de Lene (hoc est ad Leones) in Dioecesi Brixiae, ex präcepto Domini Sicardi Cremonensis Episcopi, & Apostolicae Sedis Legati (hoc munus, quo sanctus fuit Sicardus, ignorabam, quum Tomo VII. Rer. Italicar. ejus Chronicon evulgavi) nonnulla praedia venum dat, ac präcipue Curtem Sancti Vincentii, quae est posita prope Castrum de Badiano (nunc Bazzano) prelio CCCLI. Librarum Imperialium in Bologninis, vel Ferrarinis, vel Parmesianis, tribus Solidis per unum Imperiale. Mablonius in Annalibus Benedictinis ad Annum DCC-LIX. Leonense Monasterium commemorat, illudque ait, a Contrao II. Imperatore solo aequatum. En illud vi gens adhuc Anno MCCXII. In altera Charta Anno MCLXXIX. exarata occurrit mihi Dominus Erizo Monachus venerabilis Monasterii Sancti Benedicti de Leune Prior de Panzano, Cella videlicet, sive Monasteriolum situm in Vico Panzano, Mutinensis-ne an Bononiensis Comitatus, nescio. Sunt enim duo ejusdem nominis Vicci. Panzanum autem illud suberat eidem Leonensi Coenobio. Vidimus ergo Solidos Bononienses, Ferrarienses, & Parmenses, & adhuc durat Bolognorum appellatio non Bononiae tantum, sed & Mutinae, ac in aliis locis. In vetustissimo Codice Statutorum Ferrariensium Lib. 2. Rubrica 341. titulus est de valore Bagatinorum. Scilicet, quod quilibet teneatur recipere quatuor Bagatinos pro tribus Ferrarinis. Apud Ticinenses vero olim fuit duplex Libra, uti eruitur ex Chronico Majori MSto Gualvanei de la Flamma

ma Ordinis Praedicatorum, in Ambrosiana Bibliotheca adservato. Scribit enim Cap. 286. *Ex hoc postea Communitas Papiensis solvit decem & octo mille Libras illius grossae Monetae, cuius Libra valebat Florenum.* Haec Gualvaneus circiter Annum Christi MCCCXXX. scribebat, quo tempore Florenus Aureus intra & extra Italiam supra ceteros Nummos celebratissimus erat. Audi etiam Anonymum Auctorem Chronicum Mediolanensis, cuius partem evulgavi Tomo XVI. Rer. Italicarum. Scilicet in parte ame neglecta haec ille habet (an optimis fundamentis nixus, alii videant) de Moneta ab Archiepiscopis Mediolanensibus casâ: *Prima Moneta dicebatur Marca auri, & valebat XIV. Florenos (scilicet aureos).* Alia fuit Marca argenti, quae valuit quatuor Florenos cum dimidio. *Tertia Moneta dicebatur Augusta, habens Imperatoris imaginem, & erat ex purissimo argento.* Et erat grossa in tantum, quod decem Augusti valebant unum Florenum. *Quarta dicebatur Imperialis, habens Imperatoris imaginem, & superscriptionem, & erat de argento purissimo.* Decem Solidi Imperialium valebant unum Florenum. *Quinta Moneta dicebatur Tertiolum, quia eius tertia pars erat tantum argentea, & XX. Solidi valebant unum Florenum.* Neque omittenda est mentio Ducati Aurei Veneti, quem nunc Zecchino appellamus. Nummum istum primo Venetiis percussum sub Joanne Dandolo Duce, auctor est Marinus Sanutus in Histor. Venet. Tomo XXII. Rer. Italicar. ad Annum MCCLXXXV. Eiusdem verò ponderis ac formae fuerunt & Ducati aurei Germanici, & Hungarici, quorum familiaris est usus.

Verum ad tempora nostra sermonem tandem convertamus. Nulla nunc Provincia est, nulla Civitas in Ita-

A lia, quae ingens discrimen non animadvertis inter pretium Librarum ac Solidorum veteris ac praesentis aevi. Olim paucis, nunc multis Libris Aurei nummi emuntur: olim agri, aedes, ac cetera venum exposita, paucarum Librarum pretio dabantur, nunc multarum. Ad haec veterum Contraetus si attente consuluntur, ubique produnt progressum hunc in mutatione pretii pecuniae, quem nostris quoque temporibus, immo & in dies singulos animadvertis. Sive tanta instabilitas tribuenda est nunquam saturatae hominum avaritiae, quibus perpetuum studium est, aurum aut argentum suum cariori pretio, si possint, quam ceteri, quotidie vendere, aut expendere: sive eadem processerit, ac procedat ex minutorum Nummorum, sive Denariorum conditione, quae quotidie deterior ex officinis Monetariis prodit, sive aliis ex causis; neque enim raritati auri aut argenti tribuendas hasce metamorphoses affirmare ausim: illud certum est, enormem intercedere differentiam inter veteris ac recentis monetae aestimationem. Cujus rei exempla aliquot delibavi ex Archivo Communis Mutinae. Quanti vaeniret apud majores nostros panis & vinum, ex hisce intelliges. Anno MCCXLIX. Indictione VII. die Martis X. intrante Mense Augusti, Regnante Domino Imperatore Frederico. Haec est ratio, qualiter vinum vendi debeat ad minutum. Vinum, quod constat X. Solidos Mutinenses quartarium, debet fieri mensura de XXXIII. uncias, & una drama. Iterum mensura vini de XI. Solidis Mutinensis, debet esse de triginta uncias & una drama &c. Nota, quod quartarium vini est in summa CCCXXXIII. Libras. Quando Sextarium frumenti valeat XX. Solidos Mutinenses, debet esse panis coctus VIII. uncias

uncias & meza pro duobus Denariis Mutinensisbus. Item ad rationem XIX. Solidorum, debet esse IX. uncias, minus una drama &c. Pari etiam ratione Anno MCCLXXXIII. tempore regiminiis Dominorum Guidocti de Archidiaconis Potestatis, & Guidonis de Corrigia Capitanei Communis & Populi Mutinæ, panis venalis bene coctus, qui fiet de Sextario frumenti, qui valuit XX. Soldos Mutinenses, vel ultra, fieri debeat tribus Denariis Mutinensisbus XIV. unciarum, & trium transmarum minus quarta parte unius tra-mae &c. Ferrariae verd, ut habetur in Statutis Anno MCCLXVIII. confectis, Fornaxarii tenebantur dare milliarium lapidum (idest laterum) pro XX. Solidis Ferrarinis, & milliarium cupporum (hoc est tegularum) pro XXIV. Solidis Ferrarinis; & milliarium tessellarum (nempe subtiliorum laterum) pro XV. Solidis Ferrarinis; & medium calcinac pro XVIII. Solidis Ferrarinis. Quod est ad agrorum pretium, Anno MCCXXI. Ubertinus Campestri de Spilimberto vendidit per alodium duas petias terrae positas in Curte Spilamberti. Prima petia est XII. bubulcae. Secunda est VI. bubulcae: pro XL. & octo Libris. Anno MCCXXVIII. Guilielmus Episcopus Mutinensis emit in agro Porciliis petiam terrae bubulearum XIV. titulo pretii solvens XLIX. Libras Imperiales ad rationem trium Librarum Imperialium & dimidiis pro qualibet bubulca. Tum eodem Anno aliam terram ad rationem quatuor Librarum Imperialium. Aliam quoque ad rationem quindicim Librarum Parmensis quilibet bubulcam. Anno MCC-LX. Guido de Suzaria, celebratissimus eorum temporum Jurisperitus, Civis Mutinæ creatus, de quo mihi erit sermo in Dissertatione XLIV. de Literarum fortuna, duas petias terras.

A emit positas in Silva de la Lama, bubulcarum XCVI. ad rationem XIII. Librarum Mutinensium pro qualibet bubulca. Eodem anno Commune Mutinæ emit petiam terrae laboratoriae positam in districtu Florani pro DC-XXI. Libris Mutinensium, ad rationem novem Librarum & septem Solidorum Mutinensium pro qualibet bubulca: quae petia terræ debet esse septuaginta septem bubulcas minus decem tabulis. Praeterea Anno MCCLXIII. eadem Respublica Mutinensis in districtu Sancti Felicis magnam copiam agrorum emit, Monasterio Nonantulano tradendam gratiâ concordiae initae, per quam Monachi renuntiarunt cuicunque juri sibi fortasse competenti in quaedam Castella, quae ab immemorabili tempore Communitas Mutinensis possidebat. In hisce fundis emendis erogatae sunt bis mille centum & viginti duae Librae Mutinensium ad rationem cuiuslibet bubulcae septem Librarum Mutinensium pro trecentis bubulcis, & ad rationem quinque Librarum Mutinensium pro quatuor bubulcis. Alia quoque petia XII. bubulcarum in Sancto Felice posita emta fuit ad rationem octo Librarum Mutinensium & undecim Solidorum Mutinensium, & quinque Mutinensium pro qualibet bubulca. Nunc apud nos quaelibet bubulca terrarum quingentis, aut mille & amplius Libris Denariorum currentium vaenit.

E Eamdem monetae variationem e-normem, in singulos paene annos crescentem discere possumus e subsequitis temporibus. In domesticis Libris Monachorum Mutinensium Benedictinorum Sancti Petri haec animadver-ti. Anno MCCCLXX. pro singulis millibus laterum costiorum pen-debantur Bononini L. hoc est, duae Librae & semis Solidorum. Nunc XXX₂

XXX. Librae, atque etiam XXXV. impenduntur. Anno MCCCCLXVI. Librae 96. Bononini 16. & Denarius unus monetae Florentinae valebant Libras 48. Bononinos 12. & Denarios 3. Mutinensis monetae. Quo item Anno Bononinis quatuor pro singulis diebus conducebatur Librarius, ut *Homiliam Bedae* describeret. Anno MCCCCLXXXII *Florenus aureus* aestimabatur Solidis 98. monetae Mutinensis. Anno autem MCCCCLXXXVII. quilibet *Florenus largus aureus* Mutinae emebatur Libris tribus & Bononinis duobus. Anno MDVIII. *Ducatu aureus* valebat Solidos 71. *Scuta* verò 26. *aurea* aequabant valorem Librarum 93. Mutinensium. Idem *Scutum aureum* Anno MDLX. pretium reddebat Librarum quatuor & semis. *Dupla Hispanica aurea* Anno MDXCVII. respondebat Libris duodecim & Bononinis duodecim monetae Mutinensis: *Italica* verò *Dupla aurea* Libris duodecim & Bononinis tribus. *Zecchinus aureus* *Venerus* aestimabatur Mutinae Lib. 7. & Bonon. 6. *Hungarus* verò *aureus* Lib. 7. Bonon. 5. *Ducatonus argenteus*, sive *Scutum Romanum argenteum* Lib. 5 & Bonon. 2. Tum Anno MDCIII. *Dupla aurea Hispanica* constabat Lib. 13. *Italica* Lib. 12. Bonon. 10. *Zecchinus* Lib. 7. Bonon. 12. *Ducatonus argenteus* Lib. 5. Bonon. 7. Rursus Anno MDCVIII. *Dupla Hispanica* valebat Lib. 14 *Italica* Lib. 13. & semis. *Zecchinus* Lib. 8. Atque ut cetera omittam, Anno MDCXIV. *Dupla eadem Hispanica* pendebatur Lib. 16. Anno MDCXXII. Lib. 18. Anno MDCXXXVI. Lib. 22. & semis. Ita perenni fluctuatione pretii eo usque *Dupla Hispanica aurea*, uti & *Gallica* sub Ludovico XIV. Rege percussa, Mutinae pervenit, ut nuper Libris 50. & ultra

A Bononinorum Mutinensium, nunc Libris 65. mirabili saltu factō redimatur, & apud vicinos nostros paria in dies aestimationis augmenta patiantur, sive recipiat. Evidem norunt omnes, quād immanis auri argentiisque vis in Europam confluxerit, ex quo detectae Occidentales Indiae in ditionem venerunt Hispanicorum praeципue ac Lusitanorum Regum, ita ut nunc passim vili pendenda viderentur pretiosa illa metalla. Attamen animadvertisendum simul est, quantos aurum atque argenti acervos exuberans nostrorum temporum luxus absorbeat & absumat. Quod plus est, occupante jam nimio aere locum argenti in nummis, necesse est, ut pluribus quād antea nummis aurum & argentum emantur. Accedit & alia (iplaque longe gravior, neque tamen vulgo nota) pecuniae Europaeae vorago, Mercatorum videlicet nunquam satianda cupiditas, qui ad Turcarum, Indicique Mogolis, & Sinenium provincias, & in reliquum ferme Orientem, immensam quotidie auri argenteique copiam vehunt, ut inde merces Europaeis dividendas abducant; neque enim Orientales Populi Europaeas merces pecunia emere, aut mercibus suis permutare facile consueverunt. Quod tamen nostris temporibus usuvanit, ne vetustis quidem omnino insuetum fuit. Testatur Joannes Villanius Lib. 12. Cap. 96. *Historiar. de Florentinorum argento, che i Mercanti per guadagnare, il raccoglievano, e portavano oltre Mare, dove era molto richesto.* Verū longe minus olim fuit pecuniae Europaeae detrimentum. Luxum enim non adeo familiarem antiqua secula habuerunt, & praeter aromata, margaritas ac pannos, vix quidquam aliud ab Orientalibus conquirebant, nondum perviis Europeae

paeæ genti ulterioribus Indis ad Orientem & Occidentem positis. Immo hoc ipsum qualemcumque commercium in utilitatem non modicam Italorum cedebat. Verum ubi luxus Italorum mentes fascinare coepit, tunc Orientalium merces majorem in modum exhauste etiam coeperunt Italicae gentis thesauros. Vide in Notis Clariss. Benvoglienti ad Chronicon Senense Tom. XV. Rer. Ital. ad Annum MCCCXXXVII. quot merces Syriacas una Salimbenorum familia Senensis, effusa ingenti pecunia, compararit. At de his alii opportunius differant.

Ceterum nullo unquam tempore desiderati sunt, qui adulterinam monetam fabricarint, aut legitimam circumciderint, aut collegerint, ut carius divenderent. Adversus abominandum hoc publicorum furum genus sunt in Codice Theodosiano multae Leges Lib. 9. Tit. 21. & sequent. Tacitus quoque Augustus, ut est apud Vopiscum, cavit, ut si quis argento publice, privatimque aes miscuisse; si quis auro argentum; si quis aeri plumbum, capital esset cum honorum proscriptione. Neque Langobardis & Francis in Italia regnantibus ejusmodi crimen insuetum fuit. Idecirco Rotharis Rex Lege 246. decretum hoc promulgavit: *Si quis sine iustione Regis aurum signaverit, aut monetam confinxerit, manus ejus incidatur.* Quae verba satis indicare videntur, jam tum Reges Langobardorum Nummos suo nomine signasse, quamquam antiquiores ego exhibere nequiverim. Carolus autem Magnus in Capitularibus, ne falsa Moneta cuderetur, nunquam nisi in Palatio cudendam jussit. Sed & Ludovicus Pius Lege 27. inter Langobardicas Rotharis constitutionem his verbis renovavit. *De falsa Mont-*

Ata jubemus, ut qui eam percussisse comprobatus fuerit, manus ejus aniputetur. Et qui hoc consenserit, si Liber est, LX. Solidos componat; si Servus est, LX. ictus accipiat. Sed & praeter Nummos aureos & argenteos, quorum familiares usus fuit temporibus barbaricis, inveniuntur etiam aerei Nummi, seu ex aere & argento mixti. Sed rares, quam apud Romanos: aerei enim Romanorum aevo signati plurimi prostant, & quotidie tellure effossâ in Italiâ inveniuntur; raro autem declinante Imperio aerea, aut mixti aeris Numismata occurunt, eaque fere omnia sub Germanicis Augustis, & sub Civitatibus liberis percussa. Ex his aliquot vidi. Neque fieri aliter potuit, poscente id necessitate humani commercii. Nam ut scripsit Saeculo XIV. Nicolaus Oresmius Episcopus Lexoviensis in Lib. de Mutat. Monet. Cap. 3. *Quoniam portiuncula argenti, quae juste dari debet pro libra panis, vel aliquo tali, esset minus bene palpabilis propter nimiam parvitatem, ideo facta fuit mixtio de minus bona materia cum argento:* & inde babuit ortum Nigra Moneta, quae est congrua pro minutis mercaturis. Utique ex hac Nigrâ Monetâ nihil mihi se obtulit spectans ad Langobardorum Francorumque Regum tempora. Le-Blancus etiam in Tractat. de Monet. Franc. Cap. 3. affirmare non audet, num sub prima & secunda Francorum Regum serie in usu fuerit apud Francos Moneta Billionum, idest ex puro aere, aut aere mixto cum argento. Attamen quae caussa invenendi Nummos aereos ab Oresmio allata est, nobis ante oculos semper obversetur necesse est. Vix enim intelligamus, quei tunc minutae merces, multaque vietiui necessaria a paupere vulgo comparari quotidie possent, nisi vilis

vilis alicujus pecuniae species in hunc usum exposita fuisset. In Apulia praeferunt & Calabria Saeculo Christi XII. usitata fuit pecunia *Romefina* ex nummis vilis metalli, quum teste Falcone Beneventano ad Annum MCXXXIX. Barenses obsidione pressi a Rogerio Rege emerent panem unum sex *Romefinis*. Vide & Du-Cangium ad hanc vocem. Invexit etiam idem Rogerius Rex Anno MCXL. *Ducatum, oculo Ro-*


*A mesinas valentem, qui longe plus aeris quam argenti praeferebat. Idem quoque percussit *Follares aereos*, *Romefina* unam appretiatos: quod pecuniae iniustissimae genus, testante eodem Falcone, calamitatem, ac pauperiem Regni mirum in modum auxit; ut tandem intelligamus, vitia Seculi nostri ne vetustis quidem temporibus ignota, insuetave fuisse.*

B

DE SPECTACULIS
ET
LUDIS PUBLICIS
MEDII AEVI,
DISSERTATIO
VIGESIMANONA.

DISSESTITO

VIGESIMANONA.



Ui Ludi publici, quae magnifica Spectacula & oblectamenta Populo praeberentur Italicis post declinationem Imperii Romani, atque ante Annum Christi Millefimum, pauca novimus, quia ne Historias quidem illius aevi nisi pauculas habemus. Praeterea suspicandi locus est, barbarica illa tempora, ac rudes gentes parum sibi procurasse, quae tantâ pecuniae effusione a Graecis ac Romanis olim edebantur, ac tanto studio Populus spectatum accurrebat. Theodericum inclytum Gothorum Regem semper excipio, qui natione quidem barbarus, Romanum tamen animum secum gerebat, ac Romanorum mores, quantum potuit, est aemulatus. In Excerptis de Theoderico ab Hadriano Valesio editis ad calcem Ammiani Marcellini, is dicitur exhibuisse Ludos Circensium, & Amphitheatrum, ut etiam a Romanis Trajanus, vel Valentinianus, quorum tempora sectatus est. appellaretur. Infra etiam triumphantium more Urbem ingrelitus dicitur, & Populo Romano annonam, centum viginti millia modios, idest Congiarium, tribuisse. Cassiodorus quoque Lib. 3. Epist. 51. Variar. curam Theoderici memorat pro

A Ludis Circensibus, ut Populo ad easpectacula assueto voluptatem praeberet, non quod illa ipse probaret. De Theoderici studiis etiam supra aliquid innui in Dissertatione XXIII. *de Morib. Italic.* Praeter militares Ludos, qui oblectarent Langobardorum gentem, postquam Italiam potita est, alios frustra in Chartis quaerimus. B Quod novi, sub Francis Augustis magnificos interdum Ludos Italia accepit. Annalista Saxo, Regino, Marianus Scotus, ac alii Chronologi ad Annum Christi DCCCLXXVII. referunt nuptias Bosonis Ducis, & Ermengardis Ludovici II. Augusti filiae, celebratas Ticini, coram ipso Carolo Calvo Imperatore, tanto apparatu, tantaque Ludorum magnificentia, ut bujus celebritatis gaudia modum excessisse ferantur. Sed quidnam fuere Ludi illi? Silent Historiae. Ad me quod attinet, censeo, ex iis Spectaculis pleraque ad belli faciem fuisse composita. Auctor est Ennodius Ticinensis in Panegyric. Theodericum Regem, ne milites otio torperent, umbratiles quasdam pugnas instituisse, quibus eorum fortitudinem exercebat, & pulcrum Populo spectaculum praeberetur. Pubem, ita ille ad ipsum Regem ait, indomitam sub oculis tuis inter bona tranquillitatis facis bella pro ludere &c. Implet actionem fortium, dum jocantur; agitur vice Spe-
ctacul-

claculi, quod sequenti tempore poterit satis esse virtuti. Dum amentis puerilibus bastilia lenta torquentur: dum arcus quotidianaæ capitum neces dirigunt, Urbis (idest Ticini) omne pomoerium Simulacro Congressionis atteritur. Agit Figura Certaminum, ne cum periculo vero nascantur. Et sane antiquis Gothis publica Spectacula edere in more fuisse tradit Olaus Magnus Lib. primo, Cap. 2. Histor. Langobardis, & Francis par deinde studium in Italia fuisse opinari licet. Apud Anonymum Poëtam de Laudib. Berengarii Augusti Lib. 2. lego:

----- quingentaque robora belli
Eduxit patriis borrentia viribus, atque
Francigenis olim duris exercita Ludi.

Ludi tamen isti non Ludi fortasse fverunt, sed ficti certamina belli. Ad haec Aulico Ticinensi auctore Tomo XI. Rer. Italicar. discimus, consueuisse Ticinenses, ineunte Seculo XIV. quo is scribebat, simulatis proeliis non raro inter se congregdi, ut ea exercitatione alacriores ac aptiores ad vera efficerentur. Battagliole ejusmodi certamina appellabantur, quae hisce verbis ille Cap. 13. describit. Ut autem a pueritia melius deceantur ad bellum, singulis diebus Dominicis atque Festis &c. quaedam Spectacula faciunt, quae Battaliolae, sed Latine convenientius Bellicula nuncupantur. Dividunt enim Civitatem in partes duas: quarum unaquaque multis Societas, sive Cobortes habet. Pugnant autem ad invicem ligneis armis, aliquando simul omnes, aliquando duo seorsim, se per occursum a longe clypeis ferentes, alterutri obviando. Habet enim in capitibus galeas ligneas, quas Cistas vocant, pannis & molibus interius, exteriusque partitas, habentes in superficie decisa vel depilata

A suae Societatis insignia, & ante faciem cratam ferream circumflexam &c. Romanis quoque in usu fuere clavae & gladii lignei ad tironum exercitium. Ii quoque Scuta de vimine in modum cratium corrotundata gerebant, iisque armati ad palos exercebantur. De his multa habet Vegetius Lib. I. Cap. XI. ex quo posteriorum Seculorum homines multa didicisse videntur. Quod obiter dictum sit. Erat & Ravennatibus altera olim civilium certaminum species, sed quae crudelia ac funesta nimium post se consecutaria aliquando reliquit. Rem narrat Agnellus in Vitis Archiepiscopor. Ravennat. Tomo II. pag. 154. Rer. Italicar. ubi de Damiano Archiepiscopo XXXVI. scribit. Videlicet ibi mos erat, ut singulis ferme diebus festis extra Urbem una pars Populi adversus alteram ludicrum certamen iniret: quod spectaculum die quadam in teterimam caudem & carnificinem evasit: Die enim Dominico (ita inquit Agnellus) vel Apostolorum die, Ravennenses Cives, non solum illustres, sed homines diversae aetatis, juvenes & ephebi, mediocres & parvuli promiscui sexus, per diversas portas aggregatim egredientes ad pugnam procedunt. Deliri & insani: quando sine causa se morti subjiciunt. Contigit eo tempore (videlicet circiter Annum DCXC.) ut Tiguriensis Porta iniret certamen cum Posterula, quae vocatur Summus Vicus, juata Fossam Lamisem. Qui ingressi in prima fronte, a fundibulariis inseuti, terga Posterulenses dederunt. Tigurienses verò eos, insequentes, multa straverunt corpora, & venerunt ad praedictam Posterulam, minaverunt residuum infra, & confregerunt molchos & servas, & cum victoria in suas reversi sunt domos. Pejora inde consequuta sunt, quae apud Agnellum legit qui velit. A vero

vero fortasse non abludat, qui suscipietur, eam Ravennatis Populi scissuram a Graecis tunc ibi dominantibus, si non procuratam, saltem libenter suisse toleratam, ut divisis Civibus tutius imperarent: quam artem sibi non ignotam alii ex Italis postea ostenderunt.

Veri quoque simile est, ceteras Urbes Italiae bellicosis iis temporibus ejusmodi certaminibus fietis induluisse, ut Populum suum ad labores artemque militiae educarent. In Charta Mutinensi Anno MCLXXXVII. extra Urbem nostram erat *Pratum de Batalia*. Huic Prato inde accessisse nomen non immeritd suspicari licet; quod ibi umbratiles illae pugnae haberentur inter Cives. Novariae quoquae (uti scribit Petrus Azarius in Chronico a me edito Tomo XVI. Rer. Italicarum) similis civilium pugnarum locus olim fuit. Neque desideratus est Mediolani. Gualvaneus de la Flamma, qui circiter Annum Christi MCCXXX. Manipulum Florum scripsit, a me evulgatum Tomo XI. Rer. Italicar. haec habet Cap. 25. *Extra muros Civitatis (Mediolani) erat Brolium magnum, ubi juvenes in armis & pugnis diversis, exercitationis caussa conveniebant. Addit etiam: Ex alia parte Urbis ex opposito, ubi dicitur Sancta Maria ad Circulum, erat Hippodromum Circi, ubi equestres milites sua bastiludia peragebant move Romano. Adde & alterum Scriptorem Anonymum Mediolanensem, qui in Chronico apud me manu exarato haec de Spectaculo Civitatis Mediolani memoriae prodidit: Spectaculum erat quadam magnum spatiū, ubi pueri de Mediolano certis diebus conveniebant ad diversos Ludos peragendos, qui fiebant pluribus modis, aut de arcubus sagittas emittendo, vel hastas pondere librato ja-*

A ciendo, vel laterum complexu se invicem prosternendo, vel saltu longiori seu altiori profiliendo. Est iste locus, ubi nunc est *Pratum Communis*. Edita est a Clarissimis Doctissimisque Patribus Societatis Jesu Antuerpiensibus in Act. Sanctor. ad diem XXI. Maii Vita Sancti Petri Parentii, qui anno Christi MCXCIX. in Urbevetana Civitate a Manichaeis interfactus, palmam Martyrii retulit. Auctor synchronus haec de eo scribit: *Prohibuit Urbevetanos in Carnisprivio a bellorum conflictibus abstinere, quia eo tempore sub Ludi occasione multa consueverant homicidia perpetrari*. Ita Sanctus Bernardinus, ut habet illius Vita a coaevῳ Scriptore literis consignata, radicatus evertit mortalem Lusum, qui Perusii inter Cives vetustā consuetudine vigebat, cum Scutis & Clavā. Vide etiam Notas Benvoglienti, ad Chronicon Senense, Tomo XV. Rer. Italicar. pag. 42. e quibus discas, anno MCCXCI. in Urbe Senensi ultra, quām par esset, exarsisse utriusque Popularis factionis animos, dum haberetur *la Battaglia all' Elmora*, ita ut per questo si levò via, che non si giocasse con battaglia di Pertiche nè ai Sassi: ma che si giocasse alle Pugna per meno scandalo. E così fu il principio del Gioco delle Pugna in Siena, e levossi via l' altre battaglie. Quae autem de Saeculis posterioribus scribo, fortassis a serà antiquitate originem traxere. Nam praeter vetustum Ravennatis Populi exemplum nuper memoratum, feralia hujusmodi certamina ipso Seculo Aerae Christianae Quinto in usu suisse deprehendi. Audi Sanctum Augustinum ita scribentem Lib. 4. Cap. 53. de Doctrina Christiana: *Quum apud Caesaream Mauritaniae Populo dissuaderem pugnam civilem, vel porius quām civilem, quās Catervam vocabant* *& neque*

neque enim Cives tantummodo, verum etiam propinqui, fratres, postremo parentes ac filii Lapidibus inter se in duas partes divisi, per aliquot dies continuos certo tempore anni sollemniter dimicabant, & quisque ut quemque poterat, occidebat: egi quidem granditer, quantum valui, ut tam crudelē & inveteratum malum de cordibus & moribus eorum avellerem &c. Haec Augustinus circiter Annum CCCCXXVI. quae satis indicant, quantum sit virium inveteratae consuetudini, ita ut animalia ratione praedita non animadvertant, se in ultimam dementiam abripi.

Praeterea barbarici aevi spectaculum familiare fuerunt *Duello*, sive singularia certamina, de quibus actu-
rus sum in Dissertatione XXXIX. de *Duello*. Ea palam habebantur. Confluebat Populus universus, impium experimentum spectaturus; ipsique etiam Imperatores, Reges, ac Principes, quuin pugna futura erat inter nobiles viros, interdum Ludo crudeli intererant. Ad Saeculum usque a Christo nato XVI. abominanda ejusmodi consuetudo manavit, ejusque exempla utpote obvia a me Lector nequaquam exspectet. Illud potius commemorandum est, non ignotas quidem Romanis & Graecis antiquis, uti Vergilius prae ceteris testatur, fuisse restitutas post, ac supremum postea locum inter publicos Ludos obtinuisse, fictas illas concertationes, quae *Torneamenta* & *Giostre* adhuc Italice appellantur. Doctissimus Du-
Cangius tum in Glossario Latino, tum in Dissertatione Septimā ad Joinvillam, eruditus pro more suo originem *Torneamentorum* inquirit, eamque Gallis, & singulari etiam titulo Gaufrido II. Domino Pruliaci tribuit: qui teste Chronicō Turonensi ad An-

A num MLXVI. *Torneamenta* invenit Gallica profecto vox, a verbo *tourner*, ejusmodi sententiam confirmat, praeter Matthaeum Parisium, qui ad Annum MCLXXXIX. *Conflictus Gallicos* *Torneamenta* nuncupavit. Otto Frisingensis Lib. prim. Cap. 17. de Gestis Friderici, *Tyrocinium* commemorat, quod vulgo nunc *Turnamentum* dicitur. Quae Romani milites olim in otio agebant, & quae nuper de Theoderico, ejusque militibus attuli, rudimenta quaedam fuisse videntur ejusmodi ludicrarum recursuum; quae a turmis equestribus armatis, equos in gyrum agitantibus, seque ferientibus invicem Lanceis & Gladiis hebetibus, peraguntur. Sed & armis interdum acutis, ac hostili paene more eadem *Hastiludia* olim habebantur, ita ut *Ludis hisce* etiam mitioribus vix unquam finis statueretur, quin per alicujus nobilis viri caudem voluptati luctus succederet; ab unis enim Nobilibus viris certamina ista haberri consueverunt. Propterea in Concilio Lateranensi II. oecumenico, Anno MCXXXIX. Canon. XIV. in Remensi Anno MCXLVIII. Canone XII. ac in aliis permultis Conciliis, subinde interdicta fuere *Torneamenta* quaeque, ea videlicet, unde hominum mors consequi poterat. Verum frustra oblitere sacrorum Praesulūm Canones: usus adeo altas radices egerat, ut ne compimi quidem, nedum vinci, se passus fuerit. Illumque non sine aemulatione finitimae gentes singulæ adop-
tarunt, quod praecipue illic ad prodendam fortitudinem & dexteritatem suam illustribus viris aditus aperiretur. Quo tempore invenita fuerint in Italiam *Torneamenta*, incertum est. Fortassis eorum amor atque ars invaluere apud nos longe antea quam cre-

credant Gallici Scriptores. Laurentius Vernensis, sive Veronensis, qui Anno MCXV. scriptit Carmen de Bello Balearico, editum Tomo VI. Rer. Italicar. Hugonem Vicecomitem Pisanum laudat his verbis:

*At vice qui Comitis Pisana praesidet Urbe,
Hugo, militiae cui praebent singula laudem,
Agmine qui toto vitam servavit honestam,
Hastarum Ludis, & cursibus usus equorum,
At proponendo vincenti praemia cursus.*

Quamquam haec interpretari quisquam possit de Ludis iis tantummodo, quos Giostra appellamus, & quibus saltem vides delestatos fuisse Italos vel sub initium Saeculi a Christo nato Duodecimi: attamen non immerito etiam opineris, agi heic de Torneamentis, quum simul jungantur Hastarum Ludi, & Cursitatio Equorum. Anno quoque MCLVIII. uti memoriae prodidit Radevicus Lib. 2. Cap. 8. de Gest. Friderici Primi, Cremonenses Placentinorum militiam ad certamen provocaverant, quod moad vulgus Turnementum vocant; ibique hinc inde aliqui sauciati, alii capti, quidam occisi sunt. At frequentiori in usu subsequente Seculo apud Italos ejusmodi certamina esse coeperunt, postquam Anno MCC-LXVI. Carolus Provinciae Comes, Siciliae ac Apuliae Regnum adeptus, Gallicae militiae mores apud Italicam gentem propagavit. Erat huic Principi incredibile erga ludicas hasce decertationes studium, ac summa in eis peritia; atque ejusmodi spectaculis oblectabat non corda tantum sui Populi, sed & reliquorum, praesertim nobilium Gallicae gentis, qui

Tom. VI.

* In hac Edit. in calce Tom. III. hujusce Operis Antiq. Med. Aevi.

A undique ad eum confluebant, ut in iis Ludis strenuitatis suae periculum facerent. Tanti animorum ac armorum motus quo vergere aliquando possent, secum haesitans tacite perpendebat Ludovicus Galliae Rex illius frater, in Sanctorum postea catalogum inflatus. Quare ubi actum est de evocando ad Regnum Siculum Carolo, Ludovicus rem suam agi ratus, in ejus exaltationem non solum consensit, sed & operam suam lubentissime contulit. Audiendus est heic Proloemeus Lucensis in Annalib. Eccles. Tom. XI. Rer. Ital. In quo quidem facto adest favor Regis Francorum triplex de causa, ut dictus Rex aliquando retulit &c. Tertia causa fuit quies sui Regni, quod perturbabat Carolus in Torneamentis, & aliis. Potissimum ergo iis temporibus solennia Hastiludia apud Italos, praincipue apud Principes, majori in honore ac usu, quam antea, esse coepisse opinor. Proinde Dantes Aligherius Cap. 22. Inferni, veluti rem vulgarem ineunte Seculo XIV. scribit:

*E vidi gir gualdane,
Ferir Torniamenti, e correr Giostra.*

Quae verba Benevenutus Imolensis, ejusdem Seculi Scriptor, in Comment. a me editis * Tom. praeced. ita interpretatur: Gualdane: idest Mastinatas, brigatas in dicto tumultu Arretii. E Ferir Torniamenti. Hic considera, quod aliqui glorificare volentes suam patriam, dicunt: Ita Torniamenta & Equisternia facta sunt Arretii tempore Guidonis de Tarlatis de Petramala, qui vir valentissimus Terram illam maxime exaltavit, & exornavit viris, viribus, muris, & omni opere pulcro, sub quo multi viri militares exercebant se in istis rebus bellicis. Sed quidquid dicitur, i-

I stud

Aud est alienum a proposito, quia dictus Episcopus magnificus non claruit tempore Autoris, immo post ejus mortem. Nec dubito, si novisset gesta ejus, non tacuisse omnino. Ideo dico, quod Autor non refert amplius dictum suum ad Arretium, sed ad alias Terras: quia Author poterat vidisse ista Spectacula Florentiae, Bononiae, Ferrariae, & alibi. En ubi potissimum militaribus hisce Ludis opera tunc daretur. Ferretus quoque Vicentinus Historicus Lib. 4. Poëmat. de Scaligeror. origin. quod Tomo IX. Rer. Italicar. evulgavi, juvenilia studia Canis Grandis Scaligeri describens, paria Veronae ineunte Saeculo XIV. acta fuisse scribit his versibus:

*Jam non hastae gravis, jam non puerilibus armis,
Aut vacua pugnare manus, Simulacraque belli
Sumta juvant, fractaque novis cursibus hastae,
Et galeas, validoque ensis collisus ab ictu,
Sive celer mediis producis equiris campis,
Agmen agens equitum &c.*

Ita & in Italia a longo tempore in usu fuere ludicra certamina duorum equitum hastâ concurrentium, quae *Giostra* appellantur. Originem vocis a Graeco ζεῦρα Salmasius in Notis ad Historiam Augustam deducit. Sed uti Menagius animadvertisit in Origin. Linguae Italicae, Graecus Scriptor Nicephorus Lib. 10. Histor. dissertationis verbis testatur, *Giostra* esse verbum *Latinum*, sive *Italicum*; ac propterea Ferrarius ac idem Menagius arbitrantur, a justa pugna efformatam fuisse per Italos vocem *Giostra*. Alii a Graeco δέσπα, quod *luctam* significantur.

A care dicitur, & cujus exempla nulla ego reperio; alii a Latino adverbio *juxta*, vocabulum hoc arcessunt. Ego potius nihil heic sapere, quam etymologias male consutas adoptare, amo. Alioquin & mihi liceret derivare *Giostra* a *Claustro*, sive loco certaminis, quem *Tusci Chiostra*, Lombardi verò *Ciostra*, & demum *Giostra* appellare potuerint. Potissimum verò Saeculo Christi XIV. Hastiludia ejusmodi Italica gens usurpabat. Cortsii Histor. Lib. 4. Cap. 6. publicum Ludum desribentes, haec a- junct: *Ibi fuerunt Dominae pulcherri- mae, hastiludia, & torneria; & bre- viter ad perfe^mum gaudium nihil defec- cit*. Rursus Lib. 5. Cap. 7. *Fuerunt etiam hastiludia, Giostrae, torneria, & omnia solata cogitata*. Sed & Quintanae Ludus ante aliquot Secula no- tus fuit, quum ejus mentio occurrat apud Robertum Montensem Lib. 3. Histor. Hierosolymit. Mattheum Paris ad Annum MCCLIII. Fatum de Ubertis Florentinum in Dittamundo. Vide Du-Cangium in Dissertat. 7. ad Joinvillam. Fuit & alter Ludus militaris apud Italos, quod *Bagordare*, & *Armeggiare* nuncupabatur. Praecipue ejus institutum hoc fuit. Adolescentes fere semper nobiles, equis insidentes, simili veste, paribusque armis magnifice coniecti, aut per Urbem incedebant, pugnas inter se mentiti, aut obviam Principibus procedentes, eis in itinere praecebant, excursionibus equorum, & hastis ac ensibus innocuis ludentes. Hujus-ne spectaculi picturam quaeris? Illam accipe. Sabas Malaspina, cuius Historiam habes Tomo VIII. Rer. Italicar. insuperatum Caroli Provinciae Comitis, futuri Siciliae Regis, adventum Romanum Anno MCCLXV. describit Lib. 2. Cap. 17. simulque hunc-

honores ei a Populo Romano habitos. Quilibet, inquit, Nobilis secundum suarum facultatum potentiam secum quorundam equitum comitivam signanter induit ad ludendum; & omnes excipiunt plausu pavidos, gaudentque videntes Francigenae. Postquam omnes laeti Franco, oculosque suorum lustravere in equis, signum clamore paratis dabant militiae praecursor. Ceteri statim discurrebant pares; & alii terti agmina solvabant deductis choris; rursumque vocati convertere vias, hastas e contra ferebant. Inde alios cursus, alioque recursus alternis spatiis frequentabant: nec alternos cessabant orbis orbibus impedire. Nec terga fugae nudant. Nunc vertunt hostilia (an potius hastilia?) inoffensi. Ac sicut laevioribus quondam, velut fertur, in alta Creta caecis parietibus habuit textum iter, & viam ancipitem mille dolis, non aliter Romana girata vestigia cursu impediunt plures repetito. Hunc autem morem cursus Ascanius, quem muris eingeret Albas, priscos Latinos edocuit celebrare. Joannes quoque Villanius, aliquique complures Historici, hujusmodi Bagordorum meminere.

Eodem Seculo XIII. alterius generis Spectacula Historia Italica nobis exhibet. A Rolandino Patavino in Chronico Lib. prim. Cap. 10. ad Annum MCCVIII. commemoratur magnus Ludus factus in Prato Vallis. Et omnes contratae de Padua, singulæ videlicet ad unum & idem signum vestimentorum (a una stessa divisa, Italica Lingua dicebat) se novis vestibus innovarunt. Et tunc in praedicto loco de Prato Dominae cum Militibus, cum Nobilibus Populares, Senes cum Junioribus, in magnis solatii existentes in festo Pentecostes, & ante & post per plures dies, cantantes & psallentes tantum ostendebant laetitiam, quasi omnes fratres &c. Quid singulare in eo Lu-

A do factum fuerit, non explicat Rolandinus. Sed is alterum Ludum accuratius depingit eodem Lib. primo, Cap. 13. habitum Tarvisii Anno MCCXIV. Fuit autem hujuscemodi Curia, sive Ludus. Factum est enim ludicrum quoddam Castrum, in quo postae sunt Dominas cum virginibus, sive dominellabus & servitricibus earumdem, quae sine alicuius viri auxilio Castrum prudentissime defenderunt. Honestatis Castrum sub ea imagine designatum puto. Fuit etiam Castrum talibus munitionibus undique praemunitum, scilicet varis & griseis, & cendatis, purpuris, samitis & ricellis, scarletis & balachinis & armerinis. Quid de coronis aureis dicam cum grisolutis & hyacinthis, topaziis & smaragdis, pyropis & margaritis, omnisque generis ornamentis, quibus Dominarum capita tuta forent ab impetu pugnatorum? Ipsum quoque Castrum debuit expugnari; & expugnatura fuit hujuscemodi telis & instrumentis, pomis, dactylis, & muscatis, tortellis, pyris, & cotanis, rosis, liliis, & violis; similiter ampullis balsami &c. Ad hocce Spectaculum certatim confluxere Veneti, Patavini, aliquique finitimi Populi, cum suis quisque vexillis. Verum inter festivos ac solennes Italicorum Ludos illud saepe frequentatum, quod appellatum fuit tener Corte. Scriptores Latini Curiam habere dicebant, uti nuper Rolandinus scripsit. Occurrit praeterea tener Corte bandita, quod nempe emisso banno, sive publico invitamento, Populos etiam exterros ad eam Curiam honrandam allicere Principes magnifici solebant. Eccelinus de Romano apud eumdem Rolandinum Lib. 2. Cap. 14. innuit Curiam circiter Annum MCCVI. Venetiis habitam his verbis: Erat constituta Curia quaedam causa solatii Venetiis, ubi fuit Azo Mar-

chio (Estensis) pater Marchionis istius, & alii de Marchia nobiles & potentes. Quam Curiam pater meus honorare desiderans, habuit undecim Milites, & ipse exstitit duodevus: quorun omnia similia fuerunt vestimenta, in re una solummodo discrepantia, quod scilicet mantatura patris mei fuit de armerinis, sed aliorum de pretiosis varis Sclavoniae &c.

Quid in ea Curia factum fuerit, silet Rolandinus. Sed mos erat Ludis militaribus, idest Torneamentis & Giostris, aliisque fictis certaminibus operam dare, choreis, & conviviis opiparis indulgere, equitum choros splendide comtos ducere, Hippodromia, sive equos cursu certantes, aliaque ejusmodi oblectamenta non sine incredibili magnificentia ac apparatu ornamentorum exhibere. Plenrumque etiam mensa Palatina omnibus advenientibus parata erat. Quo tempore Bonifacius Marchio & Dux Tusciae nuptias iniit cum Beatrice Friderici Lotharingiae Ducis filia, hoc est circiter Annum MXXXIX. magnifice multa ab eo sunt acta, uti narrat Donizo in Vita Mathildis ejus filiae Lib. prim. Cap. 9. Tomo V. Rer. Italicarum. En ejus verba:

---- Qui Dux cum pergeret illo,
Ornatus magnos secum tulit, atque
caballos,
Sub pedibus quorum chalibem non po-
nere solùm
Jussérat, argentum sed ponere, sit
quasi ferrum:
Eſſe ſpercum clavum voluit quoque
nullum,
Ex hoc ut gentes poſſent reperire quis
effet.

Infra addit:

Per menses ternos fiunt convivia, verd

A Non ibi pigmenta tritantur, sed quasi Spelta;
Ad cursum Lympbae molendinantur ibidem:
Gurgite de putei potus trahiturque Lyaei;
Ex alio puto refuebat potio: vero Situla pendebat ex argenteo catena,
Cum quibus hauritur dulcissima potio,
vinum:
Obbas vel lances ad mensam fert e-
quis, atque Argento splendent, auro quoque vascu-
la mensae &c.

B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

Tum verò praeſertim hilares iſti Populorum conuentus celebrari conſuerunt, quum quisquam ex Principi- bus Uxorem ducebat, aut Militari cingulo, sive honore Militiae donan- dus erat. Certe dum Curiae ſolennes celebraabantur, tunc etiam novos Mi- lites creare uſitatum fuit. In Chro- nico Estensi, Tomo XV. Rer. Ital- icar. ad Annum MCCXCV. ſeu potius MCCXCIV. Azzo Marchio E- stensis, Ferrariae, Mutinae, Regii &c. dominus, factus fuit Miles per Do- minum Girardum de Camino, qui tunc dominus erat Civitatis Trivixii, ſuper Platea Communis Ferrariae ante por- tam Episcopatus. Et magna Curia tunc fuit in Ferraria. Eamdem rem Au- tor Chronicus Parmensis Tomo IX. Rer. Italicarum ad Annum MCC- XCIV. hiſce verbis enarrat: In fe- ſtivitate omnium Sanctorum Dominus Azzo Marchio Estensis, una cum Do- mino Franceschino fratre ſuo, congre- gavit in Civitate Ferrariae maximam & honorabilem Curiam omnium Pro- cerum Civitatum Lombardiae de amicis suis. In qua Curia factus fuit Miles cum praedicto fratre ſuo per Dominum Gerardum de Camino Dominum Tervi- ſit &c. Neque minori magnificen- tiā

tiā Curiam Veronae celebravit Anno MCCCXXVIII. Canis Grandis Scaliger. Adjunxerat ille nuper distinctioni suae eximiam Urhem Patavinam; atque ut tantae rei felicem celebraret eventum, Ludos solennes indixit, multosque ea occasione & ipse Militari honore insignivit. Qui Chronicon Veronense Parisii de Cereta continuatum nobis reliquit Tomo VIII. Rer. Italicarum, haec de Cane tradit: *Ad gloriam ampliorem de obtentu Civitatis Paduae, ultimo Octobris in Verona maximum gaudium & Curiam celebravit, & creavit triginta octo manus sua de diversis partibus Lombardiae (Milites): & duravit festum per unum mensem in Civitate & Palatio Veronae.* Paria habent Cortusii Lib. 4. Cap. 6. quorum verba accipe: *Dominus Canis gaudium voluit esse solenne: & multis Nobilibus donavit honorem Militiae, quos ornauit vestibus aureis & purpureis, aureis cingulis, destrieris, & pulcherrimis palafrenis. Ad hoc gaudium convenerunt de diversis partibus Histriones universae nationis, & omnibus donis & expensis Dominus Canis voluit providere.*

Sed inter ista Popularia Spectacula erant quae olim summam Plebi laetitiam creabant, nunc autem a severis hominibus veluti ridenda vix probarentur. Anno MCLXII. Udericus Patriarcha Aquilejensis Venetorum fines adortus, in proelio captus, & Venetas ductus cum aliis captivis, tandem libertati redditus est, pollicitus se quotannis exhibitum Duci duodecim porcos pingues, & duodecim panes die Mercurii Carnisprivii, idest ultimā Feriā quartā Bacchanaliorum. Ob hoc (sunt verba Andreae Danduli in Chronico, Tomo XII. Rer. Italicar.) reperitur statutum, ut annuatim die triumphi, assi-

A stente Duce & iuhente, uni tairo & animalibus praeditis in Platea capita amputentur. Deinde ut Dux in Majori Sala procedens coram Populo cum baculis ferratis Castra figuraliter condita dejiciat, ut eorum poena in animalibus figuraliter designata, & Castrorum Patriarchae depresso in Castris ligneis exemplariter demonstrata, tanti triumphi posteris memoriam derelinquant. De occisis taliter animalibus Dux postea omnes & singulos de majori Consilio participes reddit, ut sicut in obrinenda victoria se periculis submiserunt, ita eā obtentā illam sibi sentiant fructuosam. Sed quum ista Sansovino teste Lib. X. Cap. 273. Venet. Descript. plus ridiculi quam dignitatis praeferre viderentur, servato tantum more decollandi tauri, cetera sub Andrea Gritto Duce sublata fuere. Cur verò haec risum moverent, intellexisti e Dandulo: nam sub tauri formā se caput amputare infelcis Patriarchae significabant; duodecim verò Canonicos captos sub duodecim porcorum figurā jugulari; & in ligneis Castellulis Forojuliensium magnatum Castella dejici. Neque fortassis gravitatem sapiebat, Ducem ipsum & Senatores pugnasse contra imaginaria illa Castella. Audi Marinum Sanutum in Histor. Venet. ad Annum MCLVI. Tom. XXII. Rer. Italic. Il Patriarca promise egli e i successori di non molestar mai più Grado, e di dare ogni anno al Doge e al Comun di Venezia per tributo nel Giovedì Graffo un Toro grande con dodici Porci, e dodici Pani grandi di uno Stajo di farina l'uno, e certo Vino. E fu decretato, che ogni anno in tal memoria il Giovedì suddetto si faccia una festa sulla Piazza di San Marco di caccia di Toro, e si tagli la testa a' detti Porci, che significano i Calonaci predetti. Poi si vadà in

in Sala, la quale al presente si chiama de' Signori di Notte. E il Doge con gli altri primi della Città co' Brazolari in mano traggano contro alcuni, come Castelli, tenuti in mano per gli Scudieri del Doge, in segno della rovina de' Castellani della Patria. Tamen detti Brazolari al presente non si tirano più: ma il Patriarca manda quanto è notato di sopra, e si fa la caccia &c. In ea quoque inclyta Urbe usque ad Annūm MCCCLXXIX. perduravit festus dies Mariarum, quum singulari acimulatione interdum duodecim Virgines sumtu ac pompā incredibili ornarentur ac deducerentur per Urbem: cuius consuetudinis descriptio nem habes apud nuper laudatum Franciscum Sansovinum Lib. 12. Venet. Descript. In praelaudati Marini Sannuti Historiā Venetā, sub Petro Candiano Duce non vivae Virgines, sed simulacra Virginum lignea portata fuisse dicuntur. Ita Anno MCC-LXXXI. Bononienses per prodisionem Faventiam ingressi, ac Lambertaciis trucidatis, aut inde exturbatis, instituerunt la festa della Porchetta, quam adhuc recurrente die festo Sancti Bartholomaei observant.

De Curiis autem tunc celebratis, sive Corti bandite, illud mihi minime dissimulandum est, videlicet fere semper illis interfuisse Mimorum, Circulatorum, Funambulorum, Scurrarum, Agyrtarum, Ludionum, ac id genus aliorum hominum, qui lusibus fuis, sive cantilenis tum Palatium tum Populum diu noctuē oblestant. Giulari a Tuscis, & Giocolari nuncupabantur, & apud Latinos ejus aevi Scriptores, Joculares & Joeulatores nominatos videoas. Quod stupeas, erat hujusmodi sannionum ac nebulonum ea existimatio & fortuna, ut nunquam nisi bene donati a Prin-

A cipibus inde recederent. Immo quae pretiolae vestes dono iisdem Principibus offerebantur, in istos nugivendulos effundi fere semper consuevere. Is enim eorum temporum mos fuit, ut qui Nobiles viri ad nuptias, aliave solennia Principum conveniebant, manibus vacuis minime accederent, sed singuli aliquid testandae amicitiae aut obsequii caussā conferrent. Si otio abundas, lege quae Benevenutus Aliprandus, infelix sed veridicus Poëta in Chronicī Mantuani heic evulgandi Lib. 2. Cap. 35. narrat, hoc est illustrem Curiā, la gran Corte, habitam Mantuae Anno MCCCXL. quo tempore Gonzagae ibidem dominantes non unas nuptias celebrarunt. Tunc varii Italiae Principes, praeter reaque Nobiles quamplurimi viri, quorum nomina sigillatim ibi recententur, obtulere pretiosas vestes. Eas Robe Italica Lingua appellabat. Ut autem Poëta ait, sub unius Robe nomine veniebant Vestito, Guarnaccia, Guarnaccione, Mantelio, Cappuccio. Alii verò generosos equos, alii praeterea argentea vasa, aut monilia largiti sunt; quae singula Aliprandus enumerat, ita ut qui tot donorum catalogum legat & consideret, nequeat non mirari illorum temporum mores a nostris adeo dissimiles. Sed quid factum de tot illis veltibus magno emtis, ac liberalissime collatis? Eas rursus Mantuani Principes dono dederē Scurris ac Musicis. Accipe Aliprandi verba Cap. 36.

Tutte le Robe sopra nominate
Furon' in tutto trent' otto e trecento,
& Buffoni e Sonatori donate.

Vicissim verò & ipsi Gonzagae erga multos nobiles viros munificos se se præebuere, ut idem Poëta tradit, qui

narrationem suam his tandem rudi-
bus sane versibus concludit:

*Otto giorni la Corte si durare.
Torneri, Giostre, Bagordi facia.
Ballar, cantar' e sonar facean fare.
Quattrocento Sonator si dicia,
Con Buffoni alla Corte si trovoe.
Roba e danari donar lor facia.
Ciascun molto contento si chiamoe &c.*

Quantâ autem magnificentia eo
ipso Seculo decurrente Vicecomites
Mediolani Principes in suis Curiis
habendis effulserint, Corii Historia
non uno in loco ostendit. Sed om-
nium oculos praecipue paestrinxit
solennis pompa adhibita in nuptiis
Leonelli, sive Leonetti Anglorum
Regis filii cum Violante Galeatii
Vicecomitis filia Anno MCCC-
LXVIII. Miribili apparatu, donis
innumeris, incredibili Populorum con-
cursu, luxu, conviviis, & oblecta-
mentis, quorum similia nemo uspiam
viderat, res acta est Mediolani, &
ab eodem Corio enarrata, atque ante
illum ab Auctore Anonymo An-
nalium Mediolanensium, quos dedi
Tomo XVI. Rer. Italicarum. Sed fu-
sius eamdem Curiam descripsit Ali-
prandus Mantuanus supra memoratus
Cap. 49. informis sui Poematis, eas
nuptias ad Annum MCCXLVI.
perperam statuens. Inter cetera is ait:

*Fu fatta la detta Corte in Milano.
Non se ne fece mai la somigliante.*

Ego cetera praetereo, apud eum non
sine admiratione legenda, memoraturus
tantummodo illud, quod ad
Mimos & Scurras spectat; neque enim
ad Spectaculum adeo magnificum isto-
rum agmina desiderata fuere. Ita ergo ille:

A

*Messer Lionel colla sua compagnia
D'altri Baroni, per farsesi onore,
Robe cinquecento a i Buffon dasia.*

B

*Buffoni, Zigoladri, e Sonatore
Per Galeazzo assai Robe donate.
Bernabò lor fe'dar danari ancora.*

C

Et eorum quidem Seculorum mos
fuit pasim observatus, ut nullius ferme
Principis, aut potentis viri, etiam
sapientis, aula foret, quae non ali-
quem Scurram, immo multos nutri-
ret. Nempe eorum facetis dictis in-
ter graves curas recreari se posse Ma-
gnates arbitrabantur; & per eos, ri-
su veniam faciente, aliquid interdum

D

veri audiebant, quod nemo fortassis
alius delicatis eorum auribus porri-
gere ausus fuisset. In processu Ber-
nabovis Vicecomitis apud nuper me-
moratum Anonymum Auctorem An-
nalium Mediolanensium Tomo XVI.
Rer. Italicar. pag. 795. & alibi, Hi-
stiones, sive Buffones ejusdem Prin-
cipis non semel nominatos videas.

Celebres adhuc sunt Gonella, ac alii
Scurrae, quibus utebantur Borsius
Estensis Ferrariae ac Mutinae Dux,
optimus prosector ac prudentissimus
Princeps Sacculi XV., ut Alphon-
sum Arragonum, Siciliac, & Apu-
liae Regem celeberrimum, aliosque
Regulos aevi illius ejusmodi homi-
num genere delectatos omittam. De-
scribit Ricordanus Malaspina felicem
Reipublicae Florentinae statum ad
Annum MCCLXXXIII. Cap. 219.
Histor. Florentinae, atque inter ce-
tera scribit, nobiles ac potentes Ci-
ves tunc non attendeano ad altro, che
a Virtù e gentilezze. E attendeano per
le Pasque a donare a uomini di Corte,
e a Buffoni molte Robe e ornamenti. E
di più parti, e di Lombardia, e d'al-

tron-

tronde, e di tutta Italia, venivano alla detta Firenze i detti Buffoni alle dette feste: e molto v'erano volentieri veduti. Audistin Uomini di Corte? Hoc nomen facetis lepidisque viris impositum, non quod in principum aula omnes versarentur, inter familiares eorum numerati, sed quod ad omnes Curias (Italice Corti) appellatas accurrerent: Immo quoque Ministrieri appellati sunt, quasi Ministralli Palatini. Quod nomen apud Villanios occurrit, & a Vocabularii Furfuracei Auctoribus significare dicunt Uomo di Corte. Sed tam Uomini di Corte, quam Ministrieri nuncupabantur, qui suis facetiis aut jocis Principes & Magnates ad hilaritatem ac rilum concitabant. Apud Joannem Villanium Lib. 7. Cap. 88. repetita videoas, quae nuper Ricordanus Malaspina nobis enarrabat. In editione Junctarum legitur: Alla quale Corte vennero di diverse parti e paesi molti gentili Uomini di Corte, e Giocolari, e furono ricevuti e provveduti onorevolmente. Sed illud gentili expungendum puto, & legendum molti Uomini di Corte. Infra idem repetitur: Onde di Lombardia e di tutta Italia vi traevano Buffoni e Bigerai, e Uomini di Corte. In Codice, quo sum usus ad Joannis Villanii editionem, non legitur Bigerai. Istam verò existimo vocem, quam Historicus mutuatus fuerit, aut alias in ejus Historiam intruserit, ex Gallicâ Lingua petitam, quae Bigariè appellat hominem vestibus diversi coloris indutum, quales Scurrae olim esse conlueverunt. Vide in Dissertatione XXXIII. de Origin. Voc. Italicar. Bizzarro. Verum, ut auctor est idem Villanius Lib. X. Cap. 152. Anno MCCCXXX. a Florentinis constitutum fuit: Che a Corte de' Cavalieri novelli non si potesse vestire

A per donare Robe a' Buffoni, che in prima assai se ne davano. In aliis tamen Urbibus eodem Saeculo XIV. hujusmodi consuetudini liber cursus relietus est. Anno MCCCXLVII. Nicolaus Laurentii, Tribunus Romanus, vir alioqui phantasticus, Militiae honore decoratus est. Anonymus Auctor illius Vitae Cap. 25. in hoc Opere edendae, narrat, tunc ad Urbem confluxisse la molta Cavalleria di diverse nazioni di gente, Baroni, Popolari, Foresi, a pettorali di sonagli, vestiti di zendato con bandiere. Facevano grande festa: correvaro giocando. (Hoc, ut supra dixi, bagordare appellabant.) Ora ne vengono Buffoni senza fine. Tum Cap. 27. magnificum convivium a Tribuno instruatum describens ait: Mentre lo manucare se faceva, senza gli altri Buffoni molti, fu uno vestito di cuojo di bue: le corna in capo avea: bue parea; gioco e saltò. En quibus olim oblectabantur Italiorum animi. Neque dispar fuit in Germania & Gallia ritus. Alberto Argentinensi teste, Anno MCCC-LVI. Metensi in Urbe Carolus IV. Augustus solennem Curiam, ut aiebant, habuit. Electores & Officiales seu ministrales Imperii veniebant super equo. usque ad mensam. Descendentes vero de equo coram mensâ, Histriobus & Minis dabatur equus. Ita Anno MCCCLXXXII. Conforto Pulice teste in Hist. Vicentina, habita est magnifica Curia in nuptiis Antonii Scaligeri, ubi fuerunt plures quam ducenti Histriones diversarum regionum, qui nova indumenta singuli perceperunt secundum dignitates, valoris ad minus decem Ducatorum pro quoquo.

B

C

D

E

Longe verò ante ista tempora nuper memoratus Bonifacius Dux & Marchio Tusciae, Mathildis Comitissae pater, quo tempore Beatricem

Lotharingam duxit, magnificentiae flora laxavit Anno MXXXIX. teste Donizone Monacho, qui in Vita Mathildis Lib. primo, Cap. 9. haec addit:

Timpana cum citharis, strigisque lyrisque sonant heic.

Ac dedit insignis Dux praemia maxima nimis.

Medicas manus, uti nunc animadverto, exigebat hic locus. Hoc est, pro nimis scribendum est Mimis. Jam tunc enim in mores Principum inductum * fuerat, praemiis onerare Joculatores seu Mimos. Idque etiam Prosodiae ratio amat, quum Donizo alibi nimis breviet, non verò producat. Et iisdem quidem temporibus, ut habet Annalista Saxo ab Eccardo editus, hoc est Anno XLV. (Annum hunc alii Historici statuunt XLIII.) Henricus II. inter Augustos, Agnetem Wilhelmi Pictavensis Principis filiam sibi sacro vinculo sociavit, eaque occasione infinitam multitudinem Histriorum & Joculatorum sine cibo & muneribus vacuam & moventem abire permisit. Rem narrat & Otto Frisingensis in Chronico Lib. 6. Cap. 32. his verbis: *Quumque ex more Regio nuptias Inglinheim celebraret, omne balatronum & Histriorum collegium, quod (ut assolet) ed confluxerat, vacuum abire permisit, pauperibusque ea, quae membris Diaboli subtraxerat, large distribuit. Paria habet Hermannus Contractus ad Annum XLIII. in fusiori editione illius Chronicus. Quae omnia ostendunt, non XI. Seculo tantum, sed jamdiu invaluisse morem, ut ad solemnia ejusmodi spectacula agmina Mimorum & Histriorum confluenter, ac munera a Principibus referrent. Auctor etiam est Rigordus de Gestis Philippi Au-*

Tom. VI.

* Quid heic sibi velit inductum ignoratur. Librariorum, seu typographorum incuria illud forsitan verbum pro inductum emersit.

A gusti ad Annum MCLXXXV. frequentes eos fuisse in Curiis Regum & Principum, ut ab eis aurum, argentum, equos, seu vestes extorquerent. Ita Genuenses, ut est in eorum Annalibus, Tomo VI. Rer. Italicar. editis, post viatos Anno MCCXXVII. Saonenses, aliosque rebelles, mirabilem Curiam tenuerunt, in qua innumerabilia indumentorum paria a Potestate, & aliis Nobilibus & honorabilibus viris fuerunt Joculatoribus, (non Jaculatoribus, ut per incuriam typographorum ibi scriptum est) qui de Lombardia, Provincia, Tuscia, & aliis partibus ad ipsam Curiam convenerant, laudabiliter erogata, & convivia magna facta. In mirabilem verò excessum consuetudo ista aliquando delapsa est. Nam uti narrant complures Historici, celebratae fuerunt Anno MCCC. Mediolani nuptiae inter Galeatum Vicerocomitem, & Beaticem Estensem, tantè magnificentiā & prodigalitate, ut universa Lombardia obstupuerit. Ceteris omissis audi Guilielmum Venturam Auctorem synchronum in Chronico Astensi, Tomo XI. Rer. Italicarum, ita scribentem: *Admirabiles nuptiae pro ea Mediolani factae sunt, ad quas invitati fuerunt omnes Lombardi; & ibi data fuerunt Joculatoribus plusquam septem millia pannorum bonorum. In additamentis etiam ad Historiam Cortusiorum Lib. V. Cap. 6. nuptiae Marsili Carrariensis ad Annum MCCCCXXXV. describuntur: Tunc Veronae fit Curia generalis &c. Nec deerat Histriorum atque Joculatorum maxima copia &c. Facta sunt hastiludia, jostrae, torneria, & alia quae cumque virilia atque nobilia, quae sensu hominum excogitari potuerunt. Quac quidem decem diebus durante Curia non cessarunt. Et Marsilius de Carraria Do-*

K

mina-

minibus Paduanis multa jocalia condonavit, & Joculatoribus multas vestes: quibus deficientibus aurum & argentum pro supplemento largitus est. Immo unum ex praestantioribus ornamentis Curiarum illius temporis reputata videtur hujusmodi Ludionum immanis copia, ita ut colligeretur eorum numerus, & quo major is foret, eo solennius ac magnificentius reputaretur spectaculum.

Auctor Chronicus Caesenatis, Tomo XIV. Rer. Italicar. ad Annū MCCCXXIV. prodit, habitam Arimini a Malatestis Principibus insignem Curiam, ad quam confluxere omnes Nobiles & Potentes de Toscana, Marchia, Romandiola, & fere tota Lombardia &c. Fuit etiam multitudo Histrionum circa Mille quingentos & ultra. Numeratos quoque in illa turba fuisse, quos Cyclicos Poëtas antiqui appellarent, conjicere fas est. Nam ut apud veteres Gallos Bardi, Regum ac insignium virorum gesta in bello, & ad mensas, instrumento Lyrae simili concinente decantabant, uti Diodorus Siculus Lib. V. scribit, & apud Romanos & Graecos, aliasque gentes, non defuisse ostendere possem: ita & apud Barbaros iidem Poëtae, Circulatorum & Scurrarum catalogo addendi, nunquam desiderati sunt. Cantilena Rollandi praecipue iis in usu fuit, ad quam vocem consule Du-Cangium in Glossar. Latin. Erant etiam, qui in plateis coronam Populi Rhythmis decantatis oblectabant: quod & nunc quotidie fieri videmus. Censet idem Du-Cangius, Cantilenam Rollandi usurpatam tantummodo fuisse in apparatu ad proelia, ut militum animi veterum Heroum exemplo ad fortia excitarentur. Opinor ego, & in compitis etiam atque plateis decantata olim

A fuisse fabulosa gesta ejusdem Rollandi. In Chronico MSto Mediolanensi, quod Anonymus quidam ex aliis Chronicis consarcinavit, antiquum Mediolanensem Theatrum describitur, super quo Histriones canabant, sicut modò cantantur de Rolando & Oliverio. Finito cantu, Bufoni & Mimi in citharis pulsabant, & decenti motu corporis se circumvolvebant. Apud Gherardaccium in Histor. Bononiens. ad Annū MCCLXXXVIII. statutum a Populo Bononiensi fuit, ut Cantatores Francigenorum in plateis Communis ad cantandum omnino morari non possint. Quibus verbis veri videtur simile, non alios designari, nisi Cantatores Romanensium Fabularum, quae de Francia potissimum in Italiā deferuntur. Ejusmodi verò Poëtarum cantilenae, ac dona eis collata, non aevi barbarici inventa sunt, sed ab ipsis antiquis Seculis per successionem accepta. Aristophanes in Avibus agit de veste dono danda Poëtae, quod bene laudes Civitatis cuiusdam cecinisset. Martiali quoque teste novimus, Romae usitatum Poëtarum præmium fuisse nova indumenta. Sanctus Augustinus Tractat. 100. Cap. 2. in Johannem; *Donare, inquit, res suas Histrionibus, vitium est immane, non virus; & scitis de talibus, quam sit frequens fama cum laude.* Sed & Arabes hisce potissimum donis Poëtarum labori gratos sese ostendere consueverunt, Maumetis Pseudo-prophetæ exemplo præeunte, qui Poëtam Caabum pallio suo muneras est. Fortassis inter alia, quae Itali & Franci ab ea gente didicerunt, ritus donandi Circulatores & Scurras est computandus. Mimorum etiam nomine opinari quisquam possit, designatos fuisse imitatores eorum, qui ab antiquis eodem vocabulo ac appel-

pellatione donati fuere. Horum scilicet erat imitatione humanarum actionum e plebe petitarum risum concitare audientium, & fabulam agere saepe non secundum regulas, sed effusam ex tempore, quamquam egregiae eorum sententiae supersint. Quare Salmasius in Solinum Cap. 5. haec habet: *Et sane quas hodie agunt & vocant Itali Comoedias, Mimi sunt & Planipedes verius quam Comoediae, Personas tantum habent ex Comoedia.* Ita ille non de Comoediis rite efformatis loquens, harum enim ingenitem copiam Italia a duobus Seculis protulit ac egit, uti in suo Libro de Origin. Comoediar. Gallicâ Lingua ostendit Parisis edito Aloysius Riccobonus Mutinensis, celeberrimus Comicorum nostri temporis sub nomine *Laelii*; sed quidem de extempore illis Comoediis, quas Histriones larvati, variisque utentes Dialetis, jocis, ac ludicris interdum ineptis aero nostro agunt. A vero non abhorret, *Mimorum ejusmodi, istiusque plebeiae Comoediae semina nunquam intercidisse in Italia.* Et sane Sanctus Thomas 2. 2. quaest. 168. articul. 3. fatis ostendit, aetate sua, hoc est Seculo XIII. non defuisse Italiae Histriones, tradens, *eorum officium non esse secundum se illicitum, dummodo moderate ludo utantur, id est non utendo aliquibus illicitis verbis, vel factis ad ludum.* Li verò tunc idem praestitisse credendi, quod nunc Circulatores (*Saltimbanchi, Cantimbanchi* eos appellamus) agunt, quum fragmenta quaedam Comoediae (*Farse liceat nuncupare*) atque alia ludicra proferunt in plateis & compitis. Quaestioni huic caussam fortasse dedit, quod Philippus Augustus Rex Franciae eodem Seculo XIII. ineunte Histriones ex Regni finibus excedere

A jusserat, quod id genus hominum Reipublicae perniciosum existimaret. Contra Rogerio Hovedeno teste, Richardus I. Angliae Rex de Regno Francorum Cantores & Joculatores missericordibus allezerat, ut de illo canerent in plateis. Apud Papiam Grammaticum barbarici aevi, *Scenicus, Histrio, Jocularis*, idem sunt. Istos autem nullum Seculum ignorasse videtur. Et Anno quidem Christi DCCXCI. Alcuinus Albinus in Epistol. 107. *Specacula & diabolica figura exsecrabantur*, deinde addens: *Nescit homo, qui Histriones & Mimos & Saltatores introducit in domum suam, quam magna eos immundorum sequitur turba spirituum.* Ita in Concilio Cabilonenſi II. Anni DCCCXIII. mentio fit *Histriōnum, sive Scurronum, & turpium seu obscenorum jocorum.* Agobardus etiam Lugdunensis Archiepiscopus in Libr. de Dispens. circiter Annū DCCCXXXVI. haec habet: *Inebriat Histriones, Mimos, turpissimosque & vanissimos Joculatores, quum pauperes Ecclesiae fame discribant in-*

B *tereant.*

C *Populares etiam Poëtas nunquam desideratos in Italia, illud etiam ostendere potest, quod narrat Author Chronic Novaliciensis Lib. 3. Cap. 10. Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Contigit (inquit), Joculatorem ex Langobardorum gente ad Carolum (Magnum scilicet Anno DCCLXXIV.)*

D *venire, & Cantinuclam a se compositam de eadem re, rotando in conspectu suorum, cantare. Ergo Joculatores appellati quoque fuerunt plebeji illi Poëtae. Nam quod est ad Circulatores (*Saltimbanchi, Cantimbanchi, Ciariatani, Cerretani &c.*) nulla aetas, nulla Provincia iis caruit. In Statutis Mediolanensis Part. 2. Cap. 433. inter alios memorantur Avantatores*

E *Cor-*

Corregiolae, pulvereae, dantes gratiam Sancti Pauli, aut Sanctae Apolloniae, aut praedicantes brevia pro febribus &c. Obscurum est, quod heic dicitur de *Avantatoribus Corregiolae, & Pulvereae.* Sed lucem aliquam afferent Statuta Cremonensium, in quibus Rubricâ 181. legitur: *Si quis Avertator repetitus fuerit ludere ad Corezolam, vel Polverellam, condemnetur in Solidis virginii Imperialium.* Ergo *Corezola & Polverella* genus ludi fuerunt, quem *Agyrtæ* incauto Populo proponebant, & stultos contra ludere audentes facili negotio emungere consueverunt. *Correggiuolo* Tusci olim appellarunt fusorum vas, nunc *Crogiuolo*. Num tubuli heic designantur *vasculis ejusmodi similes*, sub quibus globulum se celasse praestigatores ii fingunt? Verùm Lombardis *Corregiola*, nihil aliud est, nisi diminutivum *Corrigiae*. Apud Orlandum Pescetum occurrit adagium: *Fay' alla scorreggiuola; o cb' ella è dentro, o cb' ella è fuora.* Atque heic menti meae sese offerunt, quae apud Quintilianum Lib. 10. Cap. 7. Institution. Orator. olim legebam: *Q' o constant, ait, miracula illa in S: a nis Pilariorum, & Ventilatorum, ut ea, quae emiserint, ultro venire in manus credas, & qua juuentur decurrere.* Quid verò sit *Avantator* & *Avertator*, quae nuper vidimus, adhuc inquirendum foret. Ego vitiatam vocem in Cremonensi Statuto suspicor, ibique legendum *Avantator*, ut in Mediolanensi habetur. Circulatores autem olim fortassis appellati *Avantatores*, idest *Vantatores* (nam apud Lombardos *avvantarisi* idem est ac *Vantarsi*) quodd ostentatores essent arcuorum & mirabilium, qui Tuscis etiam *Ciurmadori* dicuntur. Neque enim audeo opinari, antiquum *Ventilatorum* nomen, a Quintiliano me-

A moratum, ad ea usque tempora servatum, atque in *Avantatores* immutatum. Saepe nunc intuemur ejusmodi homines Ursos circumducere studiose educatos ad ludum aliquem, seu choreas agendas. Idem praestitere antiqua Secula. Egregius est in hanc rem locus Hincmari Remensis Archiepiscopi, qui Seculo Christi Nonno in Capitul. ad Presbyteros, Cap. 14. scribit: *Nec plausus & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre aut cantare praesumat.* Nec turpia joca cum *Uro* vel *tornatricibus* ante se facere permittat. Feminae *tornatrices* eadem fuere ac saltatrices. Nugas etiam hujusmodi hominum commemorat Alberichus Monachus *Trium Fontium* in *Chronico* edito per Leibnitium ad Annum MCCXXXVII. ubi referuntur nuptiae Roberti fratri Regis Franciae. Et illi, ait, qui dicuntur *Ministelli* (de voce *Ministrieri*, quae idem est, supra sermonem feci) in *spectaculo vanitatis multa ibi fecerunt*, sicut ille, qui in *equo super chordam in aere equitavit*, & sicut illi, qui duos boves de *Scarlata vestitos* equitabant, cornicantes ad singula *fercula*, quae apponebantur *Regi* in *mensa*. Quod etiam veterum Satyrorum more vestiti interdum incederent ac saltarent ludiones illi, *Satyrici* a quibusdam sunt appellati. *Cerretanorum* nomen Coelius Rhodiginus, Leander Albertus in *Descriptione Italiae*, ac alii, ex Cerreto Spoletani agri Oppido profectum putant, quodd inde copia ingens ejusmodi *Circulatorum* prodiret. A vero non abhorret eorum opinio. Ciarlatani autem, si fides Menagio est in Lib. de Origin. Linguae Italicea, a *Circulus* appallati sunt, hoc pacto: *Circulus, Circulo, Circulonis, Circulone, Cirlone, Ciarlone.* Fallitur vir doctus. A *Circulare* nos deduximus

mūs Cerciare, non verò Ciarlare. Ab hoc postremo significante Multum loqui, Garrulus & loquax esse, effluxit Ciarlatano. Unde verò Ciarla & Ciarlare natum sit, nondum assequi potui. Nisi quod menti meae obversatur dubitatio aliqua, num ex Gallico nomine Caroli Magni idest Charle, derivasse olim potuerit Ciarlare, ad significandam narrationem de Carolo ipso. Nam pleraque olim Romanenses Fabulae, quas in plateis, triviis, & ad mensas canebant Histriones, Circulatores, aliquie id genus homines, Populum oblectatur, fabulosis Caroli Magni, ejusque Palatinorum Procerum constabant. Inde manasse potuit Ciarleria, qua voce usus est Frater Jacobus Tudertinus, perverstus Italicae Linguae Scriptor, ad significandas inanum rerum narrationes. Haec ipsa est significatio verbi Ciarlare. Olim verò Ciarlatani nuncupati fuerint, qui Fabulas canendo aut agendo, Populum ad se alliciebant, ut nummos ab eorum crumenis arte blanda educerent. Dubitationi huic sit venia apud Letores, quum in re adeo abstrusa criminis careat vel leves suspiciones proponere. Atque heic in memoriam meam redit Maffei Vegii Laudensis, hominis ob eruditionem suam Seculo Christi XV. celeberrimi, *Dialogus Veritatis*, quem in Ambrosiana Bibliotheca MStum vidi. Ibi colloquuntur Veritas & Philosophus. Illa verò contendit, se nullum apud mortales locum invenire potuisse: atque in eam rem adfert, quae sibi acciderant apud Circulatores, Histriones, Alchimistas, Philosophos, Judices, Negotiatores &c. Innumeris autem aliis modis, ac superstitionis potissimum remediis illudebant nebulones vulgi insipientis credulitati: quod ne no-

A stris quidem temporibus desisse cernimus. Sed & heic audiendus Boncompagnus Italicus Scriptor, cuius Librum MStum de Arte diuinis laudat Du-Cangius in Appendice ad Glossar. Latin. *Velut Scurra*, ait, totam Italianam regiravit cum Cantatoribus, & tamquam eximius Tructanorum fingit esse Medicum doctrinarum, ut fornicandi & adulterandi opportunitatem valeat invenire. Boncompagnus, ipso Du-Cangio teste, floruit Anno MCC-XIII. quare nulla dubitatio est, quin ille idem fuerit, qui Opaculum de Obsidione Anconae, a me editum Tomo VI. Rer. Italcar. conscripsit, ubi vide, quae de ejus patriâ ac studiis sum commentatus. Trutani autem a Boncompagno memorati Circulatores fuere, sive errores, qui fallaciis suis erungebant rudis Populi marsupia. Neque enim mendici tantum eo nomine significati, quum, ut vides, ille se fingeret Medicum: quod & adhuc Circulatorum plerique faciunt. Ab Hispanis adhuc Scurra appellatur Truan sive Truhan. In Notis ad Legem 6. Aistulphi Langobardorum Regis, Papiā praeente, dixi, *Trottingos* fuisse Joculatores. Quare alicui veri simile videatur, nihil discriminis intercessisse inter Tructanos & Trottingos. Attamen non tam facile explodata alia interpretatio ibi a me proposta, nempe sub Trottingorum nomine venisse Paranympbos. Theotiscis Trutbine idem est ac nuptarum comes, Paranympbus. Ibi de nuptiis & Pronuba res est. Ita in Glossis Theotiscis ab Eccardo editis Paranympbus Teutonice appellatur Truthigomo & Truteboto.

E Sed forte perconteris: fuerunt-ne Seculis barbaricis inter publicos Ludos Tragoediae, aut saltem Comœdiae? Evidem in remotis Seculis nul-

vulum apertum hujusce rei vestigium haec tenus offendi. Post Sacculum vero a Christo nato Undecimum aliquid inveni; quamquam in ea opinione sim, nunquam ita excidisse veterum Latinorum Histrionicam Artem, ut abolita prorsus fuerit apud Italos ejus memoria atque usus. Suspicor enim, viguisse fere semper eam partem, quae olim a Pantomimis, idest gesticulatoribus peragebatur. Atque hi Mattacini ab Italis postea sunt appellati, dum actionem quampiam gestibus tantum non verbis exprimerent. Arbitror etiam, aliquid inconditae Comœdiae semper fuisse Italica, quales nunc Romæ sunt, quae Giudiae nuncupantur. Sed ista certis eorum temporum monumentis confirmare posse difficultum sit. Concilium quidem Aquifranense Anno DCCCXVI. habitum Can. 83. statuit: *Quod non oporteat Sacerdotes aut Clericos, quibuscumque Spectaculis in Scenis, aut in nuptiis interesse: sed antequam Thymelici (scilicet Histriones, Musici, aut Mimi) ingrediantur, exsurgere eos convenit, atque inde discedere.* Et in Concilio Turonensi III. Anno DCCCXIII. Canone 7. Dei Sacerdotes Histrionicum turpium & obscenorum insolentias jocorum effugere jubentur. Atto etiam Vercellensis Episcopus circiter Annum DCCCCXLV. Capitulare suum emisit, editum a Dacherio in Spicilegio, ubi Cap. 42., eumdem Canonem repetitum videoas. Verum hinc minime certò evincas, temporibus iis Spectacula in scenis, ac Thymelicos veterum in usu fuisse; is enim Canon totidem verbis desumtus fuit ex antiquissimo Concilio Laodiceno in eum finem, ut Clerici deterrentur a quibusvis obscenis ac inhonestis Ludis, quorum ne Sagulis quidem IX.

- A & X. inopia fuit, quum tamen latet, an quisquam ex iis in Scaena per Histriones ageretur. Adi nunc Johannem Sarisburensem Episcopum Carnotensem, qui circiter Annum MCLX. Libros de nugis Curialium scribebat. Is Cap. 8. Libri primi inscribit de Histrionicis & Mimis & Praestigiatoribus, atque inter cetera B ait: *At nostra aetas prolapsa ad Fabulas, & quaevis inania, non modè aures & cor prostituit vanitati, sed oculorum & aurium voluptate suam multat desidiam. Nonne piger desidiam instruit, & somnos provocat, instrumentorum suavitate, aut vocum modulis, hilaritate canentium, aut Fabulantium gratia?* Dixerat ante, multos gratiam suam Histrionicis & Mimis profluevere. Subdit etiam: *Admissa sunt Spectacula & infinita tyrocinia vanitatis. Hinc Mimi, Salii vel Saliates, Balatrones, Aemiliani &c. & ceta Joculatorum scena procedit. Quorum adeo error invaluit, ut a praeclaris domibus non arecantur &c.* Satis haec innuerunt, Seculo illi non defuisse evidentur, Seculo illi non defuisse D Spectacula in scaenâ peracta. Neque sane tunc fuere pudiciores & castigatores Italicorum mores. Audiendi sunt Patres Concilii Ravennatis Anno MCCLXXXVI. habiti apud Rubrum, & Tomo XI. Concilior. Labbei edit. Dicitur ibi, *Laicorum importunitate, qui Clericis plurimè sunt infesti, inventam fuisse consuetudinem, ut quum Laici decorantur cingulo Militari, seu nuptias contrahunt, Joculatores & Histriones transmittunt ad Clericos, ut eis provideant, prout & idem Laici faciunt inter se.* Sed haec obscura, quum sub nomine Histrionicum tunc venirent, quicumque Circulatores & Mimi jocis & ludis Populo risum aut delectationem crearent. Audi Everhelnum in Vita Sancti

Eti Popponis Stapulensis Abbatis in Aetis Sanctor. Bolland. ad diem 25. Januarii, Cap. 6. haec scribentem: Contigit etiam Ludis Histriorum Imperiales fores occupari, atque eo Spectaculi genere Regem cum suis delectari: idest Henricum I. Augustum, postea inter Sanctos adnumeratum. Ursus etiam natus quidam vir, membra melle perunitus, exhibetur, a quo etiam plurimum pro periculo suimet timetur, ne forte ab iisdem ursis ad ossa sui melle consumto, perveniretur. Porro Rex ejusdem Spectaculi adeo amore in oculis suis captus tenetur &c. En quibus olim delectarentur & Imperatores ipsi Saeculo XI. ineunte.

Certe nullum ego tempus fuisse puto, quo Italia Geronibus, Luddionibus, & Praestigiatoribus istis caruerit. Theophanes in Chronographia ad Annum XVII. Justiniani Magni Imperatoris, hoc est Christianae Aerae Anno DXLIII. rem narrat, quam & Auctor Historiae Miscellae Tomo I. Rer. Italicar. ab eo excerpit. Eodem, inquit, Anno planus ac Circulator quidam, Andreas nomine, ex ITALICIS partibus adsuit, fulvum & orbum lumine circumducens canem, qui ab eo jussus, & ad ejus nutum mira edebat spectacula. Is siquidem in forum, magnâ Populi circumstante catervâ, prodiens, annulos aureos, argenteos, & ferreos, clam cane, a spectatoribus depromebat, eosque in solo depositos aggerata terra cooperiebat. Ad ejus deinde jussum singulos tollebat canis, & unicuique suum reddebat. Similiter diversorum Imperatorum numismata permixta & confusa, nominatim & sigillatim proferebat. Quin etiam adstante virorum ac mulierum circulo, canis interrogatus mulieres uterum gestantes, scortatores, adulteros, parcos ac tenues, ac denique magnanimos, idque cum veri-

A tate demonstrabat. Ex quo eum Pythonis spiritu motum dicebant. Ejusmodi præstigias ne nostra quidem tempora ignorant, easque Diabolicâ tantum arte perfici, ignarum ac rude vulgus non raro suspicatur. Gothi etiam sub Justiniano I. Imperatore, ut auctor est Procopius Lib. primo, Cap. 18. Romanis exprobrabant, quod a Graecis Italia nullos alios acciperet, nisi Tragoedos, Mimos, & Piratas. Attamen si Comica aut Tragica inferiorum temporum Poëmata quaeris, vix ullum reperias. Unum tamen indicabo, quod e MSto Codice Tegernseensi evulgatum est ante paucos annos a Cl. Viro Bernardo Pezio Monacho Benedictino Mellicensi, part. 2. Tomi 2. Thesaur. Anecdotor. noviss. pag. 185. Ita verò inscribitur: *Ludus Paschalis de adventu & incertitu Antichristi in scena Saeculo XII. exhibitus*. Ibi in scaenam inducuntur Papa, & Imperator, Reges Francorum, Theotonicorum, Graecorum, Babylonis &c. Antichristus & Synagoga. Multos Reges sibi devincit Antichristus, sed tandem corruit. Albertinus quoque Mussatus Patavii circiter Annum MCCCXX. Eccenidem Tragoediam scriptit, quae a scaenae tradita fuerit, minime liquet. Illud exploratum est, Seculo XV. restauratam fuisse ab Italicorum ingeniosis Artem Comicam ac Tragicam; Musicam quoque Tragoediae junctam. Qua de re Eruditu jamdiu multa sunt commentati. Ceterum Seculo XIII. aut XIV. Spectaculorum genus reperio, quibus Rappresentazioni nomen erat, atque imitatione constabant alicujus verae, aut verisimilis, & plerumque sacrae actionis. An sermones, aut versus interserentur, ignotum est mihi. In Forojuliensi Chronico Juliani Canoni.

nici Cividatensis, heic a me edito, ad Annum Ch. MCCXCVIII. facta dicitur, *repraesentatio Ludi Christi, videlicet Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, Adventus Spiritus Sancti, & Adventus Christi ad Judicium, in Curia Domini Patriarchae honorifice & laudabiliter per Clerum.* Anno itidem MCCCIV. facta fuit per Clerum, sive per Capitulum Cividatense *Repraesentatio de creatione primorum Parentum;* deinde de Annuntiatione B. Virginis, de Partu, de Passione &c. & de Antichristo &c. Et praedicta facta fuerunt solemniter in Curia Domini Patriarchae cum ingenti concursu Populi, & finitimorum Nobilium. At rem funestissimam narrat Joannes Villanius Historiar. Lib. 8 Cap. 70. quae Florentiae Anno MCCCIV. accidit, hisce verbis: *Come per antico aveano per costume, quelli di Borgo San Friano di fare più nuovi e diversi Giuochi, si mandarono un bando per la Terra, che chi volesse sapere novelle dell' altro Mondo, dovesse essere il dì di Galen di Maggio in sul ponte alla Carraja, e d'intorno all' Arno.* Et ordinaronon in Arno sopra barche e navicelle palchi; e sezionvi la simiglianza e figura dell' Inferno con fuochi & altre pene e martorii, con uomini contrafatti a Demonia, orribili a vedere, & altri, i quali aveano figura d' anime ignude. E mettevagli in que' diversi tormenti con grandissime grida e strida e tempeste: la quale pareva odiosa cosa e spaventevole a udire e vedere. E per lo nuovo giuoco vi trassono a vedere molti Cittadini. E'l ponte alla Carraja, il quale era alleva di legname da pila a pila, si caricò sì di gente, che rovinò in più parti, e cadde colla gente, che v'era suo. Onde molta gente vi morio, & annegò in Arno, e molti se ne guastarono la persona, sì che il Giucco

A *aa beffe tornò a vero &c.* Si e quibusvis Saeculis Historicis, Poëtas, aliosque Scriptores haberemus, facile deprehenderemus, nulli tempori defuisse publica Spectacula, quibus oblectarentur Civium animi, eaque praeferunt, quae ex hominum crumenis argentum exprimunt. Sed sat superque de hisce actum est. Progrediamur.

B Inter veterum Spectacula, quorum adhuc constans est usus Florentiae, Bononiae, ac in aliis quibusdam Italiae Civitatibus, cursus Eorum suum etiam locum poscit. Quantopere delectati fuerint ejusmodi Ludis Graeci olim ac Romani, nemo ignorat, nisi qui in veterum eruditione hos

C *spes omnino est.* Jamdiu desuetos Italia rursus recepit, sed equis tantum aut sponte currentibus, aut a juvenculo insidente rectis, rarissime verò cum quadrigis. Praemium equo viatori proponebatur, plerunque Pallium, hoc est sericus aut laneus pannus, non levis, aut certe non contemnendi pretii: unde postea emersit familiaris Italicae Linguae formula correre il Palio, sive correre al Palio. Quod si Pallium minime proponebatur, certe donaria alterius generis (tria fere semper) consuevere conferri. Seculo Decimo tertio ejusmodi equorum certamen usitatum video; an antea, ignotum mihi. In Legibus municipalibus Ferrariensis

D E Populi (Codicem MStum Estensis Bibliotheca adservat) Anno MCC-LXXIX. statutum fuit Lib. 2. Rubric. 116. Ut in festo beati Georgii equi currant ad Pallium, & Porches tam, & Gallum. En tria praemia. Rursus Rubric. 117. ejusdem Libri sancitur: Ut in festo Sanctæ Mariae de Augusto in Civitate solarium habeatur. Potestas, qui pro tempore fuerit, teneat-

teneatur oculo diebus ante diem dicti festi scire voluntatem hominum majoris Consilii de faciendo equos currere ad Bravium in dicto festo, scilicet ad unum Runcinum, Accipitrem (idest accipitrem: ita enim medii aevi Scriptores vocem istam efferebant), & a nos Bracos, nempe canes venatorios . In Statuto MSto Populi Mutinensis Anno MCCCXXVII. Lib. 2. Rubric. 27. decretum fuit: Ut in festo Sancti Michaelis equi currant ad Scarletum sex brachia de Scarleto, & ad Porchetam, & Gallum, secundum consuetudinem. Non id Spectaculum tunc adinventum; sed confirmata est illius tantum consuetudo . Bononienses quoque (Annalibus a me editis Tomo XVIII. Rer. Italicar. & Ghirardaccio testibus ad Annum MCCLXXXI.) decrevere, ut deinceps recurrente die festo Sancti Bartholomaei, hoc est IX. Kalendas Septembris, Equorum cursus haberetur, & praemii loco statueretur *Equus bene ornatus*, Accipiter, duo Canes venatici, & Sus te nella. Auctor est Scipio Admiratus senior in Histor. Florentin. Lib. pri-

A mo, insignem victoriam a Romanis Anno CCCCVII. (immo CCCCV.) reportatam fuisse de Radagaiso Gotorum Rege in Etruria, & tunc ad perpetuam memoriam tantae rei institutum fuisse a Florentinis die VIII. Octobris certamen equorum: qui mos, ut ille ait, usque ad nunc perduravit. Tantam institutionis illius antiquitatem propinet cui vult Admiratus: mihi certe non persuadebit, cui non nisi multis post Seculis ejusmodi equorum certamina restituta fuisse creduntur. Faustus autem aliquis eventus fere semper occasionem dedit instituendi annum bravium Equorum in Urbibus. Erepta fuit feliciter ex impii Eccelini manibus Anno MCC-LVI. Civitas Patavina: quare subsequenti Anno, ut tantae felicitatis memoria anniversariâ solennitate celebraretur, Respublica illa Decretum hoc promulgavit, quod in antiquo membranaceo Codice Statutorum Civitatis Patavii, apud Dominum Stephanum Varesium ibidem adservato, legitur sub Rubrica de Feriis, Nundinis, & Festivitatibus celebrandis.

Decretum Populi Patavini de in posterum celebranda anniversaria liberatione Civitatis suae, Anno 1257.

Potestate Domino Matthaeo Quirino, Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo septimo. Item statuimus, quod omni anno, die duodecimo exeunte Junio, quo burgos cepimus Civitatis, Potestas Paduae cum sua Familia seu Curia, & Fratalea Populi, ad Vespertas accedant ad Ecclesiam Sancti Antonii ad honorem Dei & beatae Mariae semper Virginis, & omnium Sanctorum, & beatorum Protdocimi, Justinae, & Antonii Confessoris. Et die undecimo exeunt.

Tom. VI.

(*) Idest Marchio Estensis.

D te Junio, in quo capta fuit Civitas Paduae, Dominus Episcopus & omnes Clerici de Padua, & Potestas cum tota sua Curia, & Dominus Marchio (*), si erit in Civitate Paduae, cum omnibus Militibus, & Doninibus, atque Frataleis, ad ipsam Ecclesiam accedant ibidem Missam audituri, in processione cum devotione, cereis & candelis, quae Potestati & suae Curiae per Commune Paduae solvi debeant ibidem ob reverentiam Jesu Christi. Et

L

Com-

Commune Paduae omni anno dare tenetur ac praesentare in dicta die in Via publica in medio Prati Vallis duodecim brachia Scharletti, & unum Spariverium, cuius pretium non excedat summam Soldorum sexaginta, & duas Cyrothecas, ad quod Scharlettum, Spariverium & Cyrothecas praeoccupandas currere debeant Dextrarii ante Missam; & illius, cuius fuerit Dextrarius, qui primus metam cursus attigerit, sit Scharlettum praedictum: & illius, cuius fuerit Dextrarius, qui secundus metam cursus attigerit, sit Spariverius: & ille, cuius Dextrarius fuerit, qui tertio loco vicerit in currendo, habere beat Cyrothecas. Ita tamen quod currere non beat ad cursum praedictum Dextrarius aliquis, qui non fuerit aestimatus Libras quinquaginta per Judicem vel Militem Potestatis. Et dictum Festum sicut Festum Apostoli celebretur.

Neque tantum Equorum cursus olim habebatur, sed & Hominum, Feminarum, Meretricum, Afinorum &c. Dantes Aligherius circiter Annum MCCCIV. haec scribebat Cap. XV. Inferni:

*Poi si partì, e parve di coloro,
Che corrono a Verona'l drappo verde
Per la campagna ec.*

Quae verba ita explicat Beneventus Imolensis ejus Saeculi Scriptor, in Commentariis in hoc opere a me evulgatis: *Ad quod sciendum est, quod in Civitate Veronae est consuetudo, quod annuatim id est primâ Dominica Quadragesimae currunt Homines pedites ad unum Pallium viride certatim. Itaque ibi videtur maxima celexitas currentium. Hunc autem actum viderat Dantes, quando stetit Veronae. Quod etiam peculiare eorum temporum fuit, si quando prospere res bellica cedebat,*

A ita ut hostes cogerentur se intra moenia suae Civitatis concludere, tunc victor in eorum opprobrium certamen equorum deducebat usque ad portas trepidantis Urbis. Nummos quoque ibi, quasi in sui juris loco percutiebant, aliaque ridenda perpetrabantur. Anno MCCLXIII. Pisani, ut est in eorum Annalibus a me editis Tomo VI. Rer. Italcar. pag. 195. usque ad Lucae portas exercitu suo penetrarunt, ubi ad perpetuam rei memoriam, & laudis nostrae praeconium, & adversariorum sempiternum opprobrium, & ad superabundantiam ultionis, Monstam nostram novam duorum Solidorum cum impressione nostrae victoris Aquilae coronatae cudi fecimus, & quamplures novos Milites cingulo novae Militiae decorari. Quadrellos, sagittamina, & virgas Sardorum in Civitatem Lucanam projici fecimus, ex quibus supra muros & in Civitate ipsa plures fuerunt letaliter sauciati. Lendum ad massa, scutum, & alia jucunda tripudia fieri. Ita Anno Christi MCCLXXXIX. Florentini viatores moenibus Arretinae Urbis instantes, testante Joanne Villonio Lib. 7. Cap. 132. Historiar. secionvi correre il Palio per la Festa di San Giovanni, & rizzaronvi più difici, e manganaonvisi Asini con la mirra in capo per rimproccio del loro Vescovo. Anno quoque MCCCXXV. insignem de Florentinorum exercitu victoriam retulit Castruccius Lucensium Princeps. Is blandiente fortunâ usus, usque ad moenia Florentiae progressus est, praedae ac incendiis omnia subjiciens. Ibi verd in contemptum Florentini Populi tria certamina edenda jussit, praemiis unicuique propositis. Primum fuit cursus Equorum: secundum cursus Peditum: tertium cursus Meretricum: Nummos & ipse paene sub moenibus Florentiae cuendos curavit,

vit, quos deinde *Castruccinos* appellaver. Florentini vero & ipsi, ubi secundae res successere, paria contra Pisanos, Senenses, Mediolanenses praestitere. Ipso quoque Anno MCCCXXV. Mutinenses copiis Palearini Mantuani, Azzonis Vicecomitis, & Marchionum Estensium suffulti, ingenti strage exercitum Bononiensem ad Zapolinum fregere. Tum usque ad portas Bononiae deductis copiis, universa populati, ibidem constitere. Insuper, ut scribit Moranus ad eumdem Annum in Chronico Mutinensi Tomo XI. Rer. Italicarum, a dicta Porta Civitatis (Bononiae) ad Pontem Rheni facientes equos currere ad Pallia & Scarleta: unum videlicet pro Communi Cremonae, cuius Civitatis praefatus Azzo exstitit titulatus; aliud pro Communi Ferrariae; aliud pro Communi Mantuae; & reliquum pro Communi Mutinae antedicto, ad aeternam memoriam praemissorum, & ipsorum Bononiensem scandalum. Liceat heic nobis emendare Corium, qui hanc Mutinensem victoriam refert ad Annum MCCCXXXIII. Sed longius a veritate absuit Ghirardaccius nuper memoratus, qui clavis oculis Corio subscribens, bis debellatos a Mutinensis Bononienses suos scripsit, hoc est Anno MCCCXXXIII. ac deinde MCCCXXV. Unâ tantum clade percussi in eo bello Bononienses fuisse. Reliqua confuetudinis hujus exempla praetereo, quae illius Seculi Historia suppeditat. Haec autem pleraque si puerilia inanis gloriae inventa appelle, concordes mecum sapientes quosque habiturum me spero. Neque alia fuit sententia Philippo Villanio, qui Lib. XI. Cap. 63. bellum inter Pisanos ac Florentinos suo tempore, hoc est Anno MCCCLXIII. gestum describens, haec

A literis consignabat: Il perchè i Pisani (aciebus ad moenia Florentiae deductis) feciono correre il Palio per transverso a Rifredi, e tra le Schiere. Più feciono battere Muneta; e al Ponte a Rifredi impiccarono tre Asini; e per derisione, loro puosono al collo il nome di tre Cittadini, a ciascuno il suo. Ecco in che i savj Communi di Firenze e di Pisa spendono i milioni di Fiorini, rinovellando spesso queste villanie ec.

B Sunt & alia Spectacula a pluribus Seculis usitata Florentiae, Senae, Venetiis, videlicet il Gioco del Calcio, le Regatte ec., a quibus recentis abstineo. Seculo etiam XIV. in Civitate Romana Ludus Taurorum, five nobilium Juvenum cum Tauris indomitibus certamen, in Amphiteatro Titi celebrari consuevit. Ipsum describens Lodovicus Monaldescus in Annalibus, Tomo XII. rer. Italicar. pag. 535. enumerat nobiles viros, qui in arenam, Anno MCCCXXXII. descenderunt, eorumque chlamydes atque emblemata. Pugnatorum fortitudinem laudat, sed quem finem Ludus habuerit, haec illius verba produnt: Tutti assaltarono il suo Toro, e (de' combattenti) ne rimasero morti diciotto, e nove feriti; e de i Tori ne rimasero morti undici. A i morti si fece un grande onore. Si tanta ibi revera fuit hominum caedes, qualis fuerit temporum illorum sapientia, aliis perpendendum relinquam. Prudentiores certe fuerunt Romanorum illorum posteri, immo & reliqui Populi, qui periculorum adeo certamen, ab unis vilibus Gladiatoribus olim usurpatum, totum dimisere agilitati, dexteritatique Hispanicae gentis, quam nulla haec tenus suorum funera ab hujusmodi Spectaculo avertere potuerunt.

Erat & antiquis Seculis magnificencia non mediocris in nuptiis, inaugurationibus Principum, aliisque eorum publicis actis: quod repetere mihi liceat. Tunc nobiliores inter juvenes, turmas varias pari colore induutas constituebant. Interdum vero vestes non uno colore, sed gemino induabantur, ita ut dextera pars vestimenti rubeum exempli caussa, sinistra verò croceum ostenderet, ut in Dissertatione XXXIII. ad Origin. Vocab. Italicar. ad vocem Bzzarro innui. Supersunt adhuc Mediolani vestigia hujus moris in Ostiariis Communis Consilii, atque illum referunt quoque picturae Saeculi XIV. & XV. Atque hinc opinor natum nomen *Divisa*. Nunc *Livrea* dicimus; quod nempe moris esset Dividere sive Partiri vestimenta, ita ut una pars unum colorem, altera alterum prae-

A ferret. In Vita Sanctae Francisci Romanae in Actis Sanctor. Bolland. ad diem IX. Martii, Vision. 30. legitur: *Pulcherrima Divisa est color albus & ruheus*. In Notis ita vox ista explicatur: idest *Pavitio*. Item *Modus & Elefio*, ut scribunt Academicci Florentini. Sed nihil aliud ibi *Divisa*, nisi *Livrea*. Et inde *Vesti divitiae*, *Panni divisiati*, idest duplicitis coloris. Alia magnificentiae exempla apud majores nostros occurrunt, e quibus unum in praesentia practermittere nolo, nempe quam splendidissimis ritibus Populus Romanus Saeculo Christi XIV. exciperet Principes, aut Romanorum Pontificum tunc Avenione degentium, Legatos. Narrationem hanc suppeditavit mihi amplissima Vaticana Bibliotheca depromtam ex Codice 6823.

Ordine e magnificenza de i Magistrati Romani nel tempo, che la Corte del Papa stava in Avignone.

IO già, come vi dissi, in un Libro scritto a mano fra molte cose vi trovai, come intendevete nel tempo, che in Avignone la Corte Romana faceva residenza, per malignità de' tempi cagionata, nel quale il governo di Roma assolutamente da' Senatori la giustizia della patria esercitava con lor motta real grandezza sì nel governo, come nel ricevere & incontrare i Legati Apostolici con bellissimo ordine, precedenze de' Magistrati, sì degli abiti, Livree, e mutazione anco di esse, nell' andare ad incontrare gl' Imperaderi & altri Principi, e simili altre occasioni, con magnificenza de' detti usate, & anticamente da loro osservate. Prima si vedeva venire di molti Gentiluomini a cavallo, seguitati da' Baroni e Signori a

D loro beneplacito vestiti, con i loro Stafieri e Livree. E seguivano poi gli Officiali e Magistrati, che si davano a' Baroni e Gentiluomini principalissimi Romani. Venivano prima quattro Trombettieri del Popolo a cavallo, con fornimenti e sella di corame rosso, & alle Trombe l' Arme del Popolo. E loro erano vestiti con beretta di panno rosso all' antica, con una fettuccia cinta di taffettà bianco, allacciata, con un giubbone scollato di raso giallo, e calze lisce all' antica di panno rosso, con un Sajone aperto da i fianchi scollato di panno rosso, listato di fascie di raso giallo, con trine bianche, con una manica alla Divisa rossa e gialla, e l' altra rossa tutta, con una banda di taffettà, secondo la Livrea del Senator.

Se-

Seguivano sei Mazzieri con mazze d' argento, vestiti con veste lunghe senza maniche, di panno pavonazzo, con rivetti, e fodera di tabù rosso, & il giubbone di raso rosso, con un berettino all' antica di Scarlatto: e cavalcavano con fornimenti e sella di corame rosso. Venivano quattro Alabardieri della guardia del Senatore con berretta all' antica di panno rosso, con due piume, & un Sajone all' antica scollato con maniconi larghi, tutto fatto a fascie per lungo di panno rosso e giallo, con passamani bianchi, con calze liscie all' antica di panno rosso, con una banda secondo la Livrea del Senatore. Et in certe occasioni andavano avanti armati tutti fin sopra la coscia d' arme bianche. E questi andavano per guardia della persona del lor Capitano, che seguiva loro a cavallo con sella armata di velluto pavonazzo, e fornimenti e fibbie dorate, e con una berretta di scarlatto di grana, con una medaglia d' oro, con piuma, & un giubbone di damasco rosso, con un collaro di maglia, & una collana d' oro al collo, con calza all' antica, una rossa e l' altra gialla e rossa, & un robbone all' antica di panno pavonazzo, fasciato di velluto pavonazzo, foderato di raso rosso. E nelle occasioni iva armato tutto fuor che la testa. E sopra la coscia d' arme bianche, con una mazza ferrata all' arcone: e due, che gli andavano da i lati a piedi con la medesima Livrea vestiti degli Alabardieri; ma con bastoni in mano, che gli facevano far largo al Popolo. Li due Maestri di strada seguivano a cavallo con fornimenti di velluto rosso, con guadrappe di scarlatto. Portavano una berretta all' antica alla Ducale di velluto cremesino con un giubbone di raso pavonazzo, con calza liscia all' antica di scarlatto di grana, con scarpe di velluto rosso, con un robbone all' antica cor-

A to di velluto rosso con fodera di damasco giallo. Venivano i due Sindici del Popolo, che cavalcavano con fornimenti di velluto rosso con guadrappe di panno rosso, e portavano in testa con una certa calza lunga di scarlatto che se la gettavano sopra le spalle con un poco di mostra di pelle bianca, che usavano, & un robbone lungo alla Senatoria all' antica di damasco pavonazzo con fodera di raso cremesino con una sottana di scarlatto. Seguivano poi due Secretarj, che cavalcavano con guadrappe e fornimenti di velluto pavonazzo, vestiti con berrette alla Ducale, con un giubbone di raso rosso, con calze di scarlatto, con un robbone di damasco cremesino, foderato di raso giallo, fin sopra il ginocchio. I due Scriba-Senatus vanno a cavallo, come i Secretarj, e vestono come loro; ma il robbone aveva solo mezzi maniconi con bottoni d' oro, e la fodera di raso pavonazzo. Poi venivano quattro Marescalchi al paro cavalcando con mezze copertine di scarlatto con frangie d' oro con fornimenti di velluto rosso, con berretta alla Ducale di velluto cremesino, e calze di scarlatto, con un robbone corto di velluto pavonazzo con bottoni d' oro, foderato di damasco rosso, con un bastone per uno in mano di legno bianco.

E Andavano avanti alli Paggi de' Caporioni i Tamburi de' Rioni, tutti insieme a quattro a quattro per fila, con una berretta all' antica di panno rosso con piume, e con un giubbone giallo, con calze all' antica, una rossa di panno, e l' altra secondo la Livrea del Rione, con una casacca liscia di panno rosso con passamani gialli, con faldoni e maniche, una rossa, e l' altra alla Divisa del Rione, con una banda de' colori dell' Arme de' Caporioni. E sopra i Tamburi erano dipinti i segni del lo-

ro Rione, con queste lettere S. P. Q. R. Venivano tredici Paggi de' Caporioni, che andavano a due a due avanti a i Caporioni con loro precedenza. E questi tali Paggi portavano le Insegne de' Rioni, cavalcando con fornimenti di velluto rosso, e mezze copertine fatte a pendoni, con pettorali di panno del color dell'impresa del Rione con l'arme di ricamo al pettorale del cavallo del Caporione; e fatto il fornimento a frangie, con frangia e fiocchi d'argento alla testiera del cavallo con le piume. Il vestimento de i Paggi: prima portavano un berrettino all'antica di scarlatto. Ma questo lo portavano nelle feste positive senza la Bandiera; ma nelle feste Militari portavano in testa la celata con piume, e con la Bandiera de' Caporioni, con un giubbone di raso giallo, con calze di scarlatto, e l'altra alla Divisa del Rione: con Sajone con le maniche, una di damasco rosso come il Sajone, e l'altra alla Divisa del Popolo Romano: Ora era scollato e liscio, guernito con certe fasce alla Livrea del Rione di ricamo, con una banda alla Livrea dell'Arme del Caporione. Seguivano i tredici Caporioni, che oggi così li chiamano: e questi tali il Popolo Romano gli usò nel Pontificato di Giovanni XII. l'Anno DCCCCXLVIII. E li chiamarono Decharcheni, che guardavano la Città. E nel Pontificato d'Urbano IV. nell'Anno MCCXLII. li chiamarono Banderefi. Ampia podestà aveano di dare la vita e la morte, e nella Repubblica avevano tutto il governo, e guardavano la Patria. Questo nome di Banderefe era di Germania venuto, che Bandiere chiamano i Vessilli, che portano nelle imprese: perciocchè ogni Capo di Regione oggi chiamiamo Caporione, Ora anco la loro Bandiera, e segno è distinto. E fra di loro tredici creano un loro Capo, che Prior-

A re lo chiamano. Anco oggi si usa; e fu scemata la loro grande autorità per la loro insolenza contra la volontà de' Pontefici nell'Anno MCCCLXIX. da Gregorio XI. Pontefice, e li ridusse secondo la volontà sua. E così fino al dì d'oggi tengono; che se occorre tumulto grande nella Città, sono tenuti a querlarlo. E nelle Sedie vacanti con loro grande autorità ministrano la giustizia, e guardano la Città da i tumulti, che possono accadere. Con molta loro modestia e onore oggi la osservano. In certe occasioni portavano quest'abito. Cioè una berretta alla Ducale all'antica di velluto cremesino, con un robbone corto all'antica con mezzi maniconi di velluto cremesino, con punte e bottoni d'oro, foderati di toccha turchina e oro, con un giubbone di raso pavonazzo, con calze, una di scarlatto, e l'altra di rosso e giallo, con scarpe di velluto rosso, con un bastone bianco per uno in mano. E il loro Priore portava il Laticlavo indosso di velluto pavonazzo, foderato di pelle d'armellino all'antica, con un bottone d'oro allacciato. E cavalcavano con mezze copertine fatte a pendoni, con il pettorale di velluto verde fatto a ricami d'oro e d'argento con frangie e fiocchi d'oro, e fornimenti del medesimo velluto. Andavano due a due secondo le loro precedenze, col Prior loro in mezzo nell'ultima fila, con sei Paggi avanti colle loro Bandiere. Nelle feste Militari avevano un'altra sorta d'abiti, che usavano. Portavano un Sajone crespo scollato all'antica, che si allaccia sopra le spalle, aperto da i fianchi, con faldoni lunghi di velluto cremesino, con certe fasce guarnite di ricamo, secondo i colori del loro Rione, e con maniche, una tutta rossa di velluto, e l'altra alla Divisa di giallo e rosso, con una banda de i colori dell'Arme de' Caporioni: e sotto fin su la

coscia tutti armati, fuorchè la testa, che la celata la portavano in testa i loro Paggi, d' arme bianca con berretta, calze, e'l bastone, come di sopra è detto. E i cavalli andavano tutti bardati di velluto verde fatto a ricami, e al pettorale l' Arme del Caporione, con fiocchi e frangie d' oro, armati la testiera con Pennoni: e il Priore portava il Laticlavo.

I due Cancellieri seguivano dietro a i Caporioni. Cavalcavano con guadrappa di scarlatto con frange d' oro e fornimenti di velluto rosso con berretta alla Ducale di velluto cremesino, con sottanna di velluto pavonazzo, e calze di scarlatto, con robbone alla Senatoria, con maniconi di tela d' oro foderati di damasco rosso. Venivano poi gli Oratori de i Re e de' Principi e Repubbliche, che s' imbattevano alla Corte Romana, vestiti a loro beneplacito. Seguivano due Paggi del Confaloniero, che tenevano in mezzo quello del Prefetto di Roma, e quelli del Confaloniero andavano vestiti con un berrettino di scarlatto & un giubbone di raso rosso, con calze, una di scarlatto, e l' altra gialla e lionata, che è la Livrea del Confaloniero, con un Sajone crespo scollato aperto da i fianchi di damasco giallo con fasce garnite di damasco rosso con ricami d' argento, e le maniche, una gialla e l' altra lionata e gialla. E cavalcavano con una mezza coperta e pettorale fatto a' pendoni con l' Arme di ricamo del Confaloniero di panno lionato con fasce di velluto giallo, con frange e fiocchi e passamani di seta rossa & argento, con fornimenti di velluto lionato. Nelle feste Militari poi portavano uno d' essi una mazza ferrata, e la celata con pennoni in testa del Confaloniero, con una banda rossa. E quando il Confaloniero non portava egli lo Stendardo grande, lo portava questo Paggio, e l' altro porta-

A va una Zagaglia e lo Scudo, con l' Arme del Confaloniero, con la medesima banda, e pennoni alla testa del cavallo. Il Paggio del Prefetto di Roma in mezzo de' Paggi del Confaloniero a cavallo con una mezza copertina e pettorale fatto a pendone di panno turchino, con un' Aquila d' argento, con passamani e frange e fiocchi di seta rossa & argento, con pennoni alla testiera del cavallo. Andava il Paggio vestito con un berrettino di scarlatto, con un giubbone di raso turchino, con una cappa di scarlatto, e l' altra bianca e turchina, che è la Livrea del Prefetto, un Sajone crespo scollato di velluto rosso listato con fasce di damasco turchino, con ricami d' oro e d' argento, e le maniche una rossa e l' altra di velluto bianco e turchino, con una banda rossa e gialla. E nelle Feste Militari porta la celata del Prefetto in testa, e sempre va innanti al Prefetto: e porta una frusta in mano, che è segno che castiga i malfattori. Veniva il Confaloniero del Popolo Romano: e questa Dignità sì in pace, come in guerra porta lo Stendardo grande della Libertà Romana, il qual' era di tabù cremesino con le lettere del Popolo ♠ S. P. Q. R. d' oro, con un fregio attorno di un palmo di ricamo d' oro e d' argento con frange d' oro. E da molte eentinaja d' anni in qua pe' benemeriti della nobilissima Famiglia Cesaroni per successione ereditaria, le è concessa dal Popolo Romano, e da' Pontefici confermata infino ad oggi. Andava con questo abito. Portava una berretta alla Ducale di tela d' oro con un giubbone di raso cremesino con bottoni d' oro, con calze una di scarlatto, e l' altra rossa e gialla, con un robbone corto, largo, tutto chiuso, con mezzi maniconi di tela d' oro, foderato di damasco cremesino, con una guadrapa al cavallo, pettorale, e fornimenti di velluto.

velluto cremesino, & al pettorale l'Arme sua di ricamo, con frange e fibbie d'oro. Nelle Feste Militari andava il Consalонiero armato con collaro, spallacci, e bracciali d'arme bianca, con un Sajone crespo, mezzo di velluto cremesino, e l'altro mezzo della sua Livrea, fatto a fasce di color lionato, e tela d'oro, e simile le maniche di esso, con una catena d'oro al collo, col cavallo bardato armato in fronte, con pennoni, coperto di damasco lionato, tutto fatto a ricami d'oro e d'argento, con l'Arme, e frange d'oro.

Seguiva il Prefetto di Roma a man dritta del Consalонiero. E quest'Officio dopo il Senatore ha il primo luogo, esercitato da' Baroni Romani; & aveano carico di mantenere la Patria abbondante, e di tenere purgata e sicure le strade della Campagna di Roma, nette da' ladroni & assassini; e con sigore li castigava. Però gli andava avanti quel Putto con la frusta; e le Città, Terre, e Castelli erano obbligati di mantenergli i soldati. E quando i Pontefici coronavano gl'Imperadori, egli teneva la Corona Imperiale, & andavagli sempre avanti vicino al Pontefice: e nelle pompe portava una bacchetina d'oro in mano. E quest'officio lo esercitò molto tempo la nobilissima Famiglia di Vico, concessole dal Popolo Romano, e da' Pontefici per eredità successiva pe' benemeriti di questa Famiglia. Ma poi per la loro mala vita, ed enormi scelleraggini da loro usate li perseguitarono con l'arme, e la estinsero, e lo diedero ad altre Famiglie Nobili Romane, a tale uffizio della Prefettura di Roma E vestiva quest'abito: con una berretta alla Ducale di tela d'oro, con un giubbone di raso turchino, con bottoni d'oro, con calze una di scarlatto di grana, e l'altra di tela d'oro, con un robbone corto all'

A antica di tela d'oro, federato di pelle d'armellino, con una collana al collo d'oro, e la bacchetta in mano, cavalcava con pettorale con l'Arme sua di ricamo, & una gualdrappa, e fornimenti di velluto cremesino, con frange e fibbie d'oro. Dietro a questo venivano quattro Paggi del Senatore. Cavalcavano con mezze copertine di panno rosso, con frange di seta rossa, e fornimenti di corame rosso, con un berrettino di scarlatto, e lo portavano in mano, con un giubbone di raso cremesino, con calze, una rossa di scarlatto, e l'altra alla Livrea de' colori del Senatore, con un Sajone scollato liscio di damasco rosso, con fasce di velluto giallo con trine di seta bianca, con una manica rossa, e l'altra de' colori dell'Arme del Senatore; con una banda rossa, e una sarda all'antica con l'impresa del Senatore. Andavano due a due, e nelle Feste positivamente andavano alla staffa al Senatore senza banda, e scudo. Venivano sedici Palafrenieri, oggi detti Fedeli del Popolo Romano. E li chiamano di questo nome per memoria di un Castello, che è nella Campagna di Roma, e si chiama Vitorchiano: che essendo ribellato tutto lo Stato al Popolo Romano, solo il sopradetto Castello stette nella fede, e si difese da' nemici del Popolo Romano; e d'allora in qua tutti gli Uffiziali della Corte del Popolo Romano sono da Vitorchiano, & anco non pigliano d'altri, che di questi. Fino ad oggi dura: e Fedeli del Popolo Romano li chiamano. Ora torniamo a i Palafrenieri, che vestivano con una berretta all'antica di velluto rosso, e la portavano in mano, quando andavano dinanti al Senatore, e nelle berrette tutti portavano una medaglia d'argento, che loro donavano i Senatori, quando entravano in officio: e così a i suoi Paggi; con giubbone di raso giallo, con

con calze, una rossa di panno, e l'altra alla Divisa, secondo i colori dell'Arme del Senatore: con un Sajone di panno rosso scollato, con mezzi maniconi, liscio, guarnito a fasce di velluto giallo con passamani di seta turchina e bianca. E quando il Senatore andava pontificalmente, portavano certi bastoni dipinti di verde: e ora usano portarli davanti a i Conservatori. Poi venivano due Gentiluomini a cavallo con mezza copertina di velluto pavonazzo, con fornimenti del medesimo. Et eglino andavano con berretta all'antica di velluto nero, con un giubbone di raso cremesino, con calze di scarlatto, con robbone all'antica di pelluzzo pavonazzo corto, con fasce del medesimo colore ai velluto. E portavano un collaro di maglia sopra il giubbone, con una collana d'oro: e portavano una mazza d'oro con una Roma in cima a sedere sopra un Leone: e la Roma tiene da una mano la Vittoria, dall'altra una Palla; e l'altra mazza vi era sopra una Lupa con due putti, che tengono uno Scudo, dov'era S. P. Q. R. E andavano di qua, e di là dal Putto della Giustizia. Seguiva la guardia de' sessanta Alabardieri, vestiti nel modo, che io dissi di sopra: Era la guardia del Senatore, e di Campidoglio. Andavano di qua, e di là alla persona del Senatore, e agli altri Magistrati.

Veniva davanti alla persona del Senatore il Putto della Giustizia, che si dava a i figliuoli de' Gentiluomini. Cavalcava con mezza copertina, fatta a pendoni di scarlatto, con frange e fiocchi d'oro, con li fornimenti di velluto rosso. Portava un berrettino all'antica di scarlatto di grana con queste lettere d'oro, cioè S. P. Q. R. di ricamo: con un giubbone di raso cremesino, con calze di scarlatto, con un Sajone scollato crespo, con mezzi maniconi di vel-

A luto cremesino listato con fasce di tela d'oro, con uno stocco dorato, con fodero di velluto rosso. E porta dietro alla schiena il Cappello del Senatore, che è di tela d'oro, foderato d'ormesino cremesino. Di qua, e di là alla persona del Senatore a piedi due Alabardieri con bastoni in mano, per far far largo al Popolo, andando senza berretta, e non vanno armati. Venivano due a cantato al Senatore a piedi con due Spadoni da due mani sopra le spalle, senza niente in testa: e vestivano un giubbone liscio di raso rosso, trinato d'oro, con una manica rossa, e l'altra alla Livrea del Senatore, tagliate sotto al gomito, con calze di scarlatto, e l'altra alla Divisa del Senatore, con una catena traversa per banda d'oro. Veniva la persona del Senatore, con maestà a cavallo sopra bianca Chinea, con fornimenti di velluto cremesino alla testiera della Chinea, con certi fiocchi di seta cremesina e oro, e fibbie dorate, con guadrappe di velluto cremesino, con una fascia attorno di ricamo d'oro, e a' argento larga un palmo, con frange d'oro. L'abito Senatorio è questo. Un berrettone all'antica alla Ducale di broccato d'oro, foderato di pelle d'armellino, con calze di scarlatto di grana, con scarpe di velluto rosso con una fibbia d'oro, con una sotanna di velluto cremesino con bottoni d'oro, con una veste alla Senatoria di broccato riccio soprarriccia d'oro foderata di pelle d'armellino, con una mozzetta sopra di pelle d'armellino con codette, e certi guanti di pelle bianca con un'orlo di ricamo d'oro e perle, con tre anelli in dito d'oro, uno era un rubino, l'altro un diamante, & uno smeraldo; con una collana d'oro al collo; con una bacchettina d'oro in mano, con una pallottina, e una crocetta in cima. Dietro al Senatore seguivano due Camerieri segreti,

vestiti con calze, una di scarlatto, e l'altra alla Divisa del Senatore, con un giubbone di raso cremesino, con una berretta di scarlatto, con un robbone all'antica di pelliuzzo pavonazzo con fasce dell'istesso colore di velluto, con fodera di damasco pavonazzo, con sella di velluto nero. Venivano poi i Giudici di Campidoglio con guadrappe di panno pavonazzo, con vesti lunghe di velluto nero, con berretta da Dottore, con sottanna pavonazza, con gli Uffiziali della Corte del Senatore. In ultimo veniva una Cornetta di cinquanta cavalli leggieri. E veniva un Trombettista, che nella Banderuola di essa portava \ddagger S. P. Q. R., e sotto l'Arme del Senatore. Cavalcava una sella armata di corame, e fornimenti rossi. Portava una berretta di panno rosso con piume, e giubbone di raso turchino con calze, una rossa di panno, e l'altra alla Livrea del Senatore con un Sajone liscio di panno rosso, mezza con la manica, e l'altra mezza di panno de' colori dell'Arme del Senatore; con una banda rossa e gialla, con spallacci e bracciali d'arme bianca. Seguivano due Paggi, uno era del Capitano, e l'altro portava la Cornetta dell'Alfiere, con l'Arme del Popolo. E vanno al medesimo modo vestiti come il Trombettista. Poi veniva il Capitano, e l'Alfiere de' cavalli, ch'erano Gentiluomini Romani. Andavano vestiti al medesimo modo sopradetto del Trombettista; ma erano di velluti e oro, con un collaro per uno di maglia. Seguivano i cavalli leggieri, al medesimo modo vestiti, che il Trombettista, con le Banderuole, secondo la Livrea del Senatore sopra le lame. In certe occasioni poi andavano nel medesimo modo, ma con le celate in testa con piume, e alle testiere de' cavalli. Con questo bell'ordine, pompa, e magnificenza loro andavano, come udito avete, che pareva

A che in loro fosse l'antico grande Impero Romano tornato. Non vi so dir' altro in questo; che poi non dico le Livree de' Particolari, che usavano alli servidori, ma con questo farò fine. Teneva di più il Popolo Romano due Cori di Musici, uno di voci, e l'altro distromenti. Erano tutti sedici, e li tenevano sospesi, e questo era il loro vestire. Portavano un berrettino all'antica di scarlatto, e calze simili, e portavano un giubbone di raso rosso, con una veste scollata senza maniche, lunga fino al ginocchio, liscia discinta, e non andavano se non a certe sorti di funzioni, che erano obbligati.

Praeter profana Spectacula, religiosa quoque olim Populi curiositatem, sive pietatem pascebant, quae ne nostris quidem temporibus insuetata sunt. Vide quae habeat Falco Beneventanus, Tomo V. Rer. Italicar. pag. 94., ubi Translationem refert sacrorum corporum Martiani, Dori &c. Beneventi Anno MCXIX. perfectam. Ita Anno MCCCXXXVI. teste Gualvaneo de la Flamma de Reb. Gest. Azonis Vicecomitis, Tomo XII. Rer. Italicar. instituta est peculiaris forma celebrandi Festi Dominicae Epiphaniae. Eum ita loquentem nemini grave erit audire. Fuerunt, inquit, coronati tres Reges in equis magnis, vallati Domicellis, vestiti Variis cum somariis multis, & familia magna nimis. Et fuit Stella aurea discurrens per aera, quae praecedebat istos tres Reges. Et pervenerunt ad columnas Sancti Laurentii, ubi erat Rex Herodes effigiatus cum Scribis & Sapientibus. Et visi sunt interrogare Regem Herodem &c. Quo auditio isti tres Reges coronati aureis coronis, tenentes in manibus scyphos aureos cum auro, rubore, & myrra, praecedente Stellâ per aera cum somariis, & mirabili famulatu,

clan-

clangentibus tubis, & buccinis praeeuntibus, Simiis, Babuynis, & diversis generibus animalium, cum mirabili populorum tumultu, pervenerunt ad Ecclesiam Sancti Eustorgii. Ubi in latere Altaris Majoris erat Praesepium cum bove & asino, & in Praesepio erat Christus parvulus in brachiis Virginis Matris. Et isti Reges obtulerunt Christo munera. Deinde vesti sunt dormire, & Angelus alatus eis dixit, quod non redirent per contratam Sancti Laurentii sed per Portam Romanam: quod & factum fuit. Et fuit tantus concursus Populi & Militum & Dominarum & Clericorum, quod numquam similis visus fuit. Quibus etiam piis Spectaculis Mutinensis Populus exceperit Borsium optimum Ducem suum, ac Ferrariensium, ad se venientem Anno MCCCLII. prodit Historia Fratris Johannis Minoritae, Tomo XX. Rerum Italicarum. Pace pariter re-

- A staurata Anno MCCCLXXIX. inter Bernabovem Vicecomitem, Dominum Mediolani, & Bartholomaeum, ac Antonium Scaligeros, Vicentinus Populus in laetitiam effusus, Spectaculum pium edidit, quod stuporem, ac reverentiam omnium Civium animis ingessit, descriptum a Conforto Pulice in Histor. Vicentin. Tomo B XIII. Rerum Italicarum. Ibi usum pulveris pyrii animadvertis. Inquit enim: Omnibus autem hoc modo in admiratione manentibus, qui super superiori solario aderant, faciebant scelopos igneos ad modum maximorum tonitruum, & fragorum: quare non solum qui erant super aedificatio, sed qui ad Spectaculum convenerant, stupefacti aspicientes versus coelum stabant. En quales animorum motus excitaret pyrii pulveris apud Italos nonnullos novitas. At de istis fatis.

DE MERCATIBUS
ET
MERCATURA
SECULORUM RUDIUM.
DISSERTATIO
TRIGESIMA.

ДЕ МЕРГАЛІБА
ДІССІЗІЯ
АЯУТА О Я ЗІМ
МООН МІЛООЗ
ОІТА ТЯ ЗІСІ
ДІССІЗІЯ Т

DISSESTITO

TRIGESIMA.



Ercaturam agnovere, multoque studio exercuere Secula etiam antiquissima. Ut enim circulatio sanguinis humano corpori, ita & politico necessaria, nedum utilissima est circulatio fructuum terrae, aut humanae industriae, aut auri atque argenti, ut ejusmodi commercio unusquisque procurare possit quod sibi deest, alteri refundendo quod sibi superfluit. Nullus profecto dubitandi locus est, quin ritum hunc rei publicae omnino necessarium Italia perpetuo retinuerit, vel post declinationem Imperii Romani, & inventos in eam Barbaros. Quei verò perageretur hujusmodi negotium, brevibus nunc est enarrandum. Et primo non secus ac nostris temporibus, privatum cujusque Urbis ac Oopidi commercium fuit inter Cives & Rusticos, Mercatibus constitutis pluribus in locis. Stata dies erat hisce celebrandis: atque haec plerumque Sabatum fuit singulis hebdomadis, ut sibi quisque opportuna ad vietum pararet pro Dominica die, qua unice pietati vacandum erat. Plautus in Persa Act. 2. Scen. 3.

A

B

C

D

*Nam herus meus me Eretriam misit,
domitos boves uti sibi mercaver:
Dedit argentum; nam ibi Mercatum
dixit esse Die septimi.*

Die septimi pro die *septimo* Latini antiqui dixerunt, hoc est in diem *septimam*. Constat autem ex Varrone, Dionysio Halicarnasseo, Macrobio, & aliis, apud Romanos in usu fuisse non minus *Mercatus*, hoc est hebdomadarios conventus mercatorum & rusticorum, quām *Nundinas*, quae statu aliquo anni tempore haberi consueverunt. Nundinas nos *Fiere* appellamus (a voce *Feria*, quam veteres quoque adhibuere) hoc est solennes *Mercatus* die statu quotannis institutos. Hisce verò hoc nomen inditum, quod plerumque diebus ferriatis haberentur, hoc est in Natalibus alicuius Sancti, aut Dominicis festivitatibus: quem morem parùm alioqui laudabilem adhuc Italia servat. Et sane praeter Concilia quedam, Carolus Magnus in Lege 140. inter Langobardicas, ne honori Dominicæ diei officeretur, statuit, ut *Mercata & Placita a Comitibus illo die probiberentur*. Ita & Ludovicus Augustus II. in Additamento II. ad Leges Langobardicas, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. edixit, ut omnis homo die Dominicæ nullas audeat operationes, *Mercationesque peragere*,

præ-

praeter in cibalibus rebus pro iterantibus. Mercatus nunc diebus tantum feriabilis aguntur. Nundinas vero solennes a diebus festis removere nulla haftenus lex aut poena potuit: altas adeo radices consuetudo egit. Et multis quidem Christianorum Nundinis originem longe antea dederant ipsi Natales dies Sanctorum. Quum enim ad festos illos dies immanis Populorum copia confluere, opportunum ducebant Mercatores suas eâ occasione merces venum exponere: quod & adhuc multis in locis observatur. Sanctus Basilius in Lib. Regul. fusiis disput. Reg. 39. & 40. hanc interrogationem promit. *De Nundinis illis, quae in Sanctorum celebritatibus habentur, quid?* Eas improbat sapientissimus Episcopus. Cassiodorius quoque Lib. 8. Epistolâ ultimâ prodit, celebratas fuisse Nundinas de multis regionibus in Lucania ad Natale Sancti Cypriani. Ita Gregorius Turonensis Lib. primo, Cap. 32. de Gloria Martyr. auctor est, in Urbe Edessa, adveniente festivitate Sancti Thomae Apostoli immamnam fieri consueisse Populorum conventum, cum votis, negotiisque, quibus vendendi, comparandique per triginta dies, sine ulla telonei exactione, licentia datur. Eadem Seculis subsequutis consuetudo fuit. Anno MCV. quum Mediolani in Templo Sanctae Mariae ad Portam insignes quaedam Reliquiae inventae fuissent, Clerus Mediolanensis, uti scribit Landolphus junior. Cap. 22. Historiae am editae Tomo V: Rer. Italicarum, solennem instituit diem Festum singularis annis observandum VII. Idus Maji, tamquam in die Resurrectionis & Nativitatis Domini nostri Jesu Christi. Quo etiam die ad frequentationem solemnitatis statutum est, annuale esse

A Mercatum, & omnibus venientibus ad hanc solemnitatem vel caussâ orationis, vel caussâ mercandi, & redeuntibus stabilita est ab omni Civitate firma & inviolabilis Trevia (idest Tregua) oto dies ante Festum, & otio dies post Festum. Ita Adelbertus Episcopus Bergomas Anno DCCCCII. Canonis suis dono dedit Mercatum, quod in Festo beati Alexandri Martyris annualiter publicâ coadunatione hominum, longinquis etiam e partibus advenientium fit. Neque alia Mutinensibus fuit olim consuetudo, ut ex monumentis in Archivo Civitatis adseratis, & Anno MCCCVI. manu exaratis didici. Tribus enim diebus ante festum Sancti Geminiani, & tribus post, Mutinae habebantur Nundinae ingenti finitimorum concursu: cujus rei aliqua adhuc vestigia perdurant.

B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

Ceterum Nundinas ipsas, quas nunc Fiere appellamus, Mercatus etiam, sive Mercati voce olim designatas interdum reperimus. Fori autem vox ad significandum Mercatum hebdomadarium, & ad ipsas Nundinas, nonnumquam occurrit. Ejusmodi vero Nundinarum jus concedere ad Principem supremum, aut Regalibus donatum spectabat, & spectat ex omnium Jurisperitorum consensu; nam inter Regalia & quidem majora, recensentur, ut habet Sixtinus de Regal. Lib. primo Cap. 6. num. 20. Hoc tamen nomine intelligunt Nundinas solennes semel aut bis in anno celebratas; non autem minores, sive hebdomadales, quas Mercatus appellamus; has enim contendunt institui posse a Domino territoriali: quam in rem consulat, qui vult Knipschildtum de Jure & Privil. Civitat. Imperia]. Et quandoquidem olim sibi tribuebant nonnulli facultatem instituendi novos Mercatus, su-

supra laudatus Carolus Magnus Le-
ge 52. Langobardorum sancivit, ut
Mercatum in nullo loco haberetur, nisi
ubi antiquitus fuit, & legitimum esse
debet, hoc est, uti conjicere possu-
mus, auctoritate Principis institu-
tum, non autem Comitum, aut Po-
puli arbitrio. Quod est ad jus Mer-
catus, video olim id impetratum a 1

Regibus Italiae, sive Imperatoribus,
non solum quoties agebatur de hebdo-
madariis Mercatibus, sed etiam quum
de annuis & solennibus. Lucem ac-
cipiet hoc argumentum a Diplomate
Ludovici II. Augosti, quod e Char-
tario Archivi Episcopalis Cremonen-
sis deserpsi.

Ludovicus II. Imperator Ecclesiae Sancti Laurentii de Plebe Juve-
naltae in Comitatu Cremonensi jaeturam Chartarum reparat,
& Privilegia confirmat, Anno 852.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi
Dei eterni. Hludowicus gratia Dei
Imperator Augustus, invictissimi Domini
Imperatoris Hlotharii filius. Dignum est,
ut ejus studia procurare certemus, cuius
pietate prepositi esse cognoscimur. Idcirco
omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie,
ac nostrorum presentium scilicet &
futurorum noverit solertia, quia quidam
Custos Ecclesie Plebis scilicet Juvenalte,
sacrata in honore Levite Laurentii, Ju-
bedeus nomine, ad nostram accedens pie-
tatem, multitudinem tergiversationem ali-
quorum circa assistentium ejusdem loci
innovavit, addens pro hoc habere occasio-
nem, quia Rectores ejusdem loci stru-
menta & firmitatem conscriptionum male
tractantes, & ex parte perdiderunt,
unde nunc detrimentum & desolatio de-
venire poterit rerum ejusdem loci, ita
ut paupertate exigente & locus ad nichil
latus sit, & Dei per omnia minueren-
tur obsequia, sed solummodo per Dei
adjutorium nostra auctoritate exinde que-
sivit sublevationem. Quapropter eidem
Sancto loco hoc nostrum Preceptum fieri
iussimus, per quod constituimus, ut ab
hinc in futurum quicquid pars &
potestas ejusdem Ecclesie tempore Naute-
carii & Agimundi tenuit, deinceps jure
quietissimo teneat. Nam si aliqua con-

B tentio legalis de iustitia surrexerit, tunc
precipimus, ut in quicquid pars ejusdem
Ecclesie questierit, bonorum ac meliorum
circum assistentium hominum adhibeatur
inquisitio, quales predilecte Ecclesie pars
prenominaverit, & quicquid justum re-
periri poterit, absque ulla subtractione
vel tarditate pars potiatur predilecta Ec-
clesie ad exequendum sub omni quietudi-
ne quicquid militationi convenit Eccle-
siastice. Pro plenissima namque quietu-
dine confirmamus eidem Sancto loco aque-
ductus tam ad divisa Molendina, quam-
que ad navigia deducenda, scilicet sive
in Delna, sive in Olio, atque etiam
Mercata ibidem devenientia tam in
montanis quamque in planicie, ut
abbinc in futurum, sicuti antiquitus con-
suetum fuit deducat, nullo contradicen-
te, aut in aliquam partem deducente:
sed tantummodo pars prefate Ecclesie per
hanc nostram auctoritatem ordinet ac di-
sponat juxta ejusdem loci utilitatem.
Precipientes ergo jubemus, ut nulla que-
libet persona, aut quislibet Reipublice
Minister tam in his, que premissa sunt,
quamque in omnibus, que ad eamdem
Ecclesiam pertinere videntur, ullam con-
trarietatem aut infestationem vel dimino-
rationem quoquam tempore facere presu-
mat, quicunque emunitatem nostram,

E

N

tri-

triginta Libras argenti Rectoribus ejusdem loci componere non vult. Ut autem bec nostra auctoritas pleniorum in Dei nomine obtineat vigorem de anulo nostro subter jussimus sigillari.

Desideratur monogramma Imperatoris.

Ductemirus sacri Palatii Archinotarius recognovi.

Data VIII. Kalendas Marcias, anno Christo propitio Imperii Domni Hlotharpii piii Imperatoris XXXIII. & Hludovici glorioissimi Augusti in Italia III. Indictione XV.

Atum Mantua Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Guidonis Augusti Praeceptum, quo omnia jura antiqua confirmat,
& nova addit, Monasterio Domini Salvatoris de Monte
Amiate, ejusque Abbatii Petro, Anno 892.

In nomine Sancte & individue Trinitatis. Wido divina favente clementia Imperator Augustus. Omnium fidelium sancte Dei Ecclesie, nostrorumque, presentium scilicet & futurorum comperiat sollertia, quod Albericus & Liotardus fideles nostri deprecati sunt Celsitudinem nostram, ut omnia Freda, & Judiciaria, seu Decimas de manentibus eisdem Cellulis & Curtibus, cum omnibus integratibus illarum, que Monasterio Domini Salvatoris, sive Monte Amiate, ab antecessore nostro piissimo Imperatore Ludovico pro remedio anime sue collate fuerunt, ita & nos ob amorem Domini, & securitatis augmentum, eidem Cenobii pollicente presente Petro Abbatte, quemadmodum decessor noster pie recordationis Ludovicus Augustus, jam sato Monasterio largitus fuit. nosque eodem modo largiremur ob emolummentum animarum nostrarum, & pre-

A Egregie signatam heic vides Epocham Imperii Ludovici II. uti & Lotharpii Augusti ejus patris, atque ex his habes, unde Cardinalis Baronii Chronogiam emendes. Quae heic dicuntur Mercata ibidem devinentia, nihil aliud fuisse videntur quam minores Mercatus singulis hebdomadis illic habiti. Sed illustrius in hanc rem erit alterum Guidonis Imperatoris, quod ex Archivo Nosocomii Senensis Sanctae Mariae de Scala descripsit & ad me misit, dum in vivis erat, Hubertus Benvoglientus, Patricius Senensis. En ejus verba.

C pter oppressiones malorum & pravorum hominum, qui jugiter insultant contra Sanctam Ecclesiam. Igitur concedimus & confirmamus eidem prefato Monasterio, ejusque presenti venerabili Abbatii Petro successoribusque ejus, qui pro tempore inibi ordinati fuerint, omnia Freda, & Judiciaria, vel Decimas de manentibus concessis Cellulis & Curtibus jam dicti Monasterii pro Dei amore & remuneratione animarum nostrarum, successorumque nostrorum Regum vel Imperatorum, qui pro tempore fuerint, ut in Hospitali ipsius Monasterii omnia in eleemosinam pauperum distribuantur & dispensentur. Simulque concedimus supramemorato Monasterio Mercatum Sabbatinum, seu annualem habere,


D E quo in loco terre ejusdem Cenobii Abba vel Prepositus fuerit, instruere voluerint ad utilitatem vestimentorum Monachorum atque pauperum,

peregrinorumque fratrum. Et quicquid ex suprascripto Mercato privatim vel publice exigere deberet, omnia omnino in ultius Monachorum ac pauperum, peregrinorumque fratrum contulimus in alimoniam, & remissione animarum nostrarum Regum vel Imperatorum. Precipientes ergo jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Castaldus, vel Actionarius, aut Actor Reipublice, seu magna parvaque persona de manentibus, servis, vel ancillis, mancipiis, audiis & audianis predicti Monasterii opprimere, aut aliquam violentiam inferre presumat absque legali terminatione. Si quis verò, quod futu-

A rum minime esse credimus, contra hoc nostre autoritatis preceptum temerario ausu contendere, aut irrumperem, molestare, vel inquietare, seu evacuare, aut diminuare, aut etiam invadere presumperit sine legali judicio, sciat se compositurum argenti Libras triginta, insuper auri obrizi Libras quinque, medietatem Palatii nostri, & medietatem ipsius Monasterii, ejusque Rebus. Et ut hoc autoritatis nostre Preceptum futuris temporibus Deo opitulante firmorem obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

B

Signum Domni



Widonis Imperatoris Augusti.

Desideratur subscriptio Cancellarii Imperialis.

Data XVIII. Kalendas Octobris, Indictione XI. Anno Incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCXCII. Anno Regni Domni Widonis IV. Imperii II.

Adam Roxelle in Dei nomine feliciter. Amen.

Ad hunc Petrum Abbatem spestant alia monumenta, quae adfert Ughellius Tomo 3. Ital. Sacr. in Episcoporum Clusinorum catalogo. Heic autem habemus Epocham Regni & Imperii Guidonis Imperatoris recte positam. Pagius in Critic. Baronii ad Annum DCCXCII. ut Baronii errorem hac in re emendet, haec scribit: *Sigonius in Lib. 6. de Regno Ital. ex probo aliquo antiquitatis monumento hauserit, quod scribit, Widonem nempe Imperatorem a Stephano Pontifice, IX. Kalendas Martii Anno DCCXCII. coronatum esse*, hoc est die XXI. Februarii. Unde hoc didicerit Sigonius, ego fortasse dixi tangam. Est mihi Diploma ex Archivo Capituli Ca-

C nonicorum Parmensium eductum, in quo chronicæ istae notæ occurunt: Data IX. Kalendas Martii, Indictione IX. Anno Incarnationis Domini DCCC-XCI. Regnante domino Widone in Italia Anno Regni ejus III. Imperii illius die Prima. Atum Romæ. Praeterea Diploma simile produxit Ughellius Tom. 2. in Episcop. Parmensib. iisdem notis ornatum: immo prope fuit, ut ab hoc evulgando ego abstinerem, quod primo alpestru Ughellius antevertisse consilium meum visus mihi fuisset. Sed quum postea diversa esse Diplomata deprehendebim, istud quoque tenebris ereptum heic volo.

D

N 2

Cen-

Confirmatio bonorum & jurium facta a Guidone Imperatore
Ageltrudi Augustae conjugi suae, Anno 891.

IN nomine Sancte & individue Tri-nitaris. Wido divina favente clemen-tia Imperator Augustus. Omnium fide-lium nostrorum, presentium scilicet & futurorum comperiat sollertia, quia Wic-bodus sancte Parmensis Ecclesie vene-rabilis Episcopus & Archicapellanus, deprecatus est celsitudinem nostram, ut dilectissime Conjugi nostre Ageltrudi Imperatrici, & conserti Imperii nostri, de omnibus rebus ad eam pertinentibus tam nostre donationis, quam sue hereditatis, vel undecunque acquisitionis, tam que modo adquisita, vel que in antea Deo propitio adquirere potuerit, per no-strum Imperiale Preceptum, sicuti jam antea per Preceptum Regale illi conces-sevamus, a presenti in perpetuum conce-deveremus & confirmaremus. Cujus preci-bus aures nostre celsitudinis accommodan-tes, decrevimus ita fieri, sicut hic in-sertum est. Per quod concedendo conce-dimus, & perdonando perdonamus, & confirmando confirmamus predilecte Agel-trudi conjugi nostre omnes res & sub-stantias sibi pertinentes tam ex nostra donatione, quam ex alia quacumque ad-quisatione, tam in rebus mobilibus quam immobilibus, & utriusque sexus familiis,

A omnia & in omnibus cum adjacentiis & pertinentiis vel aspicientibus in singulis fundoris & locis supradictarum verum ac substantiarum, tam quod modo sibi per-tinere videtur, seu quiesquit in antea ad-quirere potuerit a quolibet juste & le-gali ordine, a presenti in perpetuum in ejus jura & potestatem in integrum trans-fundimus, habendi, tenendi, & donan-di, commutandi, ac faciendi & delibe-randi juxta suum libitum quecumque vo-luerit ex nostra Imperiali largitate, & auctoritate plenissima. Si quis autem un-quam per tempora ausu temerario contra hoc nostre concessionis ac confirmationis Preceptum agere aut infringere vel mo-lestare, seu violentiam in aliquo infer-re presumserit, sciat se multa, que est auri optimi Libras trecenti composti-um, medietatem Palatio nostro, & mediata-tem predilecte Ageltrudi dilecte Conjugi nostre; & hoc insuper nostrum concessio-nis & confirmationis Preceptum stabile firmumque perhenniter consistat. Et ut verius credatur & diligentissime ab om-nibus observetur, manu propria subter confirmarimus & bulla nostra sigillari jussimus.



Signum


Domni Widonis excellentissimi Imperatoris.

Goderadus Notarius ad vicem Helburgi Archicancellarii recognovi.

Data

Data IX. Kalendas Martii, Indictione IX. Anno Incarnationis Domini DCCCXCI.
Regnante domino Widone in Italia Anno Regni ejus III. Imperii illius die Prima.

Altum Roma in Dei nomine feliciter. Amen.



Habet Charta (quod animadvertem-
dum utique est) Sigillum hoc plum-
beum pendens. In antica parte visi-
tur caput Imperatoris, cum epigra-
phe VVIDO IMPERATOR AGV.
hoc est *Augustus*. In postica est co-
rona laurea alias literas complectens
RENOVATIO REGNI FRANC. i-
dest *Francorum*. Vide & alterum Di-
ploma Widonis ipsius in Dissertat.
XXXIV. de Diplomat. quo confirma-
tur proposita Epochæ ejusdem Impe-
rii. Regredior nunc ad Privilegium
Amiatino Coenobio concessum, in
quo idem Augustus eidem largitur
Mercatum Sabbatinum, seu annualem.
Tenemus heic antiquitatem Merca-
tuum singulis diebus Sabbati non fe-
sti celebratorum. Sed & Agobardus
Lugdunensis Archiepiscopus antea i-
dem nos docuerat in Opusculo de In-

A solentia Judaeorum, conquerens, quod
Missi Regii, ne *Sabbatismus* eorum im-
pediretur, Mercata, quae in *Sabbatis*
solebant fieri, transmutari praeceperint.
Sed quid revera significat *Mercatum*
annualem habere? Erunt qui Nundi-
nas solennes semel in anno celebra-
das heic intuebuntur. Sed neque deer-
runt, qui suspicentur, *Sabbatinos Mer-*
catus heic designari, qui nempe sin-
gulis *Sabbatis* per totum annum ha-
bebantur. Eadem significatione usur-
patum fuisse *Forum annuale*, quod in-
fra occurret, mihi etiam persuadeo.
Id autem sublucere, ne dicam luce-
re videtur in Charta, quam vetustissi-
mum Regestum MStum Archivi E-
stensis nunc mihi suppeditat, digna
plane quae legatur ob alia etiam e-
ruditionis antiquae vestigia.

C

Pacta pacis & foederis initi inter Mantuanos & Ferrarienses, Anno 1208.

In Christi nomine. Talis fit concordia
inter Mantuanos & Ferrarienses.
Seilicet quod homines Mantuae, & ejus
Episcopatus & totius ejus districtus, de-

beant ire & redire per Civitatem Fer-
rariae & ejus Episcopatum, atque to-
tum districtum, non solvendo aliquod
datum, nisi duos Veronenses in loco Fer-
rariae,

variae, & duos Veronenses in loco Figaroli de fundo navis sursum venientis. Alter nichil penitus accipiant, nec accipere permittant aliqua occasione bestiarum, seu aliarum rerum vel personarum. Liceat tamen eis accipere tres Imperiales de medio Salis pro Communi, & sexdecim Imperiales de centum modiis pro Ecclesia, & non plus. Item dabunt Ferrarienses Salem Mantuanis illa mensura, qua pauci sunt dare Veronensibus, & cum canna rotunda mensurare debeant, & hoc perpetuo observabunt. Et eodem modo incipiunt trahere & trahant cannam rotundam, quemadmodum subtilem trahebant Assazatores. Item faciant Ferrarienses unum starium lapidis nostris expensis, & ipsum ponant in loco Ferrariae, in quo nobis placebit, ad quem debeamus temptare & atemplare cum mente mensuram, quam nobis debent. Item faciant suos Assazatores jurare omni anno dare nobis bene rationem nostram in presentia Consulum Mercatorum Mantuae, vel eorum Nuntii, si interesse voluerint. Item ut non vendant nec dent nobis Salem cum sorte nec ejus simili, neque cum Baguga, nec ejus simili pro communi neque pro diviso. Et non debeant tenere sortem neque Bagugam contra nos. Et si aliquo tempore fuerit reperta, ipsam rumpere teneantur. Item debeant dare & designare Pellipariis stationes eis sufficietes a frontibus suorum Pellipaviorum ad ambas suas Ferias omni anno, secundum quod consueverunt habere; & ceteris nostris Paraticis secundum suum ordinem; & specialiter Draperiis, qui vendant pannum coloris in bina Lombardorum apud Mediolanenses. Nec aliquid ab eis accipiant de storata, nisi duos Imperiales, ponendo Mantuanii hedificium: alioquin solvant tantum quantum Ferrarienses aut alii negotiatores Lombardiae. Et hoc debent attendere tam in omnibus Mer-

A catis annualibus sui districtus, quam in Feris Civitatis. Practerea permittant omnibus volentibus venire ad nostras Ferias, & nos permittemus omnibus ire ad suas, nostris scilicet finitis, hoc modo quod die Mercurii in fero ante Dominicam Lazari detur licentia publice per praecomenem omnibus extraneis volentibus ire ad Ferias Ferrariae; & quarto die post Festum Omnis Sanctorum similiter detur licentia in foro, ut dictum est. Et ut omnes homines Ferrariae & ejus districtus jurent attendere & observare hoc totum pro Communi Ferrariae & diviso. Item debeant inimicari Reginos, sicuti nos ipsos inimicamus, & eos capere, nec eos sine nostra licentia relaxare, & eis prohibere iter per totam suam Civitatem, & districtum. Idem dicimus de omnibus inimicis, quos habemus vel habebimus, qui nobiscum confiniant, quando a nobis eis fuerit denuntiatum. Item ut omnes homines nostre Civitatis & districtus eunt & redeunt, stantes per suam Civitatem, Episcopatum, & districtum, per aquam & terram salventur & custodiantur ab omnibus hominibus & ab ipsis Ferrariensibus; & in aliis locis ipsis Ferrarienses non debeant offendere Mantuanos. Et si essent derobati Ferrariae, aut in ejus Episcopatu vel districtu usque ad Vallem Clusuriæ, & unum miliarium ultra, teneantur Ferrarienses facere emendare Mantuanis illos, qui hoc fecerint, si potuerint, totum hoc, quod eis fuerit ablatum; alioquin de Communi Ferrariae, vel illius Villae, in cuius territorio reperiatur, hoc actum fuisse. Et si essent ultra ab illo miliario capti vel derobati, bona fide dabunt operam omnibus modis ad ipsam recuperandam, sicuti darent pro Ferrariensibus. Item ut alius pro alio non conveniatur nec impediatur, sed eni datur, ab eo requiratur. Item faciant

ciant jurare Arbitris, qui pro Mantuanis erunt Ferrarie, quod facient rationem Mantuanis, sicuti Consules Ferrarie faciunt Ferrariensibus, salvo eo quod semper teneantur in omnibus, ut supra legitur. Et si Arbitri non essent, Consules teneantur ita facere rationem.

Item si quod dampnum vel maleficium factum fuerit Ferrariensibus a Mantuanis, & contra, quando Mantuani venerunt Ferrariam cum exercitu pro Domino Azone Marchione Estensi, euntes, stantes, & redeuntes, nihil requiratur a Communi vel diviso, nec ratio inde fiat, & de eo sit finis. Item iacent facere exercitum Mantuanis bis in anno communiter cum Populo & militia, si ab eis petitum fuerit, quando Mantuani voluerint ponere in eo loco, ubi voluerint: & per quadraginta dies suis expensis debeant stare secum, & suas rationes & quasi possessiones eis contra omnes homines defensare, defendere, & manuteneantur. Item quod non debeant facere pacem cum Sallinguerra, nec cum aliis de sua parte, nec eos recipere, nisi venerint ad hanc concordiam, & hoc sacramentum fecerint. Ferrarienses excipiunt Bononienses, Veronenses, Mutinenses, salvis sacramentis, quibus tenentur eis, & Domino Azoni Marchioni. Mantuani excipiunt Cremonenses, Veronenses, & Mutinenses, & Dominum Marchionem Azonem Estensem, & illos de parte sua. Venetias excipiunt communiter, ita tamen quod si Ferrarienses non irent Venetias, & eis inimicarentur, possint per suum districtum Mantuanis prohibere ire, si aliis hominibus Lombardiae prohiberent. Item permittant, homines Mantuae, qui habent possessiones in Episcopatu Ferrarie, fructus omnes terrarum libere portare. Item non debeant ire per Bondenos cum aliqua negotiatione, & si in eis reperirentur, & dampnum aliquod

A vel detrimentum in personis & avere eis accidere per quamcumque personam seu per Mantuanos, Mantuani non teneantur eis satisfacere, nec operam dare ad ipsam robbam recuperandam. Item non teneantur eis restituere aliquod dampnum, si quod eis accideret in Curte Gunzagae & Pigognage, & utriusque Bondeni, si quid mali accideret in terris illis; teneantur tamen bona fide operam dare ad ipsam recuperandam. Item non teneantur Mantuani restituere seu emendare dampnum, si quod eis accideret in paludibus a Burana usque Gabianam: sed dare bona fide operam ad ipsam recuperandam. Et Mantuani & Ferrarienses iuramenta concordiae innovent per singula quinquennia, vel si concorditer voluerint, vel una partium petierit; concordia tamen in omnibus capitulis rata consistat, licet iuramenta non fuerint innovata. Et si de communi concordia & assensu Civitatis utriusque aliquid vel aliqua de praedictis capitulis minuerentur, vel aliquod vel aliqua capitula jungerentur, Universitas utriusque & singuli integre servare teneantur, & hoc observent Ferrarienses perpetuo. Ferrarienses obligant Mantuanis pro supradictis observandis Melariam & Bragantinum cum suis pertinentiis. Mantuani obligant Ferrariensibus Castrum Burgi Franci & Curtem cum omnibus suis pertinentiis, & Carboniam cum omnibus suis pertinentiis usque ad Moliam Lombardiae, hoc salvo quod si cambium non videretur aequale in his locis, arbitrio Domini Marchionis suppleant Mantuani. Et Ferrarienses & Potestas Ferrariae & Consules omni anno iacent tempore regimini sui concordiam Mantuanis, & Mantuani observare, secundum quod statutum est. Die Veneris VII. Mense Julio, in Palatio Communis Ferrarie, Millesimo Ducentesimo Octavo, Indictione XI.

Nimirum memoratas heic vides ambas Ferias Civitatis, hoc est, Nundinas (*le Fiere*) quae die Dominicà Lazari, & aliquot diebus post Festum omnium Sanctorum habebantur Ferrariae. Praeterea memorantur Mercatus annuales districtus Ferrariensis eâ dicendi formâ, ut a Nundinis omnino diversi appareant. Quam bene fuerint Ferrariae Anno MCCVIII. res Azonis Marchionis Estensis, cuius est heic non semel mentio, jam palam feci Part. I. Cap. 39 Antiquit. Estens. Paratici, quos heic nominatos vides, occurunt etiam in Charta Cremonesi apud Du-Cangium in Gloster. Latin. qui suspicatur, eâ voce significari Nobiles. Verum hinc satis elucere potest, designatos eo vocabulo suisse Mercatores. In Charta Cremo-

A nensi nominantur *Consules Paraticorum*. At infra videbimus, olim electos *Consules Mercatorum*. Immo & in ipsa Charta, quam modo produxi, se nobis exhibent *Consules Mercatorum Mantuae*. Fortassis ita appellati Mercatores ad Nundinas confluentes, quod suarum mercium *paratam* facerent, hoc est, *una distenderia, una mostra*, ut ea occasione fieri solet. Verum etsi nudum *Mercatus* vocabulum, in Chartis inferioris aevi occurrent, significare plerumque soleat Mercatorum conventus per singulas hebdomadas celebratos, ambiguum tamen est in aliis Chartis, an Nundinas potius designet. Accipe Diploma Friderici II. Augusti, quod in Tabulario Monasterii Vangaditiensis autographum legi.

Friderici II Romanorum Regis Diploma, quo Monachis
Camaldulensibus Sanctae Mariae de Vangaditia confirmat
omnia illorum jura & Privilegia, Anno 1219.


IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Rex Augustus, & Rex Siciliae. Regiae majestatis a Deo nobis creditum postulat & requirit efficium, ut unicuique quod suum est, aequitatis jure conservetur, præcipue autem Ecclesiis & Monasteriis ad servendum Deo continua devotione deputatis, favorem & opem gratiae nostrae eo magis familiaribus studiis impendimus, quo certius ad remissionem peccatorum in aeterna honorum retributione nobis quidem id profuturum speramus. Ea propter cognoscat tam praesens aetas, quam successiva posteritas, quod nos ob remedium animae nostrae piam & pronam aurem gratanter accommodantes rationabilibus & justis petitionibus Joannis venerabilis Abbatis de Vangaditia Camaldulen-

D sis Ordinis, religiosi quidem, & sanas opinionis viri, clementer annuentes, & felicis memoriae glorioissimi Friderici Avi nostri Romanorum Imperatoris vestigis inhaerentes, sicut in ejus Privilegio coninetur: Monasterium Sanctae Dei Genitricis Mariae Ordinis Camaldulensis constructum super Athesis fluminis ripam ad locum, qui quondam Petra dicebatur, nunc autem Vangaditia vocatur, una cum Abbatे & Fratribus divino inibi obsequio mansipatis, & cum omnibus suis possessionibus, & rebus mobilibus & immobilibus, & ea quae hancenius possedit, & in futurum Deo favente justo acquisitionis titulo possidebit, sub nostra Regali tutione & defensione gratanter Juscepimus; omnesque res & possessiones ejus mobilibus & immobilibus, sequeque moventes, quas Abbas & Fra-
tres

tres ejusdem Monasterii, vel ipsi, vel per alium possident, vel de cetero acquisierint, eidem Ecclesiae perpetua stabilitate per nostrae auctoritatis robur & munimentum confirmamus. Ex quibus quaedam duximus exprimenda vocabulis: videlicet Possessiones, quas habet in praedicto loco, qui dicitur Vangaditia, & in Abbatia, & in aliis quibuscumque locis, in Episcopatu Veronae infra Civitatem Ecclesia Sancti Salvatoris cum omnibus suis pertinentiis, & in Barbulio, in Ilasio, in Albareta, in Porto, in Curia Leniaci, terram scilicet arabilem, prata, silvas, saliceta, lutiones, venationes, paludes, pescationes, cum omnibus suis pertinentiis & adjacenteis, quae ad Curiam Leniaci pertinent, cujus terminum currit superius caput Silvae ipsius Monasterii usque in Tartarum, quae Silva vocatur Gazuolo, & est ex alia parte Athesis Salvaterra, Ramo de Palo, Borseda, Torreda, in Contra, in Arquada, in Rodigio, in Ponticno, in Conto, in Squinacio, in Donino, Bonisago, in Martegio, in Sarzano, in Mardinago, Veneza cum omnibus suis pertinentiis, in Congula, Clasurella, Cavezana, Saguedo, in Merlaria, in Scudacia, in Palso, in Vigizzolo, in Corrigia, in Villa, in Este, Vallis Almerici, in Monte-Silicis, in Padua, in Curte de Piove, in Villa Cornedae, in Denajolo. Haec igitur supradicta, & caetera omnia, quae in aliquo Regni nostri loco praefata possidet Ecclesia cum Casis, Capellis, Decimis, Placitis, Mercatis, Theloneis, Ripis, Ripaticis, Molandinis, Collectis, Viis & inviis, Vinenis, agris, terris cultis & incolitis, silvis, pascuis, montibus, planiciebus, ve-

A nationibus, aquis, aquarumque decursum, stallariis, paludibus, pescationibus, armaniis, tansis, bannis, ac olivetis, universis exhibitionibus, cum omni honore & districtu, salvâ tamen Regali justitiâ, confirmamus. Tum id Abbatii & Ecclesiae, ac suis successoribus, & eorum hominibus indulgemus, ut nulli inde respondere teneantur, nisi nobis, aut certo Misso nostro ad hoc specialiter deputato & destinato. Praecipimus igitur Regali auctoritatis nostrae Edicto, quantum nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Consul, vel Potestas, vel ullum Commune Civitatis alicujus loci, nec ulla omnino persona magna vel parva, secularis vel Ecclesiastica, supradictum Monasterium, & ejus Abbatem & Fratres & homines in Curis praedictis, vel in ulla rebus aut functionibus sibi pertinentibus inquietare, disvestire, vel quocumque modo molestare praesummat. Quod si quis contra haec Praecepta nostra venire praesumpserit, centum Libris auri poena ferriatur, quae medietas ipso Fisco nostro, residuum Abbatii praefatae Ecclesiae persolvatur. Pro quorum omnium certa & inviolabili observatione & memoria praesentem paginam Majestatis nostrae Sigillo communivimus testibus subscriptis, qui sunt Gherardus Salburgensis Archiepiscopus, Albertus Magdeburgensis Archiepiscopus, Henricus Balensis Episcopus, Rodigerius Marchio Montisferrati, Hermannus Marchio de Baden, Egno Comes de Via.... Gerardus & Ulricus Comes.... Anselmus Curiae nostrae Marsalcus, Fridericus Camerarius, Berardus Dapifer, & alii quamplures.

Signum Domni



Friderici Romanorum Regis invictissimi, & semper Augusti, & Regis Siciliae.

Locus ♀ Sigilli.
Ego

Ego Curadus Metensis Episcopus, Imperialis Aulae Cancellarius, vice Domini Gofredi Moguntini Archiepiscopi, & iorius Alemaniae Archicancellarii.

Datum apud Agne, Anno Dominicae Incarnationis MCCXIX. Quinto Calendas Aprilis, Indictione VII. Regnante Domino Friderico Romanorum Rege semper Augusto, & Rege Sicilie Anno VII. feliciter. Amen.

Vides heic omnia Coenobii jura
a Friderico confirmata cum Placitis,
Mercatis &c. In altero Diplomate,
quod Conradus I. Augustus pro insig-
gni Monasterio Veronensi Sancti Ze-
nonis conscripsit, disertis verbis in-

A tuebimur concessum annualiter Merca-
tum publicum habere. Praeceptum ip-
sum exero, quod autographum vidi
in Archivo ejusdem Veronensis Mo-
nasterii.

**Chonradi I. Imperatoris Diploma, quo Monasterium Tarvisinum
Sancti Theonesti Martyris sub sua protectione recipit,
ejusque jura confirmat, Anno 1037.**

SPI N nomine Sancte & indivi-
due Trinitatis. Chonradus
divina favente clementia Roma-
norum Imperator Augustus. Quicquid e-
nim temporalis commodi ob divini nomi-
nis amorem locis divino cultui mancipa-
tis conferimus, hoc nobis procul dubio
ad perpetuae remunerationis lucra capes-
senda prodesse omnino confidimus. Idcir-
co omnium Sancte Dei Ecclesie, nostro-
rumque fidelium, presentium scilicet ac
futurorum noverit industria: quia no-
stra dilectissima conjugalis Gisla no-
stram deprecata est serenitatem, ut nos
ob amorem Dei & beate Virginis Ma-
rie, Sanctique Christi Confessoris Zenonis,
pariterque Michaëlis Abbatis, at-
que Monachorum in ejusdem Sancti Ze-
nonis Coenobio Deo servientium, Mo-
nasteriolum Sancti Theonesti Martyris Chri-
sti Tarvisio situm, pertinentem ad praedi-
ti Sancti Zenonis Monasterium, una
cum Monachis inibi degentibus & Ec-
clesiis atque familia, vel omnibus rebus,
sub nostra auctoritatis Precepto recipere
& confirmare dignaremur. Cujus piae

B petitioni aures nostre majestatis inclinan-
tes, idem Monasterium una cum Mono-
chis & familia seu rebus ad eum juste
pertinentibus sub nostra defensione suscep-
pimus, atque in futuro abere decrevimus.
Concedimus etiam illis annualiter ad
Ecclesiam Sancti Laurentii Marryris
Christi in Pendra Mercatum publi-
cum habere, & thelonaticum inde ad
Ecclesiae vel suos usus suscipere. Prae-
cipientes ergo jubemus, atque per hanc
nostru Precepti paginam omnibus interdi-
cimus, ut nullus Judex publicus, aut
quislibet ex judiciaria potestate ab hinc
in futurum in ipsas Ecclesias Sancti Theo-
nesti, & Sancti Laurentii, sive reli-
quas possessiones ad causas audiendas vel
freda exigenda, sive mansiones, seu pa-
ratas faciendas, aut illicitas occasiones
requivendas, aut homines supra terram
praedicti Monasterioli commanentes di-
stringendos nostris & futuris temporibus
ingredi audeat, aut ea, quae supra me-
morata sunt, penitus exigere presumat,
sed liceat ipsis Monachis quiete vivere
& Deo vacare, atque pro nostra sca-

Cen-

Conjugis nostre vel prole, sive totius Imperii nostri stabilitate, cum tranquillitate

A te Dei misericordiam implorare. Si quis vero &c.

Sigillum Domini



Cbuonradi serenissimi Romanorum Imperatoris Augusti

Locus ✠ Sigilli cerei deperditi.

Kadolebus Cancellarius vice Hermanni Archicancellarii recognovi.

*Datum II. Idus Julii, Anno Dominicae Incarnationis MXXXVII. Indictione V.
Anno autem Domni Cbuonradi Secundi, Regni XIII. Imperii XI.*

Actum Veronae ad Sanctum Zenonem, feliciter. Amen.

In hisce Diplomatis Mercatus vo-
eem vidisti. Edissere nunc mihi, num
Sabbatini, an verò solennes semel in
anno celebrandi Mercatus heic desi-
gnentur. Ceterum rursus fateor, sub
Mercatus nomine temporibus antiquiorib-
us, hoc est ante Sacculum Aerae
vulgaris XI. Nundinas quoque venisse.
Apud Campium in Histor. Pla-
centin. Tomo primo, pag. 476. An-
gilberga Abbatissa Monasterii Placen-
tini Sancti Sixti Anno DCCCXCVI.
petit ab Arnulpho Imperatore, ut si-
bi liceat Mercatum in festivitate San-
ctae Martinae ad Xenodochium ipsius

B *Monasterii congregare. Praecepit infra-*
idem Augustus, ut a XII. Kalendas
Junias usque in Nonas Julii liceat pars
ipsius Monasterii Mercatum ibidem cele-
brare. Nemo est, qui probe non in-
telligat, quid ista tonent. Et ex hi-
sce quidem Nundinis & Mercatibus
emolumenta non pauca, uti & nunc,
reportare olim mos fuit: quod ex Di-
plomate nuper edito constare potest.
C *Elucebit etiam ex Charta Odelrici*
Episcopi Patavini, cuius vetustum a-
pographum exstat in Archivo cele-
berimi Monasterii Patavini Sanctae
Justinae.

Oldericus Episcopus Patavinus Monasterio Sanctae Justinae Decimas,
paludes, Mercatum, & alia donat, Anno 1076.

IN nomine Domini Dei eterni. Anno
ab Incarnatione ejusdem Domini no-
stri Jesu Christi Millesimo Septuagesimo
Sexto. Regnante Dono Henrico Terio,
filio quondam Henrici Imperatoris Au-
gusti, tertio Kalendas Aprilis Indictio-
ne XV. Monasterio Sancte Justine Vir-
ginis, & Sancti Prosdocimi Christi Con-
fessoris sito extra Urbem Patavii, ubi
nunc Donnus Johannes Abbas preorsi-

D *natus esse videtur, ego Donnus Old-*
ericus Dei gratiâ venerabilis Sancte Ec-
clesiae Pataviensis Episcopus, qui pre-
fessus sum Lege vivere Romana, presens
presentibus dixi: Quisquis in Sanctis &c.
Idoque ego qui supra Donnus Oldericus
Dei gratia Episcopus dono & offero in
*eodem Monasterio Sancte Virginis Justi-
ne & Sancti Prosdocimi Christi Confe-
soris pro anime mee mercede, id est to-*

tum & integrum illarum Decimarum, quod vocatur Quartese, & tota Villa, que vocatur Maserata, in integrum. Seu dono & offero in eodem Monasterio omnem distinctionem de loco, qui vocatur Lignario de ipso latere de supradicto Monasterio; atque Decimam totius allodii, que ad Novum.... Et totam ipsam distinctionem, & totum ipsum redditum integriter in integrum. Etiam dono & offero da alio latere Lignario totam & integrum paludem, que vocatur Memora, sicut percurrunt & discurrunt in circuitu omnes fines & latera ejus in integrum. Item dono & offero in eodem Monasterio Mercatum unum cum omnibus juribus & condicionibus, quo-
cumque tempore placuerit tibi suprascripto Johanni Abbatii vel tuis successoribus & Monachis ejusdem Monasterii facere & ordinare, ac bedificare in onore Sancti Danielis ad vestram propriam utilitatem absque mea, meorumque Successorum, qui supra Oldericus contradictione. Quidam expondeo atque promitto me ego, qui supra Donnus Oldericus Dei gratia Episcopus una cum meis successoribus ad suprascriptum Monasterium, suisque Abbatibus ac Monachis suprascriptis, offensiones qualiter superius legitur, integriter in integrum ab omni homine aefensare &c. Hanc enim cartam offensionis Agicardo Notario Sacri Palatii tradidi & scribere rogavi, in qua hic subter testibus opuli reborandum.

Ego Oldericus Dei gratia Episcopus manu mea subscripsi.

A Signum manibus Chonradus Vicecomes &c.

B Ego Agicardus Notarius sacri Palatii, scriptor hujus concessionis post tradita complevi & dedi.

C D Est heic adnotata Inditio XV. quum tamen Anno MLXXVI. Martio Mense decurreret Inditio XIV. Ad quem nam referendus sit error, divinare nescio. Neque tibi persuades, ab Oldericus Episcopo jus instituendi Mercatus fuisse concessum. Spectabat hoc ad Reges, sive Augustos. Dono, inquit, & offero Mercatum usum, hoc est jus illud, quod ego, aut antecessores mei a Regia potestate impetrarunt. Conradus etiam Primus inter Augustos in Diplomate Anno MXXVII. Patavinae Ecclesiae concessio memorat Mercata & Castella super quascumque res & possessiones jam dictae Patavensis Ecclesiae, quae esse videntur, ut est apud Ughelium Tom. V. Ital. Sacr. in Episcop. Patavin. In iis vero Nundinis atque Mercatibus summopere curabat publica potestas ne fraudes aut furtum committerentur. Visitur adhuc lapis insculptum in atrio Cathedralis Lucensis sacramentum, quod praestare cogebantur quicumque ad Nundinas Sancti Martini Urbis illius patroni confluabant, atque est hisce verbis conceptum.

AD MEMORIAM HABENDAM ET JUSTITIAM
 RETINENDAM CURTIS ECCLESIE BEATI
 MARTINI, SCRIBIMUS JURAMENTUM, QVOD
 CAMBIATORES ET SPECIARII OMNES
 ISTIUS CURTIS TEMPORE RANGERII
 EPISCOPI FECERUNT, UT OMNES HOMINES
 POSSINT CUM FIDUCIA CAMBIARE ET
 VENDERE ET EMERE. JURAVERUNT
 OMNES CAMBIATORES ET SPECIARII,
 QVOD AB ILLA HORA IN ANTEA NON
 FURTUM FACIANT NEC TRECCAMENTUM,
 AUT FALSITATEM INFRA CURTEM
 SANCTI MARTINI, NEC IN DOMIBUS
 ILLIS, IN QVIBUS HOMINES HOSPITANTUR.
 HOC JURAMENTUM FACIUNT
 QVI IBI AD CAMBIUM AC SPECIES
 STARE VOLUERINT. SUNT ETIAM
 INSUPER QVI CURTEM ISTAM CUSTODIUNT,
 ET QVICQVID MALE FACTUM FUERIT
 EMENDARE FACIUNT ANNO DOMINI MCXI.
 ADVENENS QVISQVIS SCRIPTURAM PERLEGAT ISTAM,
 DE QVA CONFIDAT, ET SIBI NIL TIMEAT.

Heic memorantur duntaxat *Cambiatores* & *Speciarii*. Nomine *Cambiatorum* (nunc *Campsores* appellamus) designabantur Argentarii, Nummularii, qui aurum & argentum permutabant. At *Speciarii* voce non *Seplasiarios*, aut *Aromatarios* indicatos puto, sed quicumque negotiabantur vendendo *Species* omnes rerum reliquarum, sive supellecilia. Ab auro & argento *Species* distinguebantur apud veteres. *Trecamentum* heic non aliud esse videtur,

A quām *Tricamentum*, idest impedimenta & implications, uti Nonius Marcellus *Tricas* interpretatur. Nunc venio ad Mercatores. Nullum sane tempus excogitari potest, quo commercium aliquod non viguerit inter Italiā ac finitima Regna, praesertim vero inter hanc & Populos Orientis. Nam ut cetera mercium genera præteream, ex Oriente adferenda erant Aromata, & variae telarum ac panorum species, quae nulla alia telas

Ius

lus suppeditabat. Ipsa quoque Italia vinum, oleum, & varia opifia in Septemtrionales plagas emittebat. Quei procederet mercimonium Langobardis regnantibus, monumenta nulla me docent; rarissima quippe supersunt. Certe nuspian legimus, gentem illam tentasse classibus aequor, & maritima commercia suis navibus fovisse. At sub Francis Italiam potitis, mercaturae vestigia aperta habemus. Inter additamenta ad Langobardicas Leges pag. 114. Part. II. Tom. I. Rer. Italicar. protuli ego Capitulare Caroli Magni de Negotiatoribus, qui partibus Sclavorum & Avarorum (nunc Hungarorum) pergunta, quousque procedere cum suis negotiis debeant. Haec quidem Germaniam respiciunt, ut & alia Caroli ejusdem Capitularia apud Baluzium legenda. Sed nemo non intelligat, Italicos quoque iisdem temporibus non segnius institisse commutandis mercibus suis. Immo erat eis etiam commercium maritimum. In Annalibus Bertinianis ad Annum MCCCXX. ista leguntur: *In Italico mari oculo Naves Negotiatorum de Sardinia Italianam revertentium a pyratis capiae ac demersae sunt.* Et primas fortasse obtinebant Veneti in excolendis negotiis & advehendis mercibus. Nam quamvis Insularum Venetarum incolis ineunte Seculo Christi Sexto, in Salinis exercendis tota contentio esset, & inde eis fructus omnis enaseretur, & paupertas ibi cum divitibus sub aequalitate conviveret, uti Cassiodorus Lib. 12. Epistol. 24. scribit; procedente tamen tempore industrius ille Populus mercaturam facere adortus est ea animi contentione, ut ferme unus in Italiam importaret quidquid rari ac pretiosi Oriens gigneret, aut fabricaret. Teste Monacho Sangallen-*fi*, cuius verba in Dissertatione XXV.

A de Textrina attuli, dum Carolus Magnus in Italia versaretur, ejus Optimates modo de Papia venerant, ad quam nuper Venetici de transmarinis partibus omnes Orientalium divitias adveccrant. En ergo qui tunc navigandi in longinas regiones, & mercandi arte in Italia praestarent. Ac praecipue in Aegypto & Syria commercio vacabant, ut constat ex Historia Translationis Corporis Sancti Marci, quod circiter Annum Christi DCCCXX. Alexandriam furtim sublatum, & Venetias deductum traditur. Hoc autem commodum Venetis praestabant domicilia maritima, & foedera, alia que vincula cum Graecis, quorum Dandulus testis nobis est. Proinde in Paetis, quae Venetorum gens cum Regibus Italiae aut Augulis identem renovabat, hoc etiam statuebatur: *Negotia inter Partes fiunt, & licet dave quaecunque inter eos conveniret sine aliqua violentia aut contrarietate, ita ut aequa conditio utrarumque Partium Negotiatoribus conservetur.* Diploma Ottonis II. Augusti ego protuli in Appendice ad Pleniorum Expositionem Jurium Caesareorum & Estantium in Comaclum. Sed Venetis hoc olim satis non fuit. Servos habere & venumdare, non secus atque sub Graecis & Romanis antiquis, tunc erat in usu. Ex his alii erant Ethnici, alii, atque ii sine comparatione plures, Christi legibus addicti. Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis in Lib. de insolentia Judaeorum ad Ludovicum Pium Augustum, excoquerre non poterat, mancipia Christiana a Judaeis Lugduni habitantibus emi, eisque liberum fuisse mancipia ipsa Saracenis Hispanis divendere. Hoc, inquit, passi sumus a sautoribus Judaeorum, non ob aliud, nisi quia praedicatorum Christianis, ne mancipia eis Christianis

stiana non venderent, ut ipsos Judaeos Christianos vendere ad Hispanias non permetterent. Sed neque boni Veneti piaculum olim putabant abominandum hoc mercimonii genus exercere. Accipe quae de Zacharia Romano Ponifice Seculo praecedenti, hoc est circiter Annum DCCXLVII. vulgaris Epochae, Anastasius, sive quisquis sit vetustissimus Auctor, in ejus Vita habet: Contigit, plures Veneticorum banc Romanam advenisse in Urbem Negotiatores: & mercimonii nundinas propagantes (en quantum foret gentis hujus fervor ad Mercaturam) multitudinem Mancipiorum, virilis scilicet & feminini generis, emere visi sunt, quos & in Africam ad Paganam gentem nitabantur deducere. Quo cognito, idem sanctissimus Pater fieri prohibuit, hoc iudicans, quod justum non esset, ut Christi abluti Baptismate Pagani gentibus deseruissent. Datoque eisdem Veneticis pretio, quod in eorum emtione se d'disse probati sunt, cunctos a jugo servitutis redemit. En quo rapiat Christianos lucri & auri cupiditas. Sed ne sic quidem compressa est impia illorum avaritia. Nam & Dandulus in Chronico pag. 186. ad Annum Christi circiter DCCCLXXVIII. scribit: Quo tempore Mercatores Veneti lucri cupiditatem Piratis & latrunculis mancipia comparabant, & transfretantes de eis commercium faciebant. Cui manifesto facinori Duces obviare volentes, pie decreverunt, ne quis de mancipiis commercium faciat, vel in navibus recipiat. Ceterum, quando Judaeorum mihi nuper facta fuit mentio, addendum est, ut nunc, ita & iis temporibus gentem illam potissimum ad mercaturam faciendam animum intendisse. Dignum est, quod in hanc rem legatur Capitulare Caroli Magni, Anno DCCCVI. promulgatum. Statuit ille, ut singuli E-

A piscopi, Abbates, & Abbatissae diligenter considerent thesauros Ecclesiasticos, ne propter perfidiam aut negligentiam custodium aliquid de gemmis aut de vasis, reliquo quoque thesauro, perditum sit: quia dictum est nobis, quod Negotiatores Judaei, nec non & alii gloriantur, quod quidquid eis placeat, possint ab eis emere. Neque dubitandum est, an se se Judaei per Italiam quoque effuderint Seculis iis: nulla enim regio effugiebat eorum diligentiam. Agnello teste (florebat is circiter Annum Christi DCCCXXX.) in Vitis Archiepiscoporum Ravennat. Part. I. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 162. Ravennae servabatur Corona ex modico auro una, sed tamen habens pretiosissimas gemmas ita ut temporibus nostris interrogatus Judaeus Negotiator a Carolo (Magno videlicet) Imperatore, quo prelio venundari posset, adjecit, quod omnes opes istius Ecclesiae, & omnia etiam ornamenta & regmina, si venundentur, non possint eam explere. Vide Dissertationem XVI. de Foeneratoribus.

B C D E

Dixi de Venetis. Nunc noris, non disparem industriam, & navigationis ac mercatura curam olim celebres Amalpitanos reddidisse: quorum originem (eam tamen a fabulis prorsus immunem non praeslo) & varia itinera negotiando suscepta, vide in brevi Chronico, quod supra edidi in Dissertatione VI. de Ducibus Italiae. Ea quoque describit Anonymus Salernitanus in Paralipomenis a me editis Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. Cap. 75. Amalpitanos ergo Cap. 63. nobis exhibet idem Anonymus Salernitanus Tarentum profectos, & mercimonia secum gestantes Seculo Christi Nono. At subsequente Saeculo X. Luitprandum Ticinensem Historicum habeo haec omnia confirmantem in Opuscul. Legationis ad Nicephorum Pho-

Phocam pag. 487. Tomi II. Rer. Italicarum. Nam quum is pretiosas quasdam vestes emere Constantinopoli a Graecis prohiberetur, eis respondebat, minime rara esse apud Italos ejusmodi Pallia. Petentibus iis, unde haec Italia acciperet, reponebat Luitprandus: *A Veneticis & Amalphitanis institutoribus, qui nostris ex visualibus, haec ferendo nobis, vitam nuntiunt suam.* Tradit etiam idem Scrip-
tor, in exercitu Graecorum contra Assyrios ceteris praestitisse Veneticos & Amalphitanos; quodd specie ridentis effert, quasi id hominum genus e sagacitate potius ac solertia in mercando, quam e fortitudine in militando spectabilis tunc foret. Accipe nunc, quid de Amalphitana Civitate Seculo Christi XI. scripserit Guilielmus Apulus Lib. 3. de Normannis:

Urbs haec dives opum, Populoque referta videtur.

Nulla magis locuples argento, vestibus, auro.

Partibus innumeris, ac plurimus Urbe moratur

Nauta, maris, caelique vias aperire peritus.

Huc & Alexandri diversa feruntur ab Urbe,

Regis & Antiochi. Haec freta plurima transit.

His Arabes, Indi, Siculi noscuntur, & Afri.

Haec gens est totum prope nobilitata per Orhem,

Et mercanda ferens, & amans mercata referre.

Haec sane magnifica de hujusmodi Populo. Hugo etiam Falcandus in Praefatione ad Histor. Sicul. Panormum Anno MCLXXXIX. describens, memorat ibi positum Amalfitanorum

A vicum, peregrinarum quidem mercium copiā locupletem, in quo vestes diversi coloris ac pretii, tam Sericae, quam de Gallico contextae vellere, emitoribus expnuntur. Chorum claudat Guilielmus Archiepiscopus Tyrius Lib. 18. Histor. Sacr., qui post descriptum Amalphitanae Civitatis situm, haec subdit: *Hujus regionis habitatores, ut praediximus, primi merces peregrinas, & quas Oriens non noverat, ad supra nominatas partes (hoc est ad Regnum Hierosolymorum, Syriam, & Aegyptum) lucri faciendi causā inferre tentaverunt.* Haec ab Amalphitanis acta ante receptam Anno Christi MXCIX. Hierosolymam a Christianorum exercitu; iisque in ipsa sacra Urbe tunc Aegyptio Sultano subiectā constituerant duo Coenobia, atque unum Xenodochium. Quare vides gentis vires & famam vetustis temporibus late propagatam. Acces-
fere deinde Pisani & Genuenses, qui praecipue post Annum a Christo nato Millesimum non mercaturam tantum facere, sed & classes contra Sarace-
nos parare coeperunt; fortassis etiam & piraticam exercere. Pisae in pri-
mis opulentum Mediterranei maris emporium sensim evaserunt. Gaufredus Malaterra Lib. 2. Cap. 34. His-
tor. Siculae ad Annum MLXIII. au-
tor est, Pisanos Mercatores saepius navalí commercio Panormum (tunc Sa-
racenis subiectum) venire solitos fuisse. Addit Lib. 4. Cap. 3. Pisanos,
qui apud Africam negotiando profici-
bantur, quasdam injurias passos, exerci-
tu congregato, Urbem Regiam Regis Tunicis oppugnantes, usque ad majorem Turrim, qua Rex defendebatur, cepisse.
Aditus quoque fuit ad portum Pisau-
num, atque ad ipsam Civitatem na-
vibus Saracenorum: quam liberta-
tem, ac morem Donizo Monachus
Lib.

Lib. primo, Cap. 20. de Vita Matildis Comitissae carpit acribus verbis. Aegre enim ferens, quod Beatricis Ducissae corpus non Canossae, sed Pisis, tumulatum fuisset, Urbem illam tanto honore minime dignam ait. Et quidni? Audi bonum virum:

Qui pergit Pisas, videt illic monstra marina.

Haec Urbs Paganis, Turcis, Lybici quoque Partibus

Sordida: Chaldaei sua lustrant litora terri.

Sordibus a cunctis sum munda Canossa &c.

Haec ille circiter Annum MCXV. scribebat. Neque dubito ego, quin Pisis illi Civitatis parti, sive suburbio, quod olim Kinsica appellabatur, & saepe in Historiis Pisaniis memoratur, nomen dederint Saraceni, olim Pisis mercaturam facientes. Vide quae de illa Pisarum parte scriptit in Epistol. de Pandectis Doctiss. & Clariss. Vir. D. Guido Grandius. Annales Pisani Tom. 3. Ital. Sacr. ad Annum MCLVI. haec habent: *Pisanii fecerunt Barbacanas circa Civitatem & Hinticam, & miraverunt a turre.* Vide Annales Pisani a me editos Tomo VI. Rerum Italicar. ubi scriptum est: *& Kinsicam miraverunt a turre &c.* Sancta Bona, Virgo Pisana, Anno MCCVIII. defuncta, ut habetur in ejus Vita a Patribus Societ. Jesu in Aet. Sanctor. ad diem XXIX. Maii edita, nata est in Civitate Pisana, parte, quae Chinisca dicitur, juxta Arnum fluvium, in Parochia Sancti Martini. Scribendum ibi Chinisca, uti & infra legitur in Vita quoque Beatae Clarae Pisanae ad diem XVII. Maii; ubi memoratur locus situs Pisis in parte Civitatis posteriorum Tom. VI.

Arioris, cui Chinisca nomen, in fronte Vici Sancti Aegidii, qui locus hodie nomen proprium habet a Sancto Deminico. Attamen verum amo: si quis vocem Hinticam sustinere velit in editione Ughellii, offerre nobis poterit Graecum vocabulum ιθινη, quod reconditorum significat. Pisaniis usurpari potuit vox Entbeca, & Inticha, seu Hinticha, nunc Italice Magazzino. Florentini Vocabularii Auditores Italicam vocem Endica ita definiunt: *Il comperar robe per serbarle, e poi a tempo rivenderle per guadagnarvi.* Scopum minime attigisse mihi creduntur. Nihil aliud est Endica apud Joannem Villanum, nisi Magazzino: neque significat Incetta, uti illi subdunt. Vide Du-Cangium ad vocabulum Entbeca, qui nonnulla vetetum exempla in hanc rem congerit. Vide & infra Dissert. XXXIII. de Orig. Ital. Vocum ad vocem Endica. Proinde frustra sudavit Menagiūs, ut vocem Endica ab Emo petrāheret. Ejus origo, ut dixi, Graeca est. Redeo nūc ad Pisanos Mercatores. Donizōni supra memorato synchronus Hariulfus Monachus Centulensis, elogium Anscheri Abbatis contexens, & Mabillōnio editum in Annalib. Benedictin. Tom. V. inter ejus laudes hanc refert: *Notior Urbanis, & ditior ille Pisaniis.* Quibus ex verbis innotescere potest, quanta tunc divitiae Pisano Populo farent, quando supra ceteros Populos ditiores fuissent traduntur. Eo autem crevit Pisaniorum, & Genuensium potentia in Oriente; ut Saeculo Christi XII. Graecorum Imperatores utrique Populo annum censum persolverint, uti Annales Pisani, & Cafari

fari editi fidem faciunt. Anconitani quoque olim ob mercaturam celebres fuere: propter quod inter eos, & Venetos similitates ac bella non semel intercessere.

Et sane quām solicite Italica gens etiam antecedente Saeculo XI. mercaturae operam dederit, indicabit Epistola quinta Lib. 2. Gregorii VII. Romani Pontificis ad Episcopos Francorum, scripta Anno MLXXV. Praeter alia gravia crimina, quae is eorum Regi objicit, hoc in rem nostram adnotandum est. *Quin etiam, ait, Mercatoribus, qui de multis terrarum partibus ad Forum quoddam (hoc est, ad una Fiera) in Francia nuper convenerant, quod antebac a Rege factum fuisse nec in fabulis resertur, more praedonis infinitam pecuniam abstulit.* Neque heic stetere pro Mercatoribus Italicis a Gallico Rege expilatis imperterriti Pontificis querelae. Vide & alteram Epistolam, nempe XVIII. Lib. 2. eodem Anno exaratam ad Guilielmum Comitem Pictaviensem. Illic enim querimoniam ipsam refri- cans idem Sanctus Gregorius, de Francorum Rege in haec verba dolet: *Adeo Regiae dignitatis posthabuit verecundiam, ut avaritia potius inflammante, quām ratione aliquā poscente, Italiae Negotiatores, qui ad partes vestras venerant, depraedatus fuerit.* En quo in loco tunc esset Italicorum industria, simulque externe gentis erga illos iniquitas. Non dispare scaenas, sed subtiliori arte substructas, tempora quoque nostra spectarunt. Quod si fides Constantino Cajetano Abbati Ordinis Sancti Benedicti habenda est, primi Pisani fuere, qui operam derunt, *ut quando Mare nullis antea*

A legibus navigabatur, certis in posterum ejus navigatio coēceretur. Ita ille in Notis ad Vitam Gelasi II. Papae, Tom. III. pag. 402. Rer. Italicarum. Probatas verò fuisse has leges Anno MLXXV. a supralaudato Gregorio Septimo idem tradit: sed quam certis Tabulis (nullas enim laudat) ille viderit. Earum verò Legum, quae Italice *il Consolato del Mare* inscribuntur, meminit in Epist. de Veter. Pisan. Constit. Cl. V. Dominus Virginius Valsecchius Monachus Benedictinus, in Gymnasio Pisano Histor. Ecclesiasticae Professor, easque testatur egregie explicatas Opusculo edito ante paucos annos a Josepho Maria Casaregio Jurisconsulto praestantissimo. Potissimum verò ad fovendum ac amplificandum mercium ac rerum venalium commercium exarsere Italicorum animi, postquam complures e Civitatibus Seculo XII. in libertatem sese vendicarunt; nusquam enim melius est Mercaturae quām in Civitatibus liberis, & Republicae formam custodientibus. Tuac ergo multis in locis invaluit mos creandi *Consules Mercatorum*, qui & adhuc alicubi perdurat. Multa erat auctoritas ejusmodi munere fungentibus tum ad componendas, aut dirimendas Mercatorum lites, tum etiam ad puniendos quorumdam criminum reos, & ad foedera etiam cum exteris ineunda. Nullam ego antiquiore de his memoriam hactenus inveni, quam quae mihi occurrit in vetustis Libris MStis adservatis in Archivo Senatus Mutinensis. Longe tamen antea aduentum fuisse eorum munus arbitror. En ergo Tabulas Mutinenses.

Pacta concordiae initae inter Consules Majores & Consules Mercatorum Mutinae, & Consules Majores & Consules Mercatorum Lucae, Anno 1182.

IN Dei Patris omnipotentis nomine. Amen. Brevis descriptus causa memorie, qualiter hoc actum est intra Luce Civitatem in domo filiorum quondam Tadolini, bonorum virorum presentia, quorum inferius scripta apparebunt nomina. Quoniam ea, que fiunt a Consulibus, sive Rectoribus Civitatum ex multiplicitate negotiorum tum temporum mutabilitate facililime a mentibus hominum decurrent: dignum est, ut ea, quae stabili debent vigore letari, per scripturæ officium imposterum reducentur memorie. Et ideo omnes presentem scripturam videntes, securitatem & promissionem, atque concordiam factam inter Majores Lucensium Consules & Consules Mercatorum Lucensium, & Consules Majores & Consules Mercatorum de Mutina, tale esse cognoscere possunt. Cujus talis est materia. Ego Carnelvare Dei gratiâ Major Mutinensis Civitatis Consul, pro me, & Bocha de Lucio, & Preso, & Coradino Munarii, & Alberto Tosii, & Bravo, & Passavante de Carandola, & Parisio, meis Sociis, & pro Mutinensi Civitate, & ego Guilielmus de Atto Dei gratiâ Mutinenium Mercatorum Consul pro me, & Gandulfò Judice, & Hermanno Pegolocti, & Jambone de Filita Mutinenium Mercatorum Consul, promittimus & securamus vobis Suffredicio quondam Uberti Sandei & Sigiberto quondam Januensis, recipientibus pro vobis, & Alberio Vecchi, & Turchio Malarie, & Guidone Paganelli, & Uggolino quondam Curiamontonis, atque Kecio quondam Rolandi, vestris Sociis, nec non Federico Canestri, & Uberito Tadolini, atque Quiliotioni quon-

A dam Pagani Consulibus Mercatorum recipientibus pro vobis, & Baldineto Stulti, & Tederelo quondam Fredicionis Veteri Lucensium Mercatorum recipienti pro te, & Clanne Cervelati tuo locio, ita videlicet, quod nos predicti Majores Mutinenium Consules, & Consules Mercatorum, ac nostri successores, sive Mutinenium Potestas, de hinc ad proximas Januarii Kalendas. & acinde ad novem proximos annos expletos custodiemus & juvabimus & salvabimus atque defendemus unamquamque personam Lucensis Civitatis, ejusque burgi, & fortie atque Districtus, & eorum habere per totam fortiam & Districtum Civitatis Mutinensis terrâ & aquâ; & quod infra praeditum terminum faciemus, vel fieri faciemus rationem & bonum usum hominibus & personis Lucensis Civitatis, ejusque burgi & fortie atque Districtus, secundum rationem & bonum usum predictæ nostre Mutinenis Civitatis. Et hoc faciemus infra quadraginta proximos dies post inquisitionem nobis factam ab Luce Consulibus, vel per eorum literas sigillo Lucensis Civitatis signatas.

Hæta fuerunt hec omnia presentiâ Villani & Lamberti germanorum quondam Tadolini Lucensium Civium, & Bendiffido, & Rolento filio Caffonis, & Marchexino de Paterna, Missorum predictorum Consulum Mutine, & Rustichello, & Joppo, & Luchense Missis predictorum Consulum Mercatorum Lucensem. Anno Dominice Nativitatis Millleximo Centesimo Octagesimo Secundo, Octavo Kalendas Marcii, Indictione Quinta decima.

Henrigus Domini Imperatoris Notarius, & predictorum Majorum Lucensium Consulium Scriba, bis omnibus interfui, & hec omnia memorie causâ in publicam scripturam redegi.

Ut hinc liquet, praeter Consules Majores, qui supremo munere & Magistratu in liberis Civitatibus tunc fungebantur, erant & Consules Mercatorum, quorum non mediocris au-

A Etoritas fuit, quando ad percutienda paœta publicorum foederum & ipsi adsciscebantur. Occurrit mihi eorumdem quoque Consulum mentio in altera Charta, quam servavit nobis antiquissimum supra laudati Senatus Mutinensis Regestum. Et hanc producere non inutile erit, tum ad ista confirmanda, tum ad noscendos alios eorum temporum mores.

**Paœta Foederis & Societatis, quam Ferrarienses ineunt
cum Mutinensibus, Anno 1198.**

IN Christi nomine. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo Centesimo Nonagesimo Octavo, Indictione Prima. Ego Ferrariensis juro guardare & salvare Homines Mutinenses in personis & rebus, & omnes res & personas in toto districtu Ferrarie & in Ferravia: & quod non auferam aliquod toloneum, vel aliquam Datiam eis in Ferravia, & in districtu Ferrarie, vel in Episcopatus Ferrarie, occasione cuiuscumque persone magne vel parve, Pape, vel alterius, vel nomine Universitatis mee, vel alterius. Et remittam Mutinensibus omnem Datiam, & omnem toloneum, quod dare consueverant occasione cuiuscumque persone, sive Apostolici, sive Imperatoris, vel Communis Ferrarie, vel quacumque alia occasione. Et quod de cetero non auferam, nec auferri patiar, nec novum aliquod imponam; & si ablatum fuerit, restituam, vel restituam faciam infra octo dies, exceptis tribus denariis pro modio salis, & non plus illo tempore accipietur; & si aliqui Civitati remissum fuerit, vel sibi hoc bonus remisero, a Mutinensibus non exigetur nec auferetur: & si ablatum fuerit, vel exastum, eis restituam. Item juro ego Ferrariensis, quod semper tenbo omnes homines Mutine, & Epi-

Scopatus justa me ad voluntatem Consulium Mercatorum Mutine, locatis primo Ferrariensibus in foro Ferrarie, & in omnibus aliis Mercatis ad Ferrariensem consuetudinem, secundum quod in me facio de Datiis & stationario fori, tam de tabulis, quam de aliis stationibus; nec ultra quod scriptum est, eos gravabo. Et si meam datiam, vel stationaticum augere voluerem, & binam Mercatoribus Mutine in Foro Ferrarie assignatam pro drappis grossis eis conservabo. Item juro, quod permittam Mutinenses sine impedimento Ferrariam libere ire per terram & aquam Ferrarie sursum & jusum, ubi voluerint, nisi ad domos inimicorum Ferrarie, pro suis negotiationibus, vel aliis rebus exercendis. Item juro, quod non faciam Societatem cum aliqua Civitate vel Loco, nisi parabolam Mutinensem. Item juro adjuvare Mutinenses & Civitatem Mutine contra omnes personas & Civitates & loca, ita ut in unoquoque quinquennio renovetur hoc sacramentum. Et quicumque fuerit inimicus Mutine sive Civitas sive persona sive locus, tenebo eum inimicum Ferrarie, donec fuerit inimicus Mutine; & a mea terra & aqua prohibeo, donec fuerit inimicus Mutine. Et si Mutinens-

nenses fecerint Castellum sive hedificium in Districtu vel Episcopatus Mutine, & aliqui Ferrarienses voluerint ibi venire ad habitandum de Civitate vel de Districtu Ferrariæ, non prohibebo, & venire permittam. Et si aliquis districtus est per sacramentum, vel erit, ne veniat ad habitandum in illo Castello vel hedificio vel Episcopatu Mutine, vel relinquit locum, in quo habitat, cum a sacramento liberabo, & liberum arbitrium veniendi ei permittam. Et nullum bannizum Mutine tenebo nec recipiam, postquam requisitus fuero. Et blasbam omnis Mutinensis, scilicet de sua terra, vel si suis operibus questierit, vel suis animalibus, vel aliunde de alio Episcopatu vel districtu ducere voluerit eam Mutine vel alibi, venire non prohibeo, vel aliam quamcumque rem vel mercationem per meam terram, vel per meam aquam, vel per meum Episcopatum vel Districtum. Item juro, quod bis in anno exercitum cum Pedibus & Militibus communiter ad meas expensas Mutinensis faciam, ubicumque voluerint, & manere cum eis ad eorum voluntatem per octo dies postquam eis adjunctus fuero, & eos bona fide adjuvabo.

Item juro, quod Salem non dabo aliis Civitatibus vel aliis locis vel personis, nec portari permittam per totam meam aquam & meam forciam & meum Districtum. Et si quem alibi quam Mutinam portare voluerit, prohibebo, & bannum pro hoc ei auferam, exceptis Paduanis & Veronensis, qui nec a Fizero supra deferre debeant per terram nec per aquam, & Mutinensis omnibus, & his omnibus, qui per Mutinam portare voluerint, dabo, nisi Mutine permissu. Et juro, quod nec faciam pacem vel concordiam cum aliqua Civitate, cum qua Ferrarienses habeant guerram vel habebunt sine permissu Mu-

tine & Refforum Mutine. Item juro, quod permittam Mutinensis suum navigium habere, sicut modo est, meliorare, reficere, mutare ad voluntatem Mutine usque in Padum, & omne impedimentum inde auferre; nec predicto navigio vel edificio, si quod in eo facere voluerint, aliquo unquam in tempore aliquod impedimentum faciam, & ab omni homine imbrigare, disturbare volente Mutinenses adjuvabo. Daciam quoque, quam Mutinenses posuerunt super portum Salis usque ad eam quantitatem, quam Ferrarien. dant, ratam habeo. Item juro, quod bis in anno Mutinensis cum Militibus & Architoribus per Commune ad voluntatem Refforum Mutine exercitum faciam, secundum quod in Civitate & Districtu reperiretur, & per octo dies, secundum quod dictum est, stare meis expensis. Item juro, quod bannum piscium non tenebo eis. Item juro, quod si Mutinenses voluerint rationem de Ponte Ducis & ejus territorio, eis faciam rationem sub duobus communibus amicis, quorum unum eligant Ferrarienses in Mutina, & alium eligant Mutinenses in Ferrariæ, qui juvent infra tres menses causam per rationem & bonum usum vel convenientiam, que utrique parti placeat, definire, & eligant arbitros, si Mutinenses voluerint, & eorum sententiam servabo. Et hoc sacramentum in omnibus supradictis capitulis per unumquodque quinquennium renovabo, & ab aliis de Civitate vel Episcopatu Ferrariæ qui non fecerint, a quindecim annis supra, & a septuaginta infra, de novo faciam renovari vel fieri. Et si aliquod additum vel diminutum fuerit consensu utriusque partis, facto Consilio publico, sonato publice ad campanam publicam, observabo. Et si aliqua discordia de predictis, vel aliquo predictorum, vel quocumque alio apparuerit inter eos, per duos ho-

mines de his Civitatibus componatur, qui ab his Civitatibus predicto modo elegantur, & quod ab eis statutum fuerit, observabo, nihilominus omnibus supradictis firmis manentibus, licet dicta discordia apparuerit, infra triginta dies diffinient. Et hec omnia in perpetuum observabo. Et hoc sacramentum facient omnes de Episcopatu & Districtu Ferrarie a XIV. annis supra, & a LXX. infra. Et Potestas Ferrarie jurabit, quod omnia suprascripta faciet observari supradictis omnibus personis. Et nullum Reformatum eligam in perpetuum, neque eligi permittam, & si electus fuerit, in eum non consentiam nec parebo, nisi predictum faciat sacramentum, cum jurabit de regimine Civitatis. Et mensura Salis Mutine cum rasura rasa, quam constituent Consules Mercatorum Mutine cum Consulibus & Mercatoribus Ferrarie, concorditer mensurabo vel mensurari faciam, nec cum atia mensurabo vel mensurari faciam vel permittam.

Hoc sacramentum, ut perlegitur, & ut in predicta Carta continetur, fecit Petrus quondam Alberti Adegerii, Mutine in Consilio publice sonato; & insuper juvavit, quod faciebat voluntate & parabola Potestatis & Consulum Ferrarie, & quod ei parabolam sic juriandi & complendi, ut perlegitur, dederunt, & postquam sibi dederunt, non abstulerunt, neque vetaverunt. Presentibus Consulibus Mutine Majoribus, & Mercatorum, scilicet Domino Jacobo de

A Gorzano, Dominò Ugone Novello, Domino Uberto de Fredo, Domino Carnelvario, Domino Alberto Buccelucii, Rainero de Parma, & aliis pluribus. Anno Domini MCXCVIII. Indictione Prima, die Marris Kalendis Septembris. Eodem Anno & Mense, die Veneris XI. intrante Septembre, apud Castrum Massa in Choro illius Ecclesie, & in portico Canonice, & in Ecclesia Sancti Martini juraverunt hoc Sacramentum, ut in presenti Carta continetur, Dominus Iaac Ferrariensem Potestas, & alii de Consilio Ferrarie, videlicet Salinguerra Taurelli, & alii plures.

Ego Berardus sacri Palatii, & invictissimi Imperatoris Federici Notarius rogatus scribere scripti, & omnibus suprascriptis interfui.

Ex hac Charta intelliges, nondum Anno MCXCVIII. excidisse morem numerandi Indictionem novam Kalendis Septembribus. Atque ita Civitates mercimonio addictae foedera & pacta cum finitimis ad tutelam ac utilitatem Mercatorum suorum instituebant. Quid inter se eâ de causâ pacti fuerint Bononienses & Ferrarienses, juvabit nunc perspicere in Instrumento, quod mihi suppeditarunt vetustissimae membranae adservatae in Archivo Serenissimae Familiae Estensis. Et heic multa habentur, quibus eorum temporum mores illustrantur.

Pacta concordiae initae inter Bononienses & Ferrarienses, Anno 1193.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Hic est tenor antique Pacis & concordie factæ tempore Domini Gerardi Gisle Episcopi, & tunc Potestatis Bononie, inter Ferrarienses & Bononienses.

En Dei eterni nomine. Anno Domini Nativitatis Millesimo Centesimo Nonagesimo Tertio, tempore Celestini Pape, & Henrici Imperatoris, die X. intrante Mense Martio, Indictione XI. in Duxielo in Ecclesia Sancte Marie.

Nos

Nos Ferrarienses juramus Pacem Bononiensibus & hominibus de Comitatu & districtu & Episcopatu, & eos salvare & custodire in Civitate Ferrarie & Comitatu & districtu: nec in Episcopatu Bononie & districtu, nec in alieno, studiose eos offendere. Et si qua offensa facta fuerit, infra triginta dies sub Arbitris electionis emendatio fiat, nisi remanserit consensu partium, & justo impedimento, de re sine pena. Si res compareat, restituatur: sin autem, extimatio. Si deterioratio sit facta, emendetur, dato sacramento illi, cuius erat; si noluerit jurare, arbitrio Arbitrorum emendetur tam de extimatione quam deterioratione. Si persona, que offensam fecerit, non compareat post requisitionem, in banno a Rectore vel Rectoribus illius Civitatis ponatur, & de banno non extrabatur, nisi satisfecerit. Si vero compareat, & satisfacere non poterit, persona tradatur. Et si aliquis de Civitate Ferrarie & Comitatu & districtu, vel de alterius Civitate & districtu vellet venire in servitio Communis Bononie, nisi esset inimicus Communis Ferrarie, non prohibebo. Bannitos a Civitate Bononie, ex quo fuero requisitus, in mea Civitate & districtu non tenebo scienter. Si qua possessio mobilium & immobilium fuerit intromissa a Communi Ferrarie, ex quo ista discordia intervenit, & res compareat, restituere faciam sine Placito. Et si aliquid pervenit Communi Ferrarie, quod fuisset ablatum extra Civitatem Ferrarie & Comitatum & Districtum, sub Arbitris emendare faciam cap. rei, vel rem sine pena. Si vero a privatis in Civitate Ferrarie & Comitatu & districtu & Episcopatu, vel in alterius districtu aliquid fuerit ablatum, sub Arbitris emendari faciam sine usuris & rem sine fructibus & cap. rei. Et sententias, que retro date fuerunt, firmas

- A tenere faciam, & hoc ante istam discordiam. Et si qua possessio fuerit impedita, que data fuerit vel dimissa, jurare faciam, quod non impediet. Et si testes fuerint necessarii, de meo districtu illis, qui causam babebant, dabo sicut meis Civibus, si petierit. Et hec omnia supradicta fient & observata erunt ex parte Bononiensium Ferrariensis.
- B Et illi, qui passi sunt, & parentes eorum & feminine usque ad quinque gradus a duodecim annis supra usque ad sexaginta, & postea omnes Ferrariensis Comitatus & Episcopatus a quindecim annis usque ad quindecim jurent Pacem in perpetuum, ex quo Arbitr erit electus a Ferrariensis, infra octo dies, vel Rectores Bononie teneantur dare, & illud facient facere, ex quo electus Arbitr a Bononiensibus fuerit.
- C In toloneis sic stabilitum est, quod Ferrarienses Bononiensibus nihil debent accipere, & ab his, qui sunt de Comitatu eorum & Episcopatu, de his rebus, que sunt apte ad comedendum: & debeant vendi Ferrarie occasione tolonei, & alia, que si alibi portarent per Ferrariam, duodecim Imperiales de nave sive magna sive parva, nisi remittere velint, & de singulis navibus in eundo & redeundo a Ferraria in sursum in Lombardiam duos Solidos Ferrarienses vel Bononienses, sive veniat navis de sursum sive de Lombardia; & ultra Monte de Torsello Cavalcarizo duos Solidos Ferrarienses vel Bononienses; & de soma totidem. Si vero Venetias iherit cum navi honerata, duos Solidos Ferrarienses vel Bononienses: de navibus duos Solidos Bononienses de soma. Et si de his rebus, de quibus semel toloneum datum est, aliquid comparaverit & reducerit, de eo nihil debet dare, nec de navi ipsa, nisi de eo quod superaderit, & hoc ostendo sacramento Bononic. Si autem redierit a Venetiis
- D
- E

cum alia navi onerata, dabit duos Solidos Ferravienses vel Bononienses de navi. Si de mercibus nihil nisi de supposito. Si vero redeat a Venetiis, cum nihil dedisset, duos Solidos Ferravienses vel Bononienses, de Torsello & Soma totidem. Si vero magnam navim divideret in plus, non det nisi duos Solidos Bononienses vel Ferravienses, si primo dati non fuerint. Et hec fient, nisi cum Bononienses venerint in Foro annuali Ferrarie: tunc enim nihil dabunt pro navi vel rebus, que sunt in eis, vel qui sunt de Episcopatu & Comitatu, undecimque venerint. In Foro vero annuali, novem Ferravienses vel Bononienses. Et de storatica & tabula totidem, si fuerit Cambitor: & nihil plus de forcatica stationum. Idem facient Bononienses, quod alii Lombardi. Et de equo & astino & bove, tres Ferravienses vel Bononienses, nisi sint Milites vel Clerici: & de aliis bestiis minutis secundum quod consueverunt. Et liceat Bononiensibus ire & redire, ubicumque Ferravienses vadunt, cum mercibus sine mercibus, excepta mercatione Salis, qua ire non debent per aquam Ferrariensem & mercatione piscium excepta, si vellent portare in Lombardiam. Si vero Ferravienses non vadant ad aliquam Civitatem vel locum pro guerra vel banno, nec Bononienses ibi vadant cum mercibus, sed sine mercibus liceat eis ire, dum tamen non vadant ad eorum offensionem; & cum mercibus redire, dum tamen non sint de mercibus inimicorum, nec in terra eorum empte, & non deserant in navibus inimicorum, vel cum personis eorum vel rebus. Et idem facient Ferravienses eorum parte: & liceat Ferraviensibus ire & redire cum mercibus & sine mercibus, ubicumque Bononienses vadunt. Si vero Bononienses non vadant ad aliquam Civitatem vel locum pro guerra

A vel banno, nec Ferravienses ibi vadant cum mercibus: sed sine mercibus liceat eis ire, dum tamen non vadant ad offensionem Bononiensem: & cum mercibus liceat eis redire, dum tamen non deserant de rebus inimicorum, vel veniant cum personis, & rebus eorum. De modio seminis Lini, & valanie, & folie, dent Bononiensibus duodecim Solidos Bononienses vel Ferravienses. De omnibus rebus, que pondere emuntur, de centenario tres Solidos Ferravienses vel Bononienses, nisi in Foro annuali, in quo nihil dare debent. Et de centenario piscium tres Ferravienses vel Bononienses. De vegeta vini staurium unum ad staurium Ferrarie pro ripatico. Et blavam, quam habebunt Bononienses in terris suis in Comitatu Ferrarie, vel quas lucrati fuerint crituratione & blavam, quam joculatores acquirunt, & spiculaturam, & licium, quam Saltine acquirunt, quiete duce permittantur. Idem faciant Bononienses Ferraviensibus. De fareatica, que fiet in territorio majoris Ecclesie, debent dare duos Solidos Imperiales. De tabula Camporum & Mercatorum panni majoris totidem, & non plus. Si alii minus darent, Bononienses minus dabunt. Et in omni quinquennio sacramenta predicta ab utraque parte renoventur. Et Potes & Consules juvent omni anno predicta observare. Et si aliqua persona de his, qui pacifiti fuerunt, vel aliquis de propinquis eorum vel heredum eorum, qui ad banc pacem vocatus fuerit, & ad securitatem prestandam pro pace a predictis personis servanda pacem fregerit, vel frangere secerit, expellatur de Civitate & Episcopatu, & Comitatu Ferrarie, & bona ejus destruantur & dentur Bononiensibus, nec recipiatur, nisi satisfecerit illi, cui offensa facta fuerit. Idem facient Bononienses de filiis Henrici de

Fratella, & eorum heredibus, & qui ex parte eorum vocati fuerint. Ad hec fuerunt testes presentes Ramisanus & Guezzus Consules Bononie, Rambertus de Albaro, Manfredus de Ugone de Ramisano &c. Maranus tunc Massarius Communis Ferrarie, & plures alii.

He sunt quedam adjectiones facte prescripte Concordie & Paci tempore Domini Girardi Gislae Episcopi, & tunc Potestatis Bononie, & Domini Guizardi tunc Potestatis Ferrarie, & sacramentum ejusdem Domini Guizardi Potestatis Ferrarie. Nec aliquod soloncum a Ferrariensis accipiant vel eis auferant, nisi antiquum & consuetum, & quod fuerit probatum a Bononiensibus per testes sub Arbitris, & ex tali tempore, quod Arbitri antiquum judicaverint. Et de eo, quod tunc dabatur antiquitus Lucensis pro soloneo, debent dare duos Ferrarienses & non plus. De lignis nibil debent dare. In Duliolo & Galeria tantum, ex quo Arbitr erit electus a Ferrariensis infra octo dies Potestas vel Rectores Bononie teneantur dare eis. Dominus Guizardus tunc Potestas juravit, quod illa Capitula, que sunt scripta Ferrarie de Pace tenenda & propter pacem tenendam inter Bononienses & Ferrarienses secundum quod est constitutum, quod ipse observabit & observare faciet omnibus hominibus Ferrarie, quod Dominus Episcopus & Potestas voluerit. At hec fuerunt presentes Dominus Jacobus Funtane, Dominus Albertus de Aldigerio, Guido de Turrobo, Rambertus de Albaro, Ramisimus, Guezzus, Zacharias Judex, & plures alii, Millesimo Centesimo Nonagesimo Tertio tempore Celestini Pape & Henrici Imperatoris in Duliolo Indictione XI.

He sunt interpretationes antique Pa-
cis & concordie facte super quibusdam
Tom. VI.

(*) In Regesto MSto Bononiensi legitur de Bombacio.

(**) Bononiense Regestum habet de Riglis.

A Capitulis, super quibus erat discordia inter Ferrarienses & Bononienses. In Christi nomine. In Millesimo Centesimo Nonagesimo Quarto, tempore Celestini Pape, & Henrici Imperatoris, die XI. Mensis Februarii, Indictione XII. apud Galeriam. Cum discordia esset inter Sapientes Bononie & Sapientes Ferrarie de interpretatione Some, de quibus mercationibus & rebus debent Bononienses dare datum pro soma in Ferraria, ita a Sapientibus utriusque Civitatis, qui inferius leguntur, qui ad hoc ordinandum & statuendum insimul fuerunt, fuit amicabiliter interpretatum, quod de istis rebus debent solvere Bononienses pro soma. Scilicet de omnibus drappis de (*) batilicio, de lume zucarina, de grana de Brasile, de pellibus de vulpe, de leporinis, de coniliis, de variis, & grisis: de pipere, de zucaro, de zanfrano, de indigo, de incenso, de speciebus, de coloribus, de cera, de agnellinis, de curionibus, de lutriis, de martiris, de chartis, de rammo. De ceteris aliis mercationibus & rebus debent dare Bononienses pro nave, excepto quod de ferro laborato, scilicet de (**) figlis, & de tallonis, debent dare Bononienses pro unoquoque sacchetto usitato & consueto Ferrarinum unum. Et in hoc exceptantur mercationes, quas emerint in Ferraria, de quibus debent solvere secundum quod continetur in Charta Pa-
cis, salvo eo quod est de portu Salis in Ferraria, sicut alie Civitates amice Fer-
rarie. Ad quam interpretationem fuerunt Guidottus de Urso Consul Bononie, Guido de Buvallo, Aldigerius de Sala, Gibertus Judex & Arbitr er pro rationibus Ferrarie, Albertus Gerardi de Gisla Arbitr, Thomas Judex, Victorius Mas-
sarius, Ramisimus Rodulphi Rainerii, Calanchinus Consul Mercatorum,

Guido de Terra fogolis Rector Societatum, | Rolandinus de Michaële, Petrus de Teugio, Ubertus de Armando, Henrigeetus Ritisie, Albertus Adhigerius, Jacobus Trotte Arbitr electus, Mar chisimus Mainardi Arbitr, Ursinus Massarius, Paltronus, & Cuminellus.

Occurrit nobis in Charta ista vox *Torsellus*, sive *Torsellum*. Vocabularii Florentini Auctores eam interpretantur *Balletta*, *balla piccola*. Nescio an satis dilucide, & ad rem. *Torsellus* nihil aliud fuit quam volumen, seu *Rotolo* alicujus panni. Nos adhuc vocabulum retinemus, appellantes *un Torsello di panno*, *un Torsello di tela*. Menagius in Originibus Linguae Italicae illud deducit a *Tortus*, *Torus*, *Torsellus*. Mihi derivandum potius videtur a *Thyrsus*, unde *Torso*: quo nomine statuam indicamus, cui substratum sit caput, brachia, coxae, vel crura, quasi aliquam illius similitudinem preferat pannus sic involutus. *Trossellus* in Chartis Gallicis idem fuit ac nobis *Torsello*. Atque heic res poscit, ut de Artibus Lanificiis, & faciendi ac texendi Serici aliquid innuam. Nam ex hisce duobus opificiis magnum olim sibi quaestum comparaverunt aliquot ex Urbibus Italicis in rem suam prudentissime intentae. Nemini ignotum reor, texrinam Lanae a sera antiquitate in usum hominum, ac proinde & gentis Italicae, in vectam, nunquam ex eorum commercio excidisse. Texrinæ & Artis Serici alia fata fuere. Vopisci aevo, ut is scribit in Vita Aureliani Imperatoris, *Libra Serici Libra auri fuit*. Persae videlicet ab Indis Sericum sibi comparabant; a Persis Graeci atque Romani. Verum Procopio teste Lib. 4. Cap. 17. de Bello Gothicō sub Justiniano I. Augusto primū ex In-

A dia immigravit in Graeciam ars alieni bombyces, & Serici inde educendi, ac subinde texendi. Quo autem tempore in Italianam ipsam importata eadem Ars fuerit, frustra vetustum Scriptorem quaeramus, qui rem utilissimam memoriae hominum tradiderit. Supra tamen vide Dissert. XXV. de *Textrina*, ubi aliquid in hanc rem indicavi. Nunc alia pauca de Serico, apud Mutinenses concesso, heic innuam; neque enim segnes fuere Majores nostri in hac Arte excipienda atque excolenda; & praecipue quod Sericum ex agro Mutinensi collectum ejus roboris ac venustatis evaserit, ut cum primis de praestantia certare possit, ac multa aliarum Urbium post se relinquat. In Legibus Municipalibus Mutinensis Reipublicae Anno MCCCXXVII. Augusto Mense manu exaratis haec habentur Lib. 2. Rubric. 23. *Folexelli Civitatis & Districtus Mutinae, & cuiuslibet alterius loci, de quo conducti fuerint Mutinam vendibiles, tantum in Platea Communis Mutinae ad pensam Communis vendantur & emanentur. Nec extra Districtum Mutinae Folexelli nec Seta, nisi fuerit extracta de Folexellis ad Molinellum in Civitate Mutinae extrabantur &c.* Et duo Fratres de Poenitentia elegantur ad brevia, quorum sit stare in Platea, & pensare Folexellos. Tunc pro qualibet Follicellorum libra venditor persolvebat Communi Mutinae unum Mutinensem, hoc est Solidum, & alterum persolvebat emtor. Praeterea Lib. primo, Rubric. 71. decernitur, quod denarii, qui colliguntur per Fratres deputatos ad pensam Folexellorum tam pro Communi, quam pro Massario, Sancti Geminiani, non intelligantur nec esse debeant Conductorum &c. Longe etiam antea video, Mutinensem Rempubli-

blicam ex ipso Follicorum commercio redditum non contemnendum percepisse. In Regesto MS., ubi recensentur deliberationes habitae ab eodem Populo Anno MCCCVI. una est de Boacia, & redditu Follisellorum locando. In altero decreto post paucos dies ad subsidium publicae rei statuitur, quod redditus Follisellorum debeat duplicari, hoc est, ut duos Solidos pro singulis libris solvat venditor, & duos emtor. *Follicorum* nomine, quod adhuc Bononienses, Ferrarienses, Mutinenses, aliquique Populi usurpant, jam Lector intellexerit heic designari thecas seu glomos illos, in quibus se bombyx veluti in tumulo includit, novam resurrectus in vitam, & unde postea Sericum artificiose deducitur. Vocem hanc Du-Cangius in Glossarium suum intulit, sed inexplicatam reliquit. *Gallette* a Mediolanensisbus; *Bozzoli* a Florentinis appellantur; qui & in Vocabulario Bombycem nuncupant *Baco filugello*. Quum nullum vocis hujus testem antiquum ii laudent, paene mihi suborta est dubitatio, an recte exposuerint vim vocabuli *Filugello*; quod idem esse videtur ac *Languardicum Follisellus*, *Folexellus*, seu *Folliellus*; utique a Latino *Folliculus* descendens; & non vermem Serici artificem, sed vermis opificium designans, quasi *Baco da Filugello*, sive *Vermis faciens Folliculos*. Sed Florentini consuetudinem Dialecti suaे in hac re sequuti fuerint. Ut autem Mutinenses nostri emolumentum e Serico emanans sibi amplificarent, Mororum etiam arborum plantationi diligentius & copiosius insistendum decreverunt Anno MCCCXVII. decreto hoc in publica Statuta illato Lib. 3. Rubric. 41. quod fortasse rideat, sed tamen laudans, unusqui-

A que legat: *Ordinatum est pro publica utilitate, quod quaelibet persona, quae habet clausuram intra confines Civitatis, & a serra de Ligorzano inferius, teneatur & debeat plantare, seu planteri facere tres plantas de Ficubus, & totidem de Moris, & totidem de Pomis-granariis, & tres Amandolas, & eas custodiare & allevare.* Et ad hoc teneantur laboratores & tezolani &c. Haec ante quatuor Secula excogitabat studium & zelus Mutinenium Civium in Reipublicae suae commodum. Quum vero unis fortasse Bononiensisbus olim forent mirabilis artis aedificia, quae *Filatoi* adhuc appellantur, ubi Sericum tortum ad telam conficiendam idoneum efficitur; Mutinenses autem ejusmodi beneficio carentes, illuc Sericum suum torquendum mittere cogerentur, caute custodientibus Civibus Bononiae utile illud inventum: tandem factum est, ut Mutinam delata fuerit ratio exstruendi ejusmodi aedificia, atque heic ambabus ulnis excepta ineunte Seculo Christi XVI. Quare Nobiles de Rangonibus, contemtis Bononiensium minis, continuo unum excitavere in Oppido Spinalamberti, atque alterum in ipsa Civitate Mutinae prope sacram Sancti Georgii Aedem; ad quorum similitudinem alia non pauca subinde accessere, unde ex Plebe multi adhuc sibi vietum quaerunt. Ex ista Serici copia quenam telae vetustis temporibus fabricarentur in Italia, plura jam dixi in nuper memorata Dissert. XXV. Aliiquid nunc tantum adferam de Arte Lanae, quae Mutinae quoque magnâ animi contentione olim excellebatur. Ut legitur in Regesto MS. Civitatis Mutinensis, Anno MCCCVI. Cives, qui faciunt & exercent Artem Pignolatorum, Toaliarum,

& Stamnolarum in Civitate Mutinae, qui sunt in magna quantitate, petunt ut liceat eis habere peculiarem Maf-sarium Artis suae. In Statutis ejusdem Urbis Anno MCCCXXVII. Lib. 2. Rubric. 17. haec insuper leguntur: Nullus, qui sit scriptus in Arte Bixellorum (Bixellum, nunc Bisello, genus est panni vulgaris, e crasso filo contexti, & praecipue in Mutinensium montibus usitati) audeat immiscere aliquod pilum de bove, vel de capra, vel de asina, vel de yrco, de capreto, vel de cane, vel lanam de Petegatis, cum lana de Pecora, vel de Agnellino &c. Sed ne tibi persuadeas, stetisse heic totam Civium ac Mercatorum Mutinensium industriam, in praecedenti Rubric. 16. haec habentur: Textores, vel textrices panni lanae, lini, bindae, Setae, vel Zendalis, non debeant recipere aliquod filum praediotorum, vel Setam nisi primo totum fuerit pensatum &c. Sed potissimum Florentiae post Annum MCC. & uberioris quoque post MCCC. crevit Ars Serici, ac Lanificii, ita ut complura hominum millia in iis operarentur, & ex ejusmodi studio sibi necessaria ad vitam conquererent. Pari etiam aemulatione Mediolanenses, Bononienses, Veronenses, Patavini sese Artibus hisce addixere, ita ut haberet Italia, unde exteris aliquot regionibus pannos ac telas suppeditaret, quae nunc, si paucas Urbes excipias, oblita sui, atque otio vili corrupta, ab exteris tot indumentorum species magno emit. Habemus in l. interdum ff. de Publicanis, quae olim species pertinerent ad vestigal. Accipe nunc, quantum vestigalis Mutinae penderetur Anno MCCCVI. pro mercibus transvectis per Stratam Claudiam, quam Aemiliam appellasse videntur antiqui Ro-

A mani, Claudiam verò aut Regiam nos a multis Seculis constantissime nuncupamus. Hinc autem agnoscere incipies, quot genera mercium eo tempore essent in usu. Itaque ad eum Annum in Regesto MSto Reipublicae Mutinensis memorantur: Soma Setae laboratae & non laboratae. Soma Zaffrani & Braxilis (nomen hoc animadverte, de quo mihi erit post pauca sermo). Soma Pannorum de Mediolano & Como & Florentia, & tutalanis de Bononia (idest e lana tantum confectis). Soma lanae de Cunixe (lego Tunixe, nunc Tunisi in Africa) & de Buzea (quae est Afrorum Civitas in Regno Algeriano). Soma Pannorum mezalanorum de Bononia, Mantuanorum, Verorensum, & Brixensium. Soma Bixillorum, & Agnellenorum tintorum & non tintorum. Soma terrae Tinae, de qua fit auricalbum. Facta est heic mentio Buzeae. Certe olim Saraceni & Arabes, in Coriis parandis ad usum hominum eminebant, eorumque vim ingentem per Italiam distribuebant. Hinc a pluribus Seculis apud nos sonant haec vocabula, Marochinum, idest corium a Marochii Populis in Africa profectum; & Cordovanum a Saracenis olim Cordubae in Hispania dominantibus elaboratum. Peritorum erit inquirere, num & Bugia, sive Bugea Africæ Urbe, quam nostri Buzea appellabant, praeter lanas inde delatas, derivari potuerit vox Bazana pro Bugeana, quasi sit pellis vitulina aut ovina confecta a Populis Bugeae, an ex alia regione, quæ ad nos mittat ejusmodi pelles. Ego tamen pellum, quas Bazane appellamus, potius ab aliquo Oppido, cui nomen sit Bazanum, aut ab alio fonte processisse nomen suspicor. Mentionem quoque Braxilis nuper inveni-

nisti factam Anno MCCCVI. Quid rei hoc est? Cum hac ipsa Charta consonat altera, quam nuper attuli ex Archivo Estensi, pacta exhibens inita inter Bononienses, & Ferrarenses, ubi enumerantur hae merces, & quid pro iis pendendum sit vectigalis, statuitur; scilicet de omnibus drapis de batilicio, de lume zucarina, de grana de Brasile. En iterum *Grana de Brasile* in Charta Anno MCXCVII. scripta. Atqui post Annum tantummodo MD. vastissima Regna Brasilis ignota antea, a Lusitanis primum, ac deinde ab Americo Vespuccio Italo homine procul dubio fuere detecta. Quid est ergo; quod *Brasilis* nomen, hoc est *ligni Brasiliani*; quo infectores, sive Tinctores utuntur ad pannos tingendos (nos *Verzino* nunc vocamus), quid est inquam; quod vel ipso Seculo XII. hoc est tanto antea lignum & nomen notum *Italis* fuit? Nil habet de voce hac eruditissimus Du-Cangius, uti nil de *Grana*: quo vocabulo Majores nostri significarunt, & nos quoque intelligimus *Coccum infectorium*, sive granum tinctorum, *Grana de Tintori*, quo sericea ac lannea stamina inficiuntur: ejus enim baccæ sive grana, intus parvis vermiculis scatentia ex arbusculo leguntur. Optimum, inquit Dioscorides, gignitur in Galatia & Armenia, deinde Asia & Cilicia: ultimum ex omnibus Hispanicum. Vide in haec verba commentarium Matthioli, & Salmasium in Plinianis Exercitationibus pag. 192: 213. & alibi: *Granum Coci* Plinio memoratur: hinc Italicum *Grana*. Veteres ex aliis etiam locis, utpote ex Africa, Lusitania, Phoenicia &c. *Coccum* adferri scribunt: at nemo *Brasilis* nomen interserit. Thevetus in America meridionali,

A nunc *Brasile*, a Lusitanis primo inventum hoc lignum memoriae prodidit. Bauhinus apud veteres nihil de illo occurrere & ipse testatur. Evidem hec haereo, & ad alia rapitus, rem alioquin luce dignam aliis illustrandam relinquo. Forum autem erit decernere, num longe antea quam *Brasilia* Lusitanis pateret, eadem aliis Populis non ignota fuerit; atque inde lignum Brasilianum, & *Grana Brasilis* per Afros mercatores in Italiam transferrentur. Evidem verisimilius puto, ingenti illi continenti, quam nunc Brasiliam appellamus, impositum fuisse nomen *Brasilis*, ex Lusitania, aut ex Italia potius, illic adiectum, quod nempe ibi ingens copia Ligni *Brasilis* deprehensa fuerit, quo nomine *Lignum* hoc apud nos antea donabatur. Americus autem Vespuccius Italus primus fuit, qui vastas Brasiliae oras detexit. Tandem investigandum eis dimitto, quid *Coccus*, *Chermes*, *Blatta*, & *Cochinilla* ex Indiis Occidentalibus ad nos delata, inter se convenient, aut differant. Neque enim his immorari vacat.

B Nuper vidimus in Charta pactorum Ferrariensium recensitas diversas mercium species, quae olim per Italiam transvehabantur. Nunc alterum monumentum profero, quod mihi suppeditavit Tabularium saepe memoratae Reipublicae Mutinensis. Inter Mutinenses & Luçenses non una discordiarum germina intercesserant. Sed paciferis intercurrentibus Anno MCCLXXXI. Indictione IX. die Jovis I. intrante Oslubri percussa sunt novi foederis & concordiae pacta, inter quae statutum est, quid *pedagii* seu vectigalis persolvendum esset pro mercibus per Mutinensem agrum transducendis. Haec igitur ibi: *De som*

qualibet Pannorum ultramontanorum: de soma Lanae ultramontanae: de soma Seriae: de soma mercadantiae & labore-rii: de soma Pellizariae Salvatizae: de soma rerum ultramontanarum: de soma Zafarani: de soma argenti in petiis, vel in bono: de soma Granae (idest Brasitis; ut supra): sex Solidi Mutinenses auferantur. Item de soma Panno-rum de colore laboratorum ultra montes, exceptis Bixaninis: de soma Bombacis cuiuscumque conditionis sint: de soma Lanae Tunizis & Buzeae: de soma ce- rae: de soma telarum: de soma datil- lorum, zaccharellorum (quo nomine Ca- namellas designari puto, quae in Ori- ente atque in ipsa Sicilia nascun- tur, unde Species Sachari elicitur) & uvae passae; quatuor Solidi Mutinenses auferantur. Item de soma Lanae citramontanae grossae: de soma Bixeto- rum: de soma Agnellinorum tintorum & non tintorum: de soma Pignolati: de soma lini: de soma canepina: de soma coriorum & pellium: de soma Pi- llizariae domesticae: de soma Boraziorum (telam lineam aut canapinam nos eā voce designamus, ex qua confi-

A ciuntur mappae crassiores seu linteas ad abstergendas manus) & Pannorum de lino: de soma funium: de soma An- chalchi (Aurichalchum aliquis facile heic legat. Sed ego immutare nihil audeo. Vide infra.) Galetti, butiri, sepi, amigdalorum, pignolorum extractorum de pignis, nizollarum (nucum Avellanarum, quae Noccinole communi B Lingua Italica nuncupantur) ficuum de Piscaria, Romaniola, Marchia, & Apulia: ferri laborati: cuiuslibet metalli laborati, tres Solidi Mutinenses auferantur. Item de soma ferri non la- borati, Plumbi, Stagni, Rami, terrae Umiae, de qua fit Anchalchum: casei, foliae, Valaniæ, gallæ, Pilli, Tozo- lorum lapetum (idest lebetum) de pe- tra, Cuchari Sachari, Synapis, Ruzae, Cornuum, Saponis tarsi: Setae, unde fiunt Sedazii: cineris de cetro, guadi, Lumae rozae; tres Solidi Mutinenses auferantur. Sed juvat integrum Char- tam proferre, praecipue quod infra in Dissertatione XLVII: de amplifi- cata Civitat. Italicar. potestat. hujusce- mentio recurret.

Concordia inita inter Commune Mutinae ex una parte & Commune Lucae ex altera, Anno 1281.

IN Christi nomine. Millesimo Duce-
tesimo Octuagesimo Primo, Indictio-
ne IX. die Jovis primo; intrante Octu-
bri. Multae discordiae, litigia & con-
troversiae erant, & longo tempore ste-
terant inter Commune Lucae & singu-
lares personas & Universitates Civitatis;
& districtus & Episcopatus Lucensis
Communis ex una parte, & Commune
Mutinae & singulares personas Civita-
tis. & districtus & Episcopatus ex al-
tera parte, tam propter robarias, quae
factae dicebantur in districtu cuiusque

D praedictorum Communum, quam propter
represalias hinc inde concessas, & pro-
pter pedagia utriusque Civitatis & Di-
strictus & Episcopatus cuiusque praedi-
ctorum Communum, quae petebantur hinc
inde debere certificari, & de Stratis ase-
curandis per utrumque Commune. Pro-
pter quae omnia pro bono pacis & con-
cordiae inducendae & manutenendae in-
ter praedicta Communia & singulares
personas & Universitates praeditorum
Communum & districtuum & Episco-
patum eorumdem, & ut omnis mate-
ria

via scandali, discordiarum & litium inter praeditas partes omnino tollatur: Dominus Girardus Nocis nobilis Civitatis Lucanae Mercator & Syndicus Lucani Communis & Mercadantiae Civitatis Lucanae pro dicto Communi & Mercadantia praedita & pro omnibus & singulis personis & Universitatibus Civitatis Lucae & districtus & Episcopatus ipsius ex una parte, & Manfredinus de Zeza Bannerior Conimunis Mutinae & Syndicus Communis Mutinae & Mercadantiae Civitatis Mutinae, pro dicto Communi & Mercadantia, & pro omnibus & singulis personis & Universitatibus Civitatis Mutinae & districtus & Episcopatus ipsius ex altera parte, in tali fuerunt conventione & pacto & concordia: videlicet, quod dictus Dominus Girardus Syndicus Communis Lucani, & pro praedito Communi, praesente & instante praedito Syndico Communis Mutinae, confirmavit & approbavit solemniter omnia & singula capitula, quae provisa & firmata fuerunt per Dominum Philippum de Oculis & Bonaventuram de Spezano Consules Mercatorum Civitatis Mutinae, & per Mercatores ad hoc electos ex auctoritate & bailia eis concessa per Consilium Mercatorum Civitatis Mutinae, quibus concessa fuit auctoritas & bailia per Consilium generale Populi Civitatis Mutinae, praesentibus Ambaxatoribus Lucani Communis, videlicet praedito Domino Girardo Nocis, & Domino Aldorvando Mageze, & scripta fuerunt per Dominum Nicolaum de Brunella Notarium. Et insuper praediti Syndici ambo vice & nomine praeditorum Communium, personarum & Universitatum, ut dictum est supra, in communi fuerunt concordia, quod per Commune Mutinae Canale sive Navigium Mutinae asecurari de-

A beat per ipsum Commune Mutinae & securum teneri usque ad Foveas de Russalcazo, qui locus est inter Finale & Bondenum: salvo quod per hoc non praejudicetur juri seu jurisdictioni, quod Commune Mutinae habet vel habere posset ultra dictas Foveas versus Bondenum & Ferrariam. Et Commune Finalis tempore, quo oportuerit, teneatur & debeat dare Mercatoribus Lucae pro eorum securitate transam ad petitionem ipsorum Mercatorum a Finali usque ad Bondenum cum Burcicello uno & pluribus secundum voluntatem Mercatorum, & cum hominibus armatis, babendo a dictis Mercatoribus pro Burcicello tres Solidos Mutinae, & pro quolibet homine duos Solidos Mutinae. Et a Civitate asecurari debeat per Commune Mutinae caminum sive Strata recta a Civitate versus Bononiam, & a Civitate versus Fregnanum per totam fortiam & districtum & territorium Mutinae; & a Mutina versus Tusciam Stracta sive caminum, quod vadit per Fregnanum a Zovo Alpis versus Mutinam, usque ad Civitatem Mutinae, & per ipsam Civitatem; & Strata quae vadit per territorium de Fraxinorio ab Hospitali Sancti Peregrini versus Civitatem Mutinae usque ad Civitatem Mutinae, & per ipsam Civitatem, asecurari debeat, & secura teneri per Commune Mutinae. Et e converso per Commune Lucanum asecurari debeat, & secura teneri Strata sive caminum a praeditis locis, videlicet a Zovo Alpis, & Hospitali Sancti Peregrini versus Lucam ad Civitatem Lucae, & per ipsam Civitatem, & a Civitate Lucae, & per totam fortiam & districtum & territorium Civitatis Lucae versus Pisiorum, & versus Pisas, & versus Florentiam, & versus Lunizanam per rectas Stractas.

Item quod omnes repressaliae, & instrumenta repressalarum datarum & concessarum usque nunc per utrumque Commune vel speciales personas utriusque Communis, vel per alterum ipsorum Communium, seu per Communia Garfagnanae vel alia districtus & fortiae praedictorum Communium, vel alterum eorum contra alias personas alterius praedictorum Communium, & eorum districtus & fortiae, sint cassae & vanae & nullius valoris, non obstante quod in Capitulis seu pactis factis inter utrumque Commune, tempore Domini Jacobi Bafoli, de quibus sit mentio in Capitulis praedictis scriptis manu dicti Domini Nicolai Notarii continetur. Item quod si contigerit, quod absit, robariam aliquam fieri vel damnum dari in districtu & territorio alicujus praedictorum Communium contra alias personas districtus, territorii, sive forciæ alterius Communis, Commune illius Civitatis, in cuius districtu, territorio sive forciâ, robaria facta fuerit, vel dampnum datum fuerit, teneatur dictam robariam sive dampnum emendare sive emendari facere infra viginti dies postquam constiterit de robaria & damno facta fide de robaria & dampno praedicto, sine solemnitate & ordine juris, summarie, & sine aliqua litis ordinatione. Item quod infrascripta pedagia solummodo & non alia colligi debeant in Civitate & districtu seu fortia cujusque praedictorum Communium: & quod ipsa pedagia, quae inferius denotantur, nullâ ratione possint augeri, nec aliquâ alia possint de novo constitui, nec aliquid fieri in fraudem praedictorum. Quae pedagia sunt ista: videlicet in Civitate Mutinæ servi debeant, de soma qualibet pannorum ultramontanorum: de soma lanae ultramontanae: de soma Setae: de soma mercadantie & laborerii Setae: de soma Pillizariae salvati-

A cae: de soma rerum ultramontanarum: de soma Zafarani: de soma argenti in pecis vel in bono: de soma granae, sex Solidi Mutinenses auferantur. Item de soma pannorum de colore laboratorum citra montes exceptis bixaninis: de soma bambacis, cuiuscumque conditionis sit: de soma lanae Tunizis & Buzeac: de soma Cerae: de soma telarum; de soma Datilorum, Zachirelorum, & Uvae passae, quatuor Solidi Mutinenses auferantur. Item de soma lanae citramontanae grossae: de soma bixetorum: de soma Agnellenorum tintorum & non tintorum: de soma Pignolati: de soma lini: de soma Canepenae: de soma cariorum & pellicium: de soma Pillizariae domesticae: de soma boraziorum, & pannorum de lino: de soma funium: de soma anchalchi: de soma Galeati: de soma butiri: de soma sepi: de soma amigdalarum: de soma pignolorum extractorum de pignis. De soma Nizzolarum: de soma sicum de Piscaria Romaniola, Marchia, & Apulia: de soma ferri laborati: de soma cuiuslibet rei nominatae supra & infra tantumdem accipiatur, ferri non laborati, Plumbi, Stagni, Rammi, Terræ Ymiaæ, de qua fit anchalchum, Cafei, Foliae, Valaniae, Gallae, Pilli, tres Solidi Mutinenses auferantur. Tozzorum, Lapetum de petra, Cucharum Sacharum, Sy napis, Ruzae, Cornuum, Saponis, Tarsii, Setae, unde fiunt Sedazii, Cineris de cetro, Guadi, Lumae rozae, de soma tres Solidi Mutinenses auferantur. Item pro quolibet equo venali de armis, & qualibet equa cum puletro tres Solidi Mutinenses, qui puletrus sit de sovranno. Item de quolibet roncino, asino, asina venali, mulo vel mula, duodecim De-

na-

narii Mutinae. De aliis Mercationibus autem solvatur pedagium in Statuto Communis vel Populi comprehensum.

In districtu autem sive fortia Communis Mutinae solvi debeant in terra Fraxinorii sive Monasterio illis, qui habere debent pedagium, tres Solidi Mutinenses pro qualibet Soma, quae conduceretur, per dictam Stratam. In Fregnano autem solvi debeant ad Plebem de Pelago pro qualibet soma, quae conducedetur per dictam Stratam, si fuerit de majori soma, quinque Solidi Mutinenses: si autem fuerit de aliis, tres Solidi Mutinenses pro qualibet soma. Et intelligatur major soma illa, de qua solvi debent in Civitate Mutinae sex Solidi Mutinenses. Quod pedagium, quod colligitur ad dictam Plebem, habere debeant illi Capitanei de Fregnano, qui habent ius percipiendi dictum pedagium, si ipsi bonos dederint fidejussiones de securando dictam Stratam, & dictam Stratam securaverint, & securam tenuerint. a Zovo Alpis usque ad Balugulam, eorum periculo & fortuna: alioquin Communione Mutinae dictum pedagium habere & percipere debeat. Pedagia vero, quae consueverunt colligi in terra Montisbonelli, & in terra Balugulae, vel in aliquo distorum locorum per Episcopum seu per Episcopatum Mutinac, vel alium seu alios solvantur; sicut & cui, vel quibus consuevit vel debet de jure. Et in Civitate Lucae & ejus districtu & fortia solvi debeant infra scripta pedagia, videlicet de Ferro, intratae Lucani Communis, Denarii duo per Libram, quocumque portaretur. Et de Bixellis & Albaretis, qui portarentur versus Pisas Denarii duo pro qualibet Libra intratae praedictae. Item Doanae Lucani Communis de omnibus mercadanciis & rebus, quae portarentur versus Pisas, vel quae mitterentur in

Tom. VI.

A Civitatem Lucae, vel extraherentur versus Pisas, solvantur & solvi debeant Denarii XXVI. denariorum Lucensium parvorum. Item de omnibus mercadanciis, quae reducerentur de Civitate Pisana in Civitatem Lucae vel in sua fortia, solvantur & solvi debeant. Doanae praedictae Denarii XIII. denariorum Lucensium parvorum: & eodem modo si mitterentur, vel extraherentur de Civitate Lucae. Item per Lucanum Episcopum, sive pro Lucano Episcopatu apud Morianum solvantur & solvi debeant de majori soma Denarii XVI. & de minori & mediocri Denarii VIII. Et apud Decimum solvantur & solvi debeant pro qualibet soma majori, mediocri & minori ad dictam rationem medietates praedictarum somarum Denarii XII. & Denarii VIII. Item in Garfagnana Nobilibus & Potentibus de Garfagnana, quibus solvi debent pedagia in utroque Vicariato pro qualibet soma solvantur & solvi debeant Solidi tres, salvo si minus eis competit. Et Vicarius cujusque Vicariatus Garfagnanae, qui ibidem praeponuntur pro Communi Lucae in qualibet Vicariato, cuique ipsorum Vicariorum solvantur & solvi debeant pro qualibet soma Denarii XII. denariorum Lucensium parvorum. Item in provincia de Vallis Nebulae quibusdam de Buzano apud Buzanum pro qualibet soma Denarii XXVI. Et apud Montem Catinum quibusdam de Monte Catino Denarii XXVI. pro qualibet soma. Quae omnia supradicta & singula & omnia & singula Capitula scripta manu praeponitati Notarii Domini Nicolai de Bunecla Notarii, de quibus superius facta est mentio, & omnia & singula, quae in dictis capitulis continentur; praedicti Syndici pro praedictis Communibus, personis, & Universitatibus, ut dictum est, confirmaverunt, & solemniter approbaverunt, & jure transactionis &

R

pa-

pacti inter se ad invicem solemni stipulatione promiserunt attendere & observare bono & sano intellectu, & in nullo contrafacere directo vel per obliquum, vel per se, per alios sub obligatione honorum omnium praedictorum Communium, & sub poena solemniter stipulata mille Librarum Imperialium, quae poena committatur & exigi possit cum effectu contra partem non observantem, quoties in aliquo capitulo fuerit contrafactum, obligatione poenae, & omnibus suprascriptis & singulis firmis manentibus etiam post poenam solutam & commissam. In quibus omnibus suprascriptis & singulis praedicti Syndici pro praedictis Communibus, personis & Universitatibus, ut dictum est, per pactum expressum renunciauerunt exceptioni & actioni doli mali & in factum conditioni, sine causa vel ex injusta causa, & omnibus aliis exceptionibus, juribus & rationibus competentibus & competituris, quibus venire possent contra praedicta vel aliqua predictorum. Et quod dictus Dominus Girardus Nocis & Syndicus dicti Communis & mercadantiae Lucae ad praedicta facienda apparet in Instrumento publicato & confirmato per Jacobum Ubaldi Imperialis Aulae Judicem ordinarium & Notarium, & Lucani Communis Cancellarium. Et quod dictus Manfredinus sit Syndicus dicti Communis Mutinae ad praedicta facienda, apparet in Instrumento a me Notario scripto. Quae omnia & singula suprascripta, & alia supradicta Capitula scripta per dictum Dominum Nicolaum,

A scribi & ponи debeat in Statuto Communis Mutinae & Communis Lucae & pro ut stant, debeat observari, & insuper registrentur per utrumque Commune.

B Quae omnia acta & publicata fuerunt solemniter in Palatio Communis in Camera, ubi congregantur Viginti quatuor Populi defensores, coram Dominis Guillielmo de Rubeis Potestate, Ramerto de Bazalleris Capitaneo Communis & Populi Mutinae, Petro Magno, Raynero Ugonis Militibus Potestatis: praesentibus testibus & rogatis Dominis Philippo de Occulis, Mutinense Bruno Bartolapeo de Rabufatis, Bartolomeo de Petrezanis, Rolandino de Bayso, Gilbertino Oriendae, Guidono Pelanca, & aliis multis.

C Ego Mutinensis quondam Fratris Valentini filius, Notarius ad Consilia & literas deputatus scripsi.

D D

Habemus heic non contemnendam seriem praecipuarum Mercium, quae Anno MCCLXXXI. per Italicas Civitates distribuebantur. Minutiiores species horum generum exquirere & indicare ulterius superfluum puto: neque enim Historiam Mercaturaem mihi scribendam proposui, sed tantummodo illius umbram legenti exhibere. Quare mihi sat erit hanc unam superaddere Chartam, quam ex antiquo Regesto MSro Reipublicae Mutinensis excerpsti, utpote quod ibi enumerentur peculiaria quaedam Mercium capita.

Petitio Laxati Mutinensis Mercatoris a Bonizo Syndico Bondeni
Ferrariensis pro quibusdam mercibus sibi in agro Bondeni
ablati, Anno 1227.

A Nno Domini Millesemo Ducentesimo Vigesimo Septimo: tempore Gregorii Papae & Federici Imperatoris; die XIII. exente Mense Junii, Indictione Quintadecima: in Palatio Communis Ferrariae. Ego Guido Capitanus, Judge & Assessor Domini Ugonis de Ugone Rubeo Ferrariae Potestatis, cognoscens super petitione Laxati Mutinensis, quae petitio talis erat. Petivit namque dictus Laxatus Mutinensis a Bonizo Sindico Bondeni pro ipso Communi, sibi restitui quatuor centenaria Pignolati, & quatuor Libras Setae, & tres Libras Ravenatum, & duodecim Venetianos grossos, & unam Zenturam arcenti, cum una bursa Setae, in qua erat duodecim Imperiales, & decem Solidos Ferrarienses, qui erant in uno sachetto, & unum Mantellum Zendatianum, coopertum de Stanforde brano, & duas Pelles de flanchis coopertas de viride, & unum guarrimentum de seta, & duos fibulas auri, & tres anulos, & quatuor bindas setae, & de lino novas, & unam Gonelam de morelo, & duas dozenas de bursis laboratis de seta, & quatuor libras de banbaxino de Luca, duas libras filatas, & duas non filatas, & duas casas (hoc est capsas), una quarum erat plena filati subtili mizto cum seta, alia plena de filato, & lino, & unam Cultram, & quatuor linteamina, & viginti brachia panni de lino, & unum Sotanum, & duas Camisas, & duas Serabulas, & unam cazetam novam de Luca, & duas pelles Agnelli. & unum Cultrum, & quadraginta Solidos Ferrarienses, & plures alias &c. sibi ablatas per vim

inter Pontem Dicis & Bondenum juxte Palladam Cambioli in districtu Bondeni, sive territorio Communis Ferrariae. Unde predicta petit sibi a dicto Sindico restitui vel emendari pro suo Communis secundum formam Statuti, & bonam consuetudinem Civitatis Ferrariae. Et contra dictus Bonizus Sindicus respondit, quod non credebat. dictum Laxatum res predictas amisisse, neque per vim ei ablatas in dicto loco fuisse. Et si constaret, quod ei ablate fuissent dictae res in predicto loco, dicebat, locum Palladum Cambioli non esse de Districtu Bondeni, neque de ejus territorio, sive guarda, neque unquam fuisse &c.

B Guido Judge & Assessor Hugonis de Hugone Rubeo Ferrariae Potestatis pro Syndico Bondeni sententiam tulit. Quam quum Laxatus iniquam reputaret, querelam suam depositum apud Praetorem Mutinensem, ut sibi meliorem justitiae mensuram per ejus officia conquerireret, aut per Rappresentias procuraret. Ceterum tantum olim lucri quaedam Italiae Civitates, & maritimae praefertim, ex Mercatura studio, ac Artibus Serici & Lanae referebant, ut inde earum opes atque potentia mirum in modum creverint. Veneti in primis, qui antiquitus ante alios in mercando sedulam operam posuere, suasque naves in otio marcescere nunquam sinebant, inter cetera Aromatum commercium veluti suum effecere. Nam

C quum Romanis etiam imperantibus per Erythrheum mare aut per Regnum Persiae in Aegyptum immensa commercium copia ex Orientali India adven-

heretur, Veneti Alexandriam statim anni temporibus navigantes, illinc Aromata præcipue deportabant, quae postea in reliquas fere Occidentis regiones distribuenda ferebantur. Amalphitani quoque, Genuenses, & Pisani, Venetorum diligentiam aemulati, commercium frequentissimum in Oriente instituerunt. Sed aemulatio brevi odia, inimicitias, ac bella peperit, in quibus Pisana Republica tandem succubuit, Amalphitanis diu antea graviora detrimenta passis. Plurimum quoque contulit ad augendas istarum Urbium vires, ac divitias celeberrima Christianorum expeditio, quae sub finem Seculi XI. suscepta est ad recuperandam Hierosolymam, aliasque Civitates e Saracenorum manibus, ac deinde per duo ferme Secula continuata est. Tunc innumeri Crucifignati ex universa Europa collecti in Orientem profecti sunt, plerique maritimum iter terrestri præferentes. Veneti ergo, Genuenses, & Pisani præsto erant suis navibus, & ex naulo immanem auri ac argenti vim congerebant. Ad haec reliquis Christianis armâ sua conjun-

A xere contra impiam Saracenorum gentem, neque solum prædas & spolia opima domum retulere, sed etiam jura permulta, immo terras quoque, Castra & Urbes in Oriente sibi conquiserunt: e quibus magnum deinde accessit commodum ad amplificanda mercatura negotia. Non injundum fortasse Lectoribus erit nonnulla accipere, quae in hanc rem Pisana potissimum Civitas mihi suppeditavit. Venetorum, & Genuensium progressus in Oriente Lector habet in Annalibus Danduli, & Cafari a me editis in Rerum Italicarum Collectione. Nunc accipe nonnulla ad Pisam Rempublicam spestantia: In Archivis Primatialis Ecclesiae, atque Operae Pisanae, aliquot Chartas ego olim vidi, quas ad inlustrandam Orientalem Christianorum Historiam non inutiles duxi. Et primò geminas proferam pertinentes ad celeberrimum virum Tancredum Principem Antiochenum, qui Anno Christi MCVIII. in ditione illa successit Boamundo consobrino suo e vivis eretto. Quid cum eo patet fuerint Pisani, hinc disces.

Tancredi Principis Antiocheni Charta, qua Pisani pollicetur
locum in Urbe Laodicea, & Vicum unum in Civitate
Antiochiae concedit, Anno 1108.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei aeterni. Anno ab Incarnatione ejusdem Millesimo Centesimo Octavo, Indictione I. Epacta vero VI. Tancredus Dei gratia Antiochenus Princeps fecit convenientiam & pactum Pisani, pro auxilio quod ei fecerint ad devincendos Grecos Laodicie. Si Deus aliquomodo dederit ei Civitatem, dare & conservare libere & sine aliquo jure Voluntas Podromi ab uno capite usque ad aliut 1

E superius & inferius, superius ad Sanctum Nicholaum cum eodem, inferius usque ad litus maris, & usque ad Punctum ferreum, cum omnibus suis pertinentiis. Videlicet Vicum Sancti Salvatoris undique: super haec enim omnitudinem libertatem totius sue terre portuum cum diligentia & gratissimo honore, Laudante & confirmante B. Antiochiae Patriarcha, simul laudantibus Archiepiscopis, R. scilicet Ecclesiae Tarsensis,

R. Ec-

R. Ecclesiae Mamistensis, T. Sancti A[ndreas] filii, & Engellerii, & R. Sancti Pauli Abbat[us], & testimonio Baronum horum, scilicet R. Fulconis | Laudi.

Ejusdem Tancredi Principis Antiocheni Charta, qua Pisani Vicum unam in Civitate Laodiceæ, eorumque navibus immunitatem ac libertatem concedit, Anno 1108.

Tancredus gratia Dei Princeps Antiochenus omnibus orientalibus Christianis filiis in Christo salutem. Millesimo Centesimo Octavo ab Incarnatione Domini Anno, Indictione I. Epacta vero VI. Tancredus Dux & Princeps Antiochenus, qui tunc Orientali Deo favente dominabatur regioni, pro auxilio atque consilio, quod fecerant ei Pisani ad devincendos Laodicie Grecos, qui contra Dei justitiam dominium supradictæ Civitatis vi & rapina iniuste sibi subjugaverant, dedit eisdem scilicet Pisani in predicta Civitate Vicum unum cum omni honore & libertate. Eodem autem modo navibus & Galeis suis, ut libere stare in portu Laodicie, & quando vellent, ab ipso sine aliquo munere ac consuetudins possent exire & intrare supradicta ratione Vicum

B unum tribuit: super hec enim omniodam libertatem totius sue terre portuum cum diligentia & gratissimo honore. Haec Carta confirmatur testimonio B. Patriarchae Antiochie, & R. Archiepiscopi Ecclesie Tharsensis, & R. Archiepiscopi Ecclesie Mamistensis, & T. Sancti Pauli Abbatis, & testimonio Baronum Domni Tancredi, horum scilicet R. Fulconis filii, & Engellerii, & R. Sancti Laudi.

C Quot consilia animo versaret Amalricus Hierosolymorum Rex, & quantâ spei aurâ sibi blandiretur Anno MCLXIX. contra Saracenos exercitum parans, subsequens Charta nos edocebit, in qua videoas negotiationi suae Pisanos probe intentos dum Regi se in ea expeditione adfuturos pollicentur,

Amalricus Hierosolymorum Rex multa jura, commoda, ac proventus Pisano Populo pollicetur, Anno 1169.

In nomine Sanctæ & individuae Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Notum sit omnibus, quod ego Amalricus per Dei gratiam in sancta Civitate Hierusalem Latinorum Rex Quintus dono, concedo, & confirmo Communi Pisarum libertatem de omni jure negotiationis per totam terram, quam mihi Deus derit in Aegypto: & Curiam in Babylonia, & Ecclesiam, domum, furnum, molendinum, & balnea. Similiter apud Cabriam in platea Belbecanti concedo ei

E Curiam, Ecclesiam, domum, furnum, molendinum, & balnea. Similiter apud Rassit hec omnia ei concedo. Concedo preterea ei mille Bisancios in funda mea, sive in Babilonia, sive in Cabaria, singulis annis sine servitio, quoisque de omnimodo jure negotiationis ipsum Commune acquietavero in Alexandria, & Damiate, & Tamnis. Us igitur hec mea donatio Communi Pisarum

rum in sempiternum stabilis permaneat,
Cartam presentem testibus subscriptis, &
Sigillo meo corroboro.

Factum est hoc Anno ab Incarnatione Domini MCLXVIII. Indictione II. Hujus rei testes sunt Bernardus Liddensis, Guillielmus Acconensis Episcopi, Philippus Militiae Templi Magister, Gilebertus Magister Hospitalis, Galterius Princeps Galileeae, Hemfrid Constabularius, Milo Dapifer, Guillielmus Marescalcus, Gausridus Tortus.

A Datum Accon per manum Radulfi Episcopi Betheleem, Regisque Cancellarii, XVI. Kalendas Octobris.

Ego Albertus Domini Frederici Romanorum Imperatoris Judex ordinarius & Notarius, authenticum hujus vidi & legi, & fideliter exemplavi.

B Soliciti pariter fuere Pisani, ut sibi immunitates & privilegia varia largiretur Boamundus III. Princeps Antiochenus, uti constabit ex ejus Diplomate, quod itidem Pisis existit.

Privilegium Boamundi III. Principis Antiochiae, Raimundi Principis filii, & Dominae Urgollosae Principissae uxoris ejusdem, concessum Archiepiscopo & Populo Pisano, Anno 1170.

IN nomine Sanctae & individuae Tri-nitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Notum sit omnibus hominibus tam praesentibus quam futuris, quod ego Boamundus Raimundi Princeps filius, Dei gratia Princeps Antiochenus, assensu & voluntate Dominae Urgollosae uxoris meae karissimae Principissae, dono & concedo, & jure perhenni confirmo Ecclesiae Sanctae Mariae, & Archiepiscopo Pisanae Civitatis, Consulibus ac Senatoribus & Communi Populo, tam in Pisana provincia, quam in nostra manenti, quandam terram ad construendam domum in portu Civitatis Laodiciae. Quae terra extenditur subtus Ecclesiam Sancti Helye, scilicet ante domum Templi, & domum Magistri Hugonis, usque ad mare quod contra est, & extenditur per litus maris usque ad quandam taneriam & murum antiquum, & in superiori parte usque ad fossatum. Sciendum est autem, quod si praedicti Pisani judicio Curiae terram illam recipere possent, quam in praedicto Portu Hugo Enbrianus filius Willelmi possidet, terra, quam superius illis dedi, in meis propriis usi-

C bus redibit. Insuper dono illis, firmo, & concedo domum quamdam in Civitate Antiochiae, quae domus suit Dominae Odonae de Cyro. Hec quidem omnia superius assignata dono ego illis & concedo jure hereditario habenda in pace & sine calunnia aliqua, libere & quiete (salvo tamen hominum meorum jure) in perpetuum possidenda. Praeterea si in terra mea naufragium passi fuerint, illos & res eorum salvabo & protegam. Et si quispiam illorum in terra mea obierit, res ejus parentibus suis reservari faciam, nisi intestatus obierit. Insuper eisdem dono & dimitto per totam terram meam, de quibuscumque partibus venerint, medietatem totius juris, quod per consuetudinem intrando vel exeundo, eundo vel redeundo, emendo vel vendendo, dare soliti sunt; & eos in mare & in terra mea ex omni posse meo protegami & defendam. Et si inter se querelam habuerint, in Curia sua juxta Statuta eorum tractetur & emendetur. Si vero querela talis fuerit, quae ab eisdem definiri non posset, vel de probato furto, vel proditione, vel homicidio, vel de suis & meis

meis hominibus fuerit, in mea Curia audietur & diffinietur. Haec quidem omnia superius assignata dono eis & concedo jure hereditario in perpetuum. Ut autem hoc donum firmum fiat, stabileque consistat, literarum inscriptione, & mei Principalis Sigilli impressione munio & confirmo. Hujus rei testes sunt Guiscardus de Insula Vicecomes stabulus, Rogerius de Surdawalle, Willermus de Loobis, Guafridus de Dordan, Johannes

A de Salega, Guiscardus de Nazar he, Henricus de Lorges.

Datum est autem Privilegium istud per manum Bernardi Cancellarii, Anno Principatus mei VII. & ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo Septuagesimo.

B Quid etiam Balduinus IV. Hierosolymorum Rex Pisano Populo cesserit, subsequens Charta indicabit.

Diploma Balduini IV. Hierosolymorum Regis, quo Pisaniis plateam quamdam donat in Civitate Achon sive Ptolemaide, Anno 1182.

IN nomine Sante & individue Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Balduinus, per Dei gratiam in Santa Civitate Jerusalem Latinorum Rex Sextus, dono & concedo Communilitati Pisaniorum libere & sine servitio quamdam Plateam ad portum Achon: caput cuius plateae est unum a via publica, aliud a portu, latus unum a domo Martini Piperis, aliud a domo Willelmi Joppensis. Tali quidem tenore, quod super eandem plateam voltas facere possint, & super easdem voltas qualemcumque voluerint edificium, sub voltis Platea vacua & libera remanente in Communi Pisaniorum & Civitatis servitum. Et ut hujus donationis & concessionis mee pagina rata teneatur in eternum & indissoluta, presentem Cartam testibus subscriptis, & Sigillo meo muniri precepi.

Factum est hoc Anno ab Incarnatione Domini M. LXXXII. Indictione XV. Hujus rei testes sunt Remundus Tripolitanus Comes, Guido Joppensis & Acalonensis Comes, Comes Joscelin. Princeps, Rainaldus, Armericus Constabularius, Hugo Tiberiadensis Plebanus.

C Data Achon per manum Willelmi Tri-
rii Archiepiscopi, Regisque Cancellarii,
Octavo Kalendas Septembbris.

Ego Benincasa quondam Leonardi Ca-
scineus filius, Domini Frederigi invi-
ctissimi Romanorum Imperatoris Judex
& Notarius, autenticum hujus vidi,
legi, & obscurtavi Accon in Ecclesia
Sancti Petri Pisaniorum, presentibus Ro-
berto Tonnuli, Gontulino de Ponte Ugo-
lino Notario quondam Bandini, & aliis
testibus ad hoc; Dominice Incarnationis
Anno, secundum cursum Pisaniorum,
Millesimo Ducentesimo Quadragesimo No-
no, Indictione Sexta, Pridie Kalendas
Aprilis. Ideoque, prout inventi in ori-
ginali, munito Sigillo plumbeo penden-
ti, in quo ab uno latere erat impressa
quedam Civitas, circumdata his literis

*** CIVITAS REGIS REGUM OM-
NIUM**, & ab alio quaedam imago
cujusdam Regis coronati sedentis in Re-
gali Sede, & tenentis in manu dextra
quamdam Crucem, & in sinistra quam-
dam pallam rotundam cum parva Cru-
ce, circumdata his literis *** BALDUI-
NUS DEI GRATIA REX JERU-
SALEM**. Non vitato non cancellato,
non abolito, nec in aliqua sui parte ra-

so, ita per ordinem de verbo ad verbum nihil addens neque minuens, de mandato nobilis viri Domini Guidonis de Sancto Cassiano quondam Galli, Consulis Communis Pisanorum Accon, & totius Syriae, transumpsi, & in publicam formam redigi.

Amplissima immunitas, aliaque jura Pisanis concessa a Raymundo
Comite Tripolitano, Anno 1187.

TIN nomine Sanctae & individuae Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus. Notum fieri volumus tam presentibus quam futuris per presentis instrumenti Privilegium, quod ego Raimundus Dei gratia Tripolis Comes, cum fideli & summa benevolentia, & amore ductus speciali, dono, laudo, & concedo, concedendoque libens confirmo Pisaniis omnibus, & etiam illis universis hominibus, quicumque Pisae Civitatis honorem juraverint, extra Terram meam, & cunctis meis hominibus exceptis, quod in Civitate mea Tripoli, & per totam terram meam propriam, hereditario jure stabili talem perpetuis temporibus habeant libertatem, quod habeant potestatem intromittendi, & extrahendi in ipsam Tripolim, & in totam terram meam, quae est Domini mei, sicut praediximus, omnes suas res, & sua cuncta mercimonia, terrâ & mari, libere & quiete, sic quod nullum jus unquam nullam prorsus inde donent consuetudinem. Sed & preter hec & amplius illis adhuc dono & concedo, videlicet quod in ipsa Civitate mea Tripoli Curiam suam habeant plenissime de omnibus causis, excepto omicidio & traditione. Ut igitur hoc donum meum ratum semper conservetur & inconcussum semper, presens Privilegium plumbeo Sigillo meo munitum, & subscriptorum testimonio virorum ipsum confirmari ve-

A Tripolitanus quoque Comes magnificum se erga eosdem Pisanos exhibuit, immunitatem cunctis eorum mercimonii terrâ marique largitus.

B lui & precepi: videlicet Raimundi de Biblio, Hugonis de Biblio, Raimundi de Nebruns, Astafortis Ejadi, Guillelmi Porceleti, Joannis Mansalci, Gherardi Vicecomitis, Dalmatii de Vabiam, Saifii, Raimundi Constantini, Johannis de Moneta, Philippi Velocis, Bandini Beci, Guillielmi Catalani, Guillielmi Firmini, Francardi Matthei Cancellarii, cuius manu datum est anno Domini nostri Jesu Christi Milleno Centeno Octogeno Septimo, Mense Augusto.

C Subscriptum per Dominum Benincasam quondam Leonardi Casinensis filium, Domini Frederici invictissimi Romanorum Imperatoris Judicem & Notarium.

D Erat in Civitate Tyri Societas Umilorum, hoc est Mercatorum quorumdam Pisanorum, qui negotii causa illuc versabantur. Similes Mercatorum Societates Florentiae praesertim institutas, Joannes Villanius in Historiis suis commemorat. Quum Tyrum gravissimam ac diuturnam obsidione Saladinus pressisset, quantis potuerunt viribus & opibus astiterunt Pisanii illi Conrado celeberrimo Guillielmi Marchionis Montisferrateris filio, qui incredibili virtute Urbem tutatus est, vir summis laudibus propter haec & alia gesta cumulatus a Sicardo Episcopo Cremonensi, & a

Ber-

Bernardo Thesaurario in Chronicis A editis Tomo VII. Rer. Italicarum. Quare grati animi causa eis benefi-

cia multa largitus est Conradus, quorum testem exero Chartam cuius autographum Pisis adseratur.

Conradus Guilielmi Montisferratensis Marchionis filius multa jura concedit Societati Umiliorum Pisanorum in Civitate Tyri,
& aliis in locis, Anno 1188.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Ut omnibus in posterum clareat, & nulla ambiguitatis quaestio inde emergat, manifestum facio ego Conradus Marchionis Montisferrati filius, quod de communi voluntate, & pari concordia Fratrum Militiae Templi, videlicet Fratris Terricis tunc ejusdem Militiae magni Praeceptoris, & Fratris Gaufredi Morini tunc Mareschalbi, & aliorum quamplurium ejusdem Militiae Fratrum, nec non & Fratrum Domus Hospitalis Sancti Joannis, videlicet Borelli, tunc eiusdem Domus magni Praeceptoris, & Fratris Ermengaldi Prioris Sancti Egidii, & aliorum quamplurium ipsius Domus Fratrum, & Raynaldi Sydoniensis, & Gualteri Caeilariae, & omnium Capitanorum, & Valvassorum, atque Militum, tunc in Tyro congregatorum, donavi atque tradidi & concessi hominibus Civitatum & aliis, & Communitatibus eorum, quos in defensione ipsius Tyri, & commodo totius Christianitatis, domos & possessiones, & alia beneficia, prout mibi dignum & rationabile videbatur, optime remunerare * unusquisque obsequia, & ad ipsius Civitatis beneficium ipsos reddere ferventiores ac promtos. Quocirca donavi & concessi Pisanis Viris de Societate Umiliorum, quia mecum in ipsius Tyri defensionem pro honore nominis Unigeniti Dei Filii, totiusque Christianitatis, fideliter atque constanter permandere,

Tom. VI.


B furnum unum, qui positus est in Tyro in Ruba Sancti Johannis, cum omni suo jure & pertinentiis. Et extra Tyrum in partibus Tyri Casale Zoje cum omni suo jure & pertinentiis. Item donavi atque concessi & tradidi praefatis Pisaniis in pertinentiis Tyri Casale Andele cum omni suo jure & pertinentiis, & Casale Aitbichi cum omni &c. Et Casale Elfrerachiae cum omni &c. Et Casale Berdegajae, & Casale Mediscarchi, & Casale Darelnfecan, & Casale Marcumachair, & Casale Darzilinae, & Casale Orache, cum omni suo jure & pertinentiis. Haec omnia praedicta donavi & concessi praefatis Hominibus Societatis Umiliorum, & eorum successoribus, vel quibuscumque ea eis dare placuerit, ad tenendum & vendendum & pignorandum seu alienandum, & quicquid eis inde placuerit faciendum. Et donavi & concessi eisdem omnia praescripta libera & absoluta ab omni talia & tributo, ita quod nullum servicum mibi facere teneantur, neque Regi, neque alicui Potenti; eo quod in defensione saepe dictae Tyri plurimos labores die nocteque indefinenter pertulere cum nimiis suarum rerum expensis. Spopondi quoque me eisdem Pisanis Viris omnia praetaxata, ab omni persona & loco defensurum; & quod nulla arte vel ingenio faciam vel fieri permittam, quod in aliquod de praedictis eis fiat diminutio; sed omnia ea integra & illibata eis & eorum successoribus observabo per me & meos successores, &

S

obser-

observare faciam meo posse eis omnibus. Et si praedictas res praeditis Homini- bus Pisanis a me ipso, qui supra, Con- rado donatas & concessas ipsi divise- rent, eas divisiones firmas tenebo, do- nec ipsa Societas duraverit, & etiam post Societatis divisionem, omni tempo- re, ita quod non permittam, ut aliquis eorum aliquid ex praedictis rebus perdat seu amittat, sed liberam suam partem unusquisque ad tenendum & vendendum & pignorandum, & alienandum, & quicquid voluerit inde faciendum, & in Pisanorum Curia vendendi, impignan- di, alienandi communiter vel divisi- liberam facultatem habeant. Et ut haec mea donatio & concessio eis firma & immutabilis praeservetur, hoc praesens Privilegium plumbeo meo Sigillo coram subscriptis testibus muniri feci. Hujus quoque rei vocati sunt testes Dominus Paganus de Caypha, Obertus Nepos,

Guido Hierosolymorum Rex jura ac privilegia omnia ad Pisanum Populum in Civitate Tyri spectantia corroborat & amplificat, Anno 1189.

 **I**n nomine Sancte & in- dividue Trinitatis, Pa- tris & Filii & Spiritus San- ti. Amen. Notum sit omnibus hominibus tam fu- turis quam presentibus, quod ego Gui- do per Dei gratiam in sancta Civi- tate Jerusalem Latinorum Rex Octa- vus, & Domina Sibilla Sponsa mea eorumdem venerabilis Regina, dona- mus, concedimus, & confirmamus Com- muni Pisanorum omnes dationes & con- cessiones Pisanis factas a Domino Rai- mundo bona memoriae Tripolitano Comite in Tyro & in partibus Ty- ri, unde habent privilegia, & de qui- bus privilegia non habent; ut sunt do- mus, quae fuerunt Templi cum terris &

A Lovellus quondam Castellani Tyri, Ber- nardus de Templo tunc Tyrensis Vice- comes, Bellamutus, Obertus Orgioli.

Actum est hoc Anno Dominicae In- carnationis Millesto Centesimo Octua- gesimo Octavo, Indictione VI. in Ca- stello Tyri, Mense Madio.

B Rogatum per Dominum Benincasans Cascalensem, Domini Frederigi invictissimi Romanorum Imperatoris Judicem & Notarium.

C Alterum ejusdem Conradi Prive- ligium hominibus ipsis, atque ipso Anno concessum, Troncius publici juris fecit in Annalib. Pisan. pag. 156. Subsequente Anno MCLXXXIX. Guido Hierosolymorum Rex Populo Pisano jura omnia confirmavit & auxit in eadem Civitate Tyri Di- plomate, quod pariter tenebris ere- ptum Lectori nunc sisto.

D omni sua pertinentia, & plateam coram ipsis usque ad mare & earum pertinen- tia; & sunt posita & fundatae prope Fundacum Pisanorum super murum Civitatis; & domus, quae fuerunt filiorum Balduini Pisani cum platea co- ram ipsis domibus usque ad mare; & sunt posita & fundatae juxta Fundacum Pisanorum: & domus, que fuerunt Matthei Johannis Guidi, cum platea coram ipsis usque ad mare, & cum omni earum pertinentia antea & retro; & sunt posita & fundatae a domibus fi- liorum Balduini usque ad domum Uguc- cionis Taliaventi: & domus, quae fue- runt Ghini Pisani, cum omni earum pertinentia, & cum platea usque ad mare; & sunt posita & fundatae inter

nam nominatas domos: & domus, que fuerunt Regis, ubi siebant car . . . lae, cum omni earum pertinentia, & sunt positae post Fundacum Pisanorum. Et donamus & concedimus eis plateam Portus undique liberam, ut nihil in ea possit edificari extra muros domuum in mari, vel in terra, Logia eorum excepta. Et confirmo & concedo dicto Communi Pisanorum furnum Buciariae, quod fuit Regis, cum omni sua pertinenzia, & est positum in Ruga Bugiariae; & balneum, quod fuit Regis cum omni sua pertinenzia; & est positum in Ruga Templi prope Rugam Sancti Juliani. Et donamus, & concedimus eis, ut possint facere duo molendina equi in Tyro, & furnum in suis dominibus, sicut continetur in Privilegio Regis Balduini quod habent. Et concedo & confirmo dicto Communi Pisanorum stateram & pensas & media & mensuras vini & olei & omnium rerum, quae ponderari possunt & mensurari, concessas eis a dicto Comite Raimundo, ut libere possint inter se ponderare, & mensurare, & extraneis ab eis comparantibus. Preterea extra Tyrum, & in partibus Tyri donamus atque concedimus dicto Pisanorum Communi unum Molendinum aque cum domo & aqua & omni sua pertinenzia, ut concessum est eis a dicto Comite Raimundo; & Casale, quod nominatur Tabbiae cum duabus gastinis, & cum omni suo territorio & pertinentia, & rasalane, cum edificiis omnibus & molendinis & aqua & jure molendinorum, & cum suo territorio & pertinentia. Et Casale, quod vocatur Sydio cum omni territorio & pertinentia, & cum gastina Montis & Amebeadale, cum aquis & omni suo territorio & pertinentia, & Jardintim, quod fuit Regis & Reginac, cum aqua & omni sua pertinenzia. Et donamus & concedimus Pisanis, & eorum Communi in Tyro &

A in partibus Tyri omnes libertates per mare & terram intrando & exeundo, & Curiam, quam in Tyro habuerunt, & Raimundus Tripoli Comes eis confirmavit. Et amplius etiam eis concedo, ut omnes Pisani, & qui Pisanorum nomine censemur, tam scapuli quam Burgenses, seu etiam Milites & Comites, seu cuiuscumque conditionis Laici, in Pisanorum Curia judicentur de omnibus causis & factis & forisfactionibus, quae dici vel excogitari possunt, praeterquam de Feodis, & Arsis, & quae ad feoda & arsis pertinent, de quibus omnibus in Dominorum Curia judicentur.

B De nulla autem alia re Pisanus judicetur in regali Curia in Tyro & ejus partibus, nec etiam in toto Regno. De dominibus autem Burgensium Pisanorum extra honorem Pisani Communis positis, Pisani taliam possint percipere, si pro Communi Pisanorum Tyri taliam receperint. Nichil autem nomine alicujus diricturas aut hostilis expeditionis, vel suae averis occasione ab eis possit extorqueve, & ut a Pisani, & ab his, qui Pisanorum nomine censemur, nihil nomine tertiariae, aut alicujus diricturae possit exigi. Et concedimus eis Vicecomitatum sive Consulatum pro regenda Curia & eorum onore in Tyro. Et concedimus eis, ut pro suo Communi ponantur homines pro suo velle ad catenam & fundam & postas Civitatis Tyri, qui habeant curam de omnibus Pisani, & de his, qui Pisanorum nomine censemur, & ut nullus homo Regis se intronit de aliquo Pisano, vel de his qui Pisanorum nomine censemur, aut de eorum avere, ad catenam vel fundam vel postas Civitatis, intrando vel exeundo per mare vel per terras: & ut omnes Pisani per quaslibet partes Regni cum suis rebus securi ac libere possint ire, & a nullo possint impediri

C

D

E

nomine Regis, aut alicujus Baronis occasione: Et ut de nulla re fiat eis decreta, nec ab eis occasione alicujus dereti aliquid possit extorqueri. Si quis autem Pisanus vel Pisani naufragium sustinuerint in Regno & in partibus Regni, cum omnibus rebus suis sint securi, & nichil eis auferatur. Insuper damus & concedimus eis dictas domos & furnos & balneum & casalia & molendina & stateram & pensas & modia & mensuras omnes liberas & absolutas ab omni tributo & exatione, & ut nichil nomine suprascriptarum rerum & concessionum aliqua occasione ab eis possit exigiri. Nichil etiam a Rege vel ejus Nuntio possit inveniri vel macbinari per decretum vel aliqua arte vel ingenio, unde jus eorum ledatur vel seditus eorum in Tyro, vel in ejus partibus minuatur in furnis & molendinis vel balneo vel casalibus, aut in aliquo honore eis concessso. Et quia quidam Pisani in obsequio Christianitatis decesserunt, quidam autem sunt superstites, concedimus, ut Pisani & eorum heredes, & qui Pisanorum nomine censentur, feoda & arsias suas recuperent, & per totum Regnum feudis & arsisis suis restituantur. Aduc concedimus eis & eorum Ecclesiae quid juris & libertatis eis concedere possumus. Promittimus eis, quod in Libertate querenda eorum Ecclesiae in Tyro & ejus partibus consilium & adjutorium praestabimus. Ideo autem omnia praedijsa dedimus & concessimus eis in Tyro & per totum Regnum, quia in Tyro remanserunt, & pro defensione Civitatis contra Saracenos pugnaverunt, nullaque de cetero pro diuis dationibus in Tyro aut in aliqua parte Regni dehent praestare servitia. Hec siquidem prescripta dona Pisanis concedimus, dum nos plena fide dilexerint, & perfecta nobis per omnia legitime obtemperantes. Ut autem hujus no-

A stræ donationis, concessionis & confirmationis auctoritas Pisanis & eorum Communi rata in perpetuum ac inconcussa permaneat, presentem paginam testibus subscriptis & sigillo nostro muniri ac corroborari fecimus. Hujus rei testes sunt Gaufridus de Lezeniaco, Americus Regius Connestabulus, Balianus de Ibiliño, Hugo Tybriadus, Willelmus Tybriadus, Gaufridus Tortus, Galgillus de Cheneche, Alelmus Bellus.

B Factum est Anno ab Incarnatione Domini MCLXXXIX. Indictione VII.

Datum in offidione Accon, per manum Petri Regii Cancellarii, & Tripolitanæ Ecclesiae Archidiaconi, XIII. Kalendas Decembri.

C Ego Benincasa quondam Leonardi Casinensis filius, Domini Frederigi invictissimi Romanorum Imperatoris Judex & Notarius, autenticum hujus vidi, legi, & obscurtavi Accon in Ecclesia Sancti Petri Pisanorum, praesentibus Gherardo Marandello, Roberto Tornali, Jacobo Valistoli, Bartolomeo Campore, & Ugolino Notario quondam Bandini, & aliis testibus ad hec rogatis, Dominicae Incarnationis Anno secundum cursum Pisanorum Millesimo Dugentesimo Quadragesimo Octavo, Indictione Sexta, sextodecimo Kalendas Aprilis. Ideoque prout inveni in originali munito Sigillo plumbeo pendenti, in quo ab uno latere erat imprexa quedam Civitas circumdata biis literis ♦ CIVITAS REGIS REGUM OMNIUM, & ab altero erat imprexa

E quedam imago cuiusdam Regis coronati sedentis in Regali Sede, & tenentis in manu dextra quamdam Crucem, & in sinistra quamdam pallam rotundam cum cruce parvâ, circumdata biis literis ♦

GUIDO DEI GRA REX JERUSALEM, non vitiato, non cancellato, non abolito, nec in aliqua sui parte raso, ita per ordinem de verbo ad verbum,

nicibil addens neque minuens, de mandato nobilis viri Domini Guidonis de Sancto Cassiano quondam Galli Consulis Communis Pisanorum Accon, & totius Syriae, transumpsi, & in publicam formam redigi.

Sunt heic multa, quae dilucidare conferret ad illorum temporum ac morum lucem: ac praecipue quum

Praeceptum Conradi Principis Tyrii, & Isabellae ejus conjugis, quo Pisano Populo jura ac privilegia confirmant, Anno 1191.


In nomine Sancte & indi-
vidue Trinitatis Patris &
Fili & Spiritus Sancti. Amen.
Ut veritatis memoria in poste-
rum conservetur, omnibus tam
praesentibus quam futuris liquidum ap-
pareat, quod nos Conradus Marchio-
nis Montisferrati filius, per Dei gra-
tiam Tyri Dominus, & Domina Isa-
bella quondam Illustris Armalrici
Regis Jerosolimitani filia, uxor ejus,
insimul consentientes concedimus & con-
firmamus atque corroboramus vobis Guel-
fo & Marthensi Consulibus Pisanorum,
recipientibus pro Communi Pisano, om-
nes domos, terras, & possessiones, bo-
nores & libertates, quae in Tyro &
extra Tyrum, & qualibet parte Regni
Jerosolimitani Pisana Civitas & ejus
Commune habuit & tenuit antiquitus.
Similiter omnes domos, terras, & pos-
sessiones, bonores & libertates, quae vo-
bis vel antecessoribus vestris pro Com-
muni Pisano ego Conradus Marchio Co-
mes Tripolitanus donavimus & conces-
simus in Tyro & extra Tyrum, & in
qualibet parte Regni. Confirmamus etiam
& corroboramus vobis pro Communi Pi-
sano omnia privilegia de predictis a me
Marchione eidem Communi & aliis pro
eo facta, sicut in tenore pacis & con-
cordie inter me Marchionem & Consu-

A ibi Fundacum Pisanorum toties me-
moretur, quae vox apud nos adhuc
perdurat, idemque Italice tonat ac
Magazzino; Menagio autem explicat
ur Bottega di Drappi. Sed mihi pro-
perandum est, Hisce accedat alterum
Diploma supra laudati Marchionis
Conradi.

B les Pisanos pro eorum Communi a Man-
fredino Pitti & Gualredo & Philip-
po, inter nos Arbitris electis de nobis
visum fuerat. Et omnia privilegia de
predictis honoribus & donationibus a
nobis vel aliis pro Communi facta Re-
gio Jerosolimitano Sigillo jussimus com-
muniri. Ut autem haec nostra confirma-
tio & corroboratio firma & intibata
omni tempore permaneat, nullaque super
bis valeat pullulare dubiezas, presens
Privilegium testibus subscriptis & Si-
gilli nostri plumbi impressione jussimus
communiri. Hujus rei testes sunt Domi-
nus Balianus, Dominus Rainaldus Sy-
doniae Dominus, Paganus de Caypha,
Manfredinus Pitti, Bruscus, Parason,
& Alcianensis.

C D Actum in Castello Tyri, Incarnatio-
nis Anno Millesimo Centesimo Nonage-
simo Primo, Indictione VIII.

Data Tyri per manum Bandini, Do-
mini Marchionis Cancellarii, V. Nona
Martii.

E Ego Benenca quondam Leonardi
Calcinensis filius, Domini Frederici in-
victissimi Romanorum Imperatoris Judea
& Notarius, authenticum hujus vidi,
legi, & obsecutavi Accon in Ecclesia
Sancti Petri Pisanorum, presentibus, O-
pitbone Buzaciaro, Pipino Conetti, Ildo
de Gombo, & Ugolino Notario quondam
Bar-

Bandini, & aliis testibus ad haec rogatis, currente: Dominice Incarnationis Anno secundum cursum Pisaniorum Millesimo Dugentesimo Quadragesimo Octavo, Indictione Sexta, VI. Idus Martii. Ideoque prout inveni in Originali munito Sigillo plumbeo pendenti, in quo ab utroque latere erant impressi due similes imagines cuiusdam hominis armati super equo tenentis in manu dextra quodam Vexillum, circumdate his litteris CON& MARCHIONIS MONTIS-

Rapini Principis Antiocheni. & Heluisae Principissae ejus conjugis Diploma, quo Pisanos in Principatu Antiocheno multis immunitatis ac privilegiis donant, Anno 1216.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus. Amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego Rapinus Dei gratia Princeps Antiochiae, Raimundi Principis filius, voluntate & consensu Domine Heluise uxoris mee Principissae, nec non & Domini Leonis Illustrissimi Regis Armeniae Avunculi mei, & rogatu piissimi Domini Hugonis Illustris Regis Cipri, mei Iotorii, atque consilio hominum meorum, dono, concedo, & confirmo in perpetuum haereditatem Communi Pisarum, & omnibus presentibus Pisaniis & futuris, & Pisaniorum filiis & omnibus illis, qui sunt vel sunt de honore & iuramento Pisaniorum, exceptis omnibus hominibus illis, qui sunt de meo Principatu Antiocheno, & de meo dominio qui non sunt Pisani, nec Pisaniorum filii vocantur, ita quod ipsi non possint in honore nec juramento Pisaniorum nec eorum libertate recipi nec colligi, omnes donationes, quas Boamundus meus Avus Princeps Antiochiae, & ejus Mater Domina Constantia Principissa Antiochiae delevant prae nominatis Pi-

A FERRATI, non vitiato, non cancellato, non abolito, nec in aliqua sui parte raso, ita per ordinem de verbo ad verbum, nichil addens neque minuens, de mandato nobilis viri Domini Guidonis de Sancto Cassiano Consulis Communis Pisaniorum Accon & totius Syriae, transumpst & in publicam formam redigi. Harum Chartarum seriem claudat B Diploma Rapini Principis Antiocheni, qui & ipse novis privilegiis Pisaniorum gentem exornavit.

C sanis, ut illas habeant, & pacifice, libere, & quiete teneant, & absque calunnia & sine contrarietate aliqua in perpetuum possideant. Insuper dono, concedo, & confirmo supradictis Pisaniis plenam & liberam Curiam de omnibus causis & forisactis, quae dici vel excoigitari possunt, per totum Principatum meum, & in omni Terra, quam Deo volente potero conquistare: ita quod aliquis homo Pisaniorum de commisso aliquo seu forisacto, quod fecerit, nisi tantum de furto & homicidio & proditione contra propriam personam meam, quam causam meae Curiae reservo, non debeat respondere, nec rationem facere in Curia alicuius, nisi in Curia praedictorum Pisaniorum, & coram Vicecomite vel Consule, secundum usum eorumdem Pisaniorum & consuetudines. Prepterea dono eis & concedo amodo plenam libertatem & perpetuam in toto Principatu meo Antiocheno & meo dominio, & in tota terra, quam habiturus sum, per mare & per terram emendo & vendendo, & liberum introitum & exitum, & de omnibus directris cabane totius passaggi & . . . rati & commercii,

D & de-

E

& domorum & jardinorum, & vini, & vinearum, & omnium rerum venalium, & de omnibus drecturis, que pertinent ad emptionem & venditionem, ut ipsi prenominati Pisani, vel eorum famuli, seu quicumque res eorum & Mercaturas portaverint, de omnibus drecturis liberi permaneant & immunes. Ita quod ego, nec mei successores, nec nostri Bavili, nec Pauzonarii, neque Secretarii, nec aliquis alterius pro nobis pro ulla emptione seu venditione vel passagiis, seu pro bujusmodi drecturis supra nominatis possimus nec debeamus aliquid ab eis postulare vel accipere, aut aliquam inferre calumniam, excepto Portu Sancti Symeonis, ubi prenominati Pisani tenentur donare medietatem passagii, quam solebant dare tempore Boamundi Avi mei Principis, & medietatem tercenarie ejusdem Portus, & medietatem ancoragii. Et de omnibus emptionibus & venditionibus, quae pertinent ad dominium Antiochiae, quas Pisani facient in praedicto Portu, siant liberi & immunes. Et de omnibus aliis rebus venalibus, que pertinent ad dominium Domini portus prenominati, donabunt dicti Pisani medietatem juris, sicut dederunt illam tempore dicti Boamundi Principis Avi mei. Ut au-

A tem hoc donum, quod prediis Pisani per hoc presens Privilegium facio, firmum habeat tenorem & terminum subscriptis testium nominibus corroboro, & meo principali Sigillo munio & confirmo. Hujus rei sunt testes Otto de Tabarea, Willelmus de Insula, Acharias Senescalcus, Eschevardus frater ejus, Rogerius de Montibus, Simon Camorvis, Pontius Lombardus, Thomas Molbrunus, Johannes Flandrensis Dux Antiochiae.

B Factum est hoc Anno Domini MCC-XVI. septimo die Aprilis, ut a proximo Mense venturo Septembribus hinc inde in ante firmum permaneat & eternum, quod in hoc presenti continetur Privilegio.

C Datum per manum Jordani Cancellarii Nicolai Vicecomitis in Antiochia Pisanorum.

D Latius quoque Veneti in Oriente tum suis viribus, tum studio Mercaturae, famam sui nominis propagarunt, atque illic sibi plurima commoda ac jura comparavere. Dandulum in Chronicis multa ex iis recensentem habemus; nunc unam Chartam proferre juvat, ex Appendice ad ipsa illius Chronica decerpitam, unde hoc ipsum argumentum lucem accipiet.

Balduini II. Hierosolymorum Regis, sive Primatum illius Regni, Charta, per quam Duci & Populo Venetiarum multa jura concedunt, & confirmant in Oriente, Anno 1130.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis, Patris & Fili & Spiritus Sancti. Amen. Hae sunt conventiones, quas Balduinus Rex Hierusalem Latinorum Secundus fecit San. Jo. Marco, & Dominico Michaëli, suisque successoribus & Baronibus secundum prælacionem literarum & Nunciorum suorum,

E antequam captus esset, eis destinare consilio Patriarcharum & Antistitum & Principis Antiocheni, nec non utrorumque Baronum, videlicet Hierosolymorum & Antiochenorum secundum suum ordinem concessae, atque Baronibus sacramentali manu confirmatae in Ecclesia Sanctae Crucis apud Acon.

In

In omnibus Civitatibus, dominioque praedicti Regis & omnium Baronum suorum, Venetici Ecclesiam, & integrum Rugam, unamque plateam & balneum, necnon & furnum habeant jure hereditatis possidenda, ab omni exactione libera, sicut sunt propria Regis. In Ruga vero Hierusalem Veneti tantum ad proprium habeant, quantum ipse Rex solitus est. Quod si apud Achon furnum, molendinum, aut balneum, statueras sive modios, & duram ad vinum, oleum, vel mel mensurandum in vico suo facere voluerint, libere liceat quicumque voluerint in omnibus inibi habitantibus absque omni contradictione pretio suo coquere, molere, balneari, mensurare. Praeterea illam ejusdem Plateae Rugae Achon partem, quam primus Rex Balduinus beato Marco & Domino Duci Or. . . . suisque successoribus in acquisitione Sydonis dedit, eidem Evangelistae Marco, vobisque Domino Michaëli Venetiarum Duci, vestrisque successoribus per presentem paginam confirmamus. Rugam, dico, unum caput in mansione Petri Zanni, aliud verò in Sancti Demetrii Monasterio firmantem, & ejusdem Rugae alias partem unam Machomariam, & duas mansiones lapideas habentes, quae quondam Casulae de cannis esse solebant. Vobisque potestatem concedimus tenendi, possidenti, & quicquid vobis in pertuum plauerit faciendi. Quin etiam nullus Veneticorum in tota terra, dominioque Regis, suorumque Baronum, nullam dationem in ingrediendo, aut in dominio Regis, suorumque Baronum, morando vel egrediendo per ullum ingenium dare debeant, sed liberi ubique dominii Regis, suorumque Baronum, sicut in ipsa Venetia, sint, excepto quando cum navibus exeunt, peregrinos portantes: tunc quippe secundum Regis consuetudinem terriam partem ipsi Regi dare debeant.

A Unde nos omnes Duci Venetorum de funda Tyri ex parte Regis de Fisco Apostolorum Petri & Pauli trecentos unoquoque anno Byzantios Sarraen. & debiti conditione persolvere debemus. Si vero aliquod Placitum vel litigationem Veneticus contra Veneticum habuerit, in Curia Veneticorum determinetur. Vel si aliquis homo versus Venetum querelam vel litigationem habuerit, in Curia Veneticorum determinetur, vel diffiniatur. Verum si Veneticus super quemlibet aliis hominem, quam Veneticum, clamorem fecerit, in Curia Regis emendetur. Insuper si Venetus inordinatus vel inordinate, quod nos sine Lingua dicimus, obierit, res suae in potestatem Venetorum redeant. Si etiam aliquis Veneticorum naufragium passus fuerit, de rebus suis nullum patiatur damnum; sed si in ipso naufragio mortuus fuerit, hereditibus suis, vel Venetis res suae remaneant. Praeterea super Burgenses cuiusque gentis, si in vicis eorum sint habitantes, & super domos eorum, easdem justicias & consuetudines, quas Rex super suas habet, Veneti habeant. Denique duarum Civitatum Tyri & Ascalonis tertiam partem cum suis pertinentiis, & terravum sibi pertinentium a die Sancti Petri, Saracenis tamen servientium, quae non sunt in manibus Francorum, quas Deus sua misericordia per eorum auxilium & laborem aut aliquod ingenium, Christianorum manibus tradiderit, libere & regaliter Venetici habeant, sicut Rex alias duas, & posse deant. Verumtamen in defensione Terra, secundum quod tertiae partis redditus convenienter tolerare poterint, in commune servitum Regis defensores habent.

B

C

D

E

Ego itaque Balduinus per Dei gratiam Rex Hierusalem Latinorum Secundus, ad Regnum Hierosolymitanum de Antiochena terra, ubi diu post meam libe-

tiberationem moram feceram, veniens, auditis & visis conventionibus, quas me absente Varmundus Hierosolymorum Patriarcha cum Clero & Baronibus cum Populo Dominico Michaëli Venetiarum Duci, suisque successoribus, & Venetis secundum Privilium ipsorum affirmaverant, quas me confirmaturum illis promiserant, has quidem supra dictas universales conventiones, secundum quod Privilium hoc continet, concedo & confirmo, & meae auctoritatis Sigillo observandum correboro, quatenus nostro, nostrorumque heredum & successorum tempore in perpetuum inviolabiliter permaneant.

Ego Varmundus Dei gratia Hierosolymae Patriarcha, propria manu subscribens, confirmo haec eadem.

Ego Ebremarus Caesariensis Archiepiscopus similiter confirmo.

Ego Bernardus Nazarenus Archiepiscopus similiter confirmo.

Ego Asquetus Bethlemita Episcopus similiter confirmo.

Ego Rogerus Lidenensis Episcopus similiter confirmo.

Ego Enfredus de Torone Episcopus similiter confirmo.

Ego Guido de Milliazo similiter confirmo.

Ego Rodulphus de Fontanellis similiter confirmo.

Ego Goffridus similiter confirmo.

Ego Rainerius de Burgo similiter confirmo.

Ego Hugo Ludensis Dominus similiter confirmo.

Ego Guibertus de Caifas similiter confirmo.

Ego Goldimus Abbas Sanctae Mariae Vallis Josaphat similiter confirmo.

Ego Gerardus Sancti Sepulcri Prior similiter confirmo.

Ego Achardus Prior Templi Domini similiter confirmo.

Tom. VI.

A

290
Ego Arnardus Prior Montis Syon similiter affirmo.

Ego Reymund Procurator Hospitalis Hierusalem similiter affirmo.

Ego Vall. de Buiers Tyberiadis Dominus similiter affirmo.

Ego Ugo Joppensis Dominus similiter affirmo.

Ego Valterius Bribare Benthi Dominus similiter affirmo.

Ego Romanus de Podio similiter affirmo.

Ego Ugo de Pagano Magister Militum Templi similiter affirmo.

Ego Eustachius Granerius similiter affirmo.

Data apud Aibon per manus Pagani Regis Cancellarii, Anno MCXXX. Inditio Tertia, VI. Nonas Maii.

C

Ceterum antiquis etiam Saeculis statae quaedam Consuetudines aut Leges fuere in Mercatoria, tum quod est ad Contractus, tum quod attinet ad Veſtigalia ac Pedagia; & variae quidem pro varietate regionum ac Principum, aut eorum arbitrio, aut paſtis inter Populos commercio redditos initis constitutae. Leges quoque suas habuit Mercatura maritima, uti supra innui, navigantibus observandas five in mari, five in portubus atque emporiis. Sed nimis in longum progrederetur oratio. Quare Dissertationem claudam, unam producendo Chartam, e qua constabit, quid Cintracus Genuensis a Mercatoribus maritimis olim exigeret. Cintraci nomine Genuenses Praeconens designabant, eratque apud eos noble munus. In aliis quoque Urbibus liberis animadvertes, usitatum fuisse Praeconem, ejusque dignitatem fortasse miraberis. Vide etiam Du Can-gium ad hanc vocem.

D

D

E

T

De

De munere, deque beneficiis & honoribus Praeconis Civitatis
Genuensis; circiter Annum 1190.

Cintragus debet esse ad conjurium illius, qui intrat in Macellatum. Omne Lignum, quod venit de Sardinea cum Sale, debet dare Cintrago minas salis tres; & si venerit per Corsicam & fecerit cambium, debet ei dare minas grani tres. De unoquoque Ligno de maritima & Romania, minam unam. Quidam Januenses fuerunt in Mercato ad Populoniam, & venerunt cum Ligno suo in Portu nostro. Cintragus hoc sciens, & credens eos venire de maritima, quesivit eis minam unam. Ipsi vero Januenses respondentes, quod nobis a Cintraco petitur, numquam dabimus, quoniam in maritima non fuimus: tandem Cintracus duos vocavit testes, Gandulphum Carmandinum scilicet & Johannem Carmeli, quoniam juraverunt, quod Consules Lanfrancus Piper, & Ansaldus Mallonus, & socii eorum laudaverunt, quod unumquodque Lignum transiens Liurnam pro mercato grani debet dare ad Cintracum minam grani unam. Auditis dictis testium a Consulibus Bonvassalli Tetuice, Ansaldo Mallone, Oglerio Guidone, & Bellamuto, placuit eis & laudaverunt, ut ipsi, qui venerant a Populonia, darent Cintraco minam unam

A grani. De unoquoque ligno Salis de Provincia debet habere quartinos Salis tres. De unaquaque Galea, quae vadit in cursum ultra Sardiniam vel in Hispaniam, debet habere Marabutinum unum. De unoquoque Ligno veniente de Sicilia, si major pars fuerit grani de Carneo, debet habere minas grani duas. De Lignis, que vadunt pro grano ultra Forum Juliense, minam unam. In principalibus Festis debet Cintracus prandere cum Domino Archiepiscopo. Cintracus debet ordinare guardias Civitatis, & requirere & cognoscere, si facta fuerint. Cintracus debet vocare Populum ad Parliamentum per Civitatem & per Burgum & per Castrum in praecetto Consulum. Et debet vocare homines ad Placitum per Civitatem & per Burgum & per Castrum in praecetto Consulum. Et debet facere bandum per Civitatem & per totum Archiepiscopatum in praecetto Consulum. Et quando ventus Aquilo regnat, debet ire per Civitatem & per Castrum & per Burgum, amonendo ut bene caveant ignem. Cintracus debet custodire in Sabbato Sancto Portam Sancti Johannis, donec Archiepiscopus & Canonici veniant ad benedicendos Fontes cum processione.

DE PLACITIS
ET
MALLIS.
DISSERTATIO
TRIGESIMAPRIMA,

21710419-90
21710419-90
21710419-90
21710419-90

DISSESTITO

TRIGESIMAPRIMA.



Uo ordine, qui-
busve ritibus ju-
stitia olim Po-
pulo ministrare-
tur, litesque ci-
viles dirimeren-
tur, nunc edi-
cendum est. Alii
enim mores a nostris obtinuere in
Italia, regnantibus in hac Provincia
Langobardis, Francis, & Germanis
Regibus. Itaque primo veri videtur
simile, non eam tunc fuisse litigiorum
segetem & copiam, quae enor-
mi a nonnullis Seculis fluxu non
Italianam solum, sed universam Euro-
pam fatigat. Paucae leges paucis
controversiis aditum aperiebant; sci-
tum enim est illud Platonis: *Apud
quos plurimae leges, ibi & plurimae
lites.* Ad haec nullae tunc erant Pri-
mogeniturae, nulli Majoratus, nulla
Fideicomissa, ac Substitutiones,
quae nunc Judicum patientiam quo-
tidie exercent, & Advocatorum cru-
menam turgidam faciunt: & quae si
tollere de medio quisquam Princeps
in animum induceret, in Juriscon-
sultorum agros non exiguum sterili-
tatem inferret. Qui etiam Legibus
operam dabant, & *Judices* appellari
consueverunt, tum quod pauci fo-
rent, tum etiam quod mediocre pa-
trimonium scientiae habuisse videan-
tur, nudo Legum paucarum textu-

A contenti, non Glossis non Commen-
tariis, non Decisionibus, non Tra-
ctatibus studebant, sed expeditâ Le-
gis allegatione & collatione propo-
siti casus, sibi ad cito pronuntian-
dam sententiam viam sternebant. Lau-
danda procul dubio Romanorum Le-
gum restitutio, neque segnus com-
mendanda est publicorum Gymnasio-
rum institutio, ubi Juris scientia
spioso discipulorum agmine colitur.
Sed minime dissimulandum, non le-
via incommoda tantum beneficium
consequuta fuisse, nempe multiplicata
tas juris Quaestiones, innumeris in-
ter se digladiantes, oppositasque sen-
tentias emersisse, atque adeo succe-
visse lites, & in annos plures, ne
dicam in Secula, litigantium cau-
fas hodie trahi. Hoc saltem utilita-
tis habebat rudium temporum exilis
doctrina, & si etiam dicere mavis
inscitia, nempe extemplo componi,
aut dijudicari privatae gentis lites
consuevisse. Nam quod quisquam
objiciat, facile olim ex ignorantia
Judicum & Patronorum, obnoxia
fuisse judicia injustitiae: a quo di-
scrimine nos eripit nostrorum tem-
porum multiplex doctrina; id qui-
dem non sine assentatione erga Se-
cula nostra opponatur. Erant olim
quoque viri ingenio & acumine men-
tis instructi. Iis vel sola naturalis
Ratio dabat inter album & ni-
grum,

grum, justum & injustum recte posse distinguere. Atque utinam nemo nunc nisi bene doctus judicaret, aut nemo suâ scientiâ hodie abuteretur, ut justitiae trutinam in suam partem quocumque pacto inclinaret. Utinam quoque nullis affectibus rapti unquam Judices aeo nostro sententias ferrent. Quin olim justitiae aliquando officeretur, quamquam non sponte, ab indoctis Magistratibus, negare ego nolim: incertum tamen est, raro-ne an saepe contingeret. Nunc nullus dubitandi locus est, an a Magistratibus temporum nostrorum aequa semper judicia ferantur, quando quotidie Appellantium voces audimus conquerentium, sententias jam pronuntiatas falsitate, iniquitate, & injustitiâ abundare, atque in eamdem rem videmus varia atque opposita Judicum decreta prodire, quamquam nostrorum temporum scientia tanto-pere extollatur.

Duplex autem Judiciorum genus praecipue novimus olim peractum: *Mallum* videlicet, & *Placitum*; & publicum quidem utrumque, hoc est coram Populo habitum, venia factâ cuicunque accedere & audire volenti. Sed quid inter se different, *Mallus*, ac *Placitum*; quidve liceret in uno, quod non liceret in altero, non satis liquet. Vossii, Bignonii, Baluzii, & Du-Cangii sententia est, *Mallos* sive *Malla*, fuisse publicos conventus, in quo majores caussae disceptabantur. Hujus rei Papias antiquus Grammaticus testis adfertur. Baluzius vero Tomo II. pag. 1193. Capitular. Reg. Francor. vetustam marginalem notam profert, ubi *Mallus generale Placitum* definitur, ita ut *Placiti* nomine significantur minora Judicia, Populo minime ad ea convocato, habita; *Malli* autem majo-

A ra, ad quae universa Plebs invitabatur. Proinde raro *Malli*, saepe vero *Placita* habebantur. Si originem vocis petis, audi Hi kesium ita loquentem Tom. II. Thesaur. Linguar. Veterum: *Ab Alamannico Mahal*, *Mahl*, *Curia*: quod a Gothicó Mathls Forum, Marci 7. vers. 4. Forum autem Gothis Mathls a Mathlgian, *Loqui*, Sermonem habere. Itidem apud Islandos at Moela vel Mala est *Loqui*, & Mal Sermo. Frustra igitur Bradejus Mallum a *Mahl*, quod est Saxonice, ut ait, Signum, dedit. Alibi addit idem Hickefius: *Methel*, *Sermo a Gothicó Mathls Forum*, in quo conciones habentur. Nota, Maellen Cimbricum esse: nam apud Cimbros at Maëla est *Loqui*. Inde *Mallus*, & *Mallare Latino-barbara derivantur*. Ita in Glossis Rhabani Mauri Curia Germanice redditur *Mahal*. Itaque in Capitulari Caroli Magni Lib. 7. Cap. 33. decernitur, ut bis quolibet anno liberi homines ad *Mallum* conveniant: *Ut ad Mallum venire nemo tardet*, unum circa aestatem, & alterum circa autumnum. Hinc tamen minime deducendum, duos tantum Mallos singulis annis indictos fuisse; additur enim: *Ad alia vero*, si necessitas fuerit, vel denuntiatio Regis urgeat, vocatus venire nemo tardet. In altero tamen textu legitur: *ad alia vero Placita &c.* quod minime urgeo; nam ultra duos Mallos, plures etiam olim celebratos fuisse persuasum habeo. Sunt tamen, quae rem adhuc turbare videntur, quum & *Placiti* & *Malli* vocabula pro uno usurpata reperiantur, neque satis constet, quae caussae in uno agitari solerent ac possent, quaeve in altero. Inter Leges Langobardicas Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. in Lege 77. Caroli Magni haec habentur: *De manire ve-*

si, nisi de ingenuitate, aut de hereditate, non sit opus observare. De ceteris vero caussis per distinctionem Comitis ad Mallum veniant. Lex certe obscura, ex qua tamen sublucere videtur, praeter duas caussas licuisse ceteras ad Mallum deducere. In Praecepto Ludovici Pii apud Baluzium Tomo II. pag. 550. Capitular. haec etiam occurunt: *Pro majoribus causis, sicut sunt homicidia, raptus, incendia, depredationes, membrorum amputationes, furtæ, latrocinia, alienarum rerum invasiones, & undecimque a vicino suo aut criminaliter aut civiliter fuerit accusatus, & ad Placitum venire jussus, ad Comitis sui Mallum omnimodis venire non recuset.* Heic habemus confusa simul nomina Malli & Placiti, quum in ambobus excusae videantur non minores tantum, sed & majores caussae. Attamen consentire cum veritate puto propositam nuper sententiam; quamquam interdum Placiti nomen tam ad majora, quam ad minora Judicia designanda adhibetur. In Lege Langobardica 69. Caroli Magni: *Ingenui homines nulla Placita custodire, hoc est ad ea advenire, coguntur, postquam illa tria custodierint Placita, quae instituta sunt.* Supra vero vidimus, ad duos praesertim Mallos confluere coactum fuisse Populum. In Lege Langobard. 49. ejusdem Caroli praecipitur: *Ut nullus alius de liberis hominibus ad Placitum, vel ad Mallum venire cogatur, exceptis Scabinis & Vassis Comitum, nisi qui suam causam quaerere debet, aut respondere.* Adde Legem Langobard. 41. Ludovici Pii, ubi in anno tria solummodo generalia Placita observanda liberis hominibus dicuntur; & nullus eos amplius Placita observare compellat, nisi &c.

A Hinc autem certo habemus, *Placita generalia nihil aliud fuisse, quam quae alibi Malla sive Malli appellantur; ita ut illud praecipue intercessisse videatur inter haec duo judicia, quod omnes liberi homines interesse Mallis cogerentur, non autem Placitis.* Quapropter Carolus Magnus in Comitiis apud Pistas decrevit, *ut vicini Comites (Urbium nempe Praesides) in una die, si fieri potest, Mallum non teneant, propter frances homines & Advocatos, qui ad utrumque Mallum non possunt occurrere.* Interdictum quoque fuit, ne Mallus in Templis, eorumve atriis habereatur; *minora vero Placita Comes sive intra suam potestatem, vel ubi impetrare potuerit, haberet.* Meibomius in Notis ad Witichindum, Chartam Caroli Magni adserit, constituentis Trutmannum Comitem in Saxonia, *ut residenceat in Curte ad campos in Mallo publico, ad universorum causas audiendas, vel recta judicia terminanda.* Eadem exhibet Formula Bignoniana Cap. 6. apud Baluzium. Atqui non dispari phrasi, nempe ad singulorum hominum iustitiam faciendam ac deliberandam, aliisve similibus verbis, utebantur quicumque Placita habebant, uti ex infra adducendis exemplis patebit. *Mallare etiam veteres appellabant in jus vocare, ac preinde quamvis ad Placita adversarium adcirent, Malli appellatio recurrebat.* Animadvertendum quoque est, Carolum Magnum in Lege Langobardorum 99. decrevisse, *ut neque Abbates, neque Presbyteri &c. ad publica vel ad Saecularia judicia trabantur.* Tum Lege 120. statuit idem Augustus: *Ut Placita publica, vel Saecularia, neque a Comite nec ab ullo Ministro suo vel Juge, nec in Ecclesiis, nec in terris Ecclesiæ teneantur.* Cur quae eo Placita

Publica a Saecularibus distingui videntur? Res mihi obscura. Vix autem fallar, si dixerim, ideo universum Populum ad generalia illa Placita fuisse convocatum, quod ibi lites & causae singulorum hominum agnoscendae ac dirimendae forent, & brevior via visa fuerit convocare totam gentem, ut adversarios suos in promptu haberet, quisquis contra illos instituere actionem vellet. Quum vero saepe accusatus exceptiones opponeret, ac moram peteret ad parandas Chartas aut testes, is fidem suam obligabat, immo & cautionem ac jusjurandum addebat de sistendo se alteri proxime venturo Placito. Haec fuit Majorum nostrorum methodus in Judiciis, longe expeditior sane, quam aeterna atque interminata nostrorum temporum. Neque tantum Saeculares viri jubebantur interesse Placitis, quoties Missi Regii veniebant ad ministrandam Populo iustitiam, sed & Ecclesiastici viri. Accipe Legem 83. Lotharii I. inter Langobardicas, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. ubi statuitur: Ut omnes Episcopi & Abbates & Comites, excepta infirmitate vel nostrâ iussione, nullam habeant excusationem, quin ad Placita Missorum nostrorum veniant, aut talem Vicarium suum mittant, qui in omni caussâ pro illis rationem reddere possit. Scilicet ut si quis adversus illos querelam instituere vellet, e vestigio utriusque partis jura excuterentur. Neque enim tunc in civilibus caussis immunes erant a Saeculari judicio Sacri Viri. Nunc aliis moribus in Italia vivimus. Ceterum honoris etiam causâ, quam Placita a Missis Regalibus

A habebantur, interesse consueverunt quicumque Episcopi, Marchiones & Comites alterius Civitatis ac Provinciae aderant. In Comitum quoque Placitis assidere interdum reprehenduntur Episcopi, volentes, ut puto, non verò coacti. Ibi Comites Episcopis sine controversia praecedebant. Neque tantum Missi Regii, Marchiones, Comites, aliquae minorres Judices in Mallis & Placitis iustitiam ministrabant; sed ne ipsi quidem Reges dignabantur Populi sui contentiones audire, & una cum Judicibus ac Primoribus Aulae residentibus, litigantium rationes expendere, & quae aequior cunctis videbantur, sententiam expromere. Clarissimus Mabillonius Lib. 6. Rei Diplomaticae, nonnulla adserit Placita a Clodoveo III. Childeberto III. & Chilperico III. Francorum Regibus celebrata. Alia insuper idem evulavit habita a Pippino, tum quando Majorem Domus agebat, tum etiam postquam Rex Francorum inunctus fuit. Neque secus egisse dignoscitur ejus filius glorioissimus Imperator Carolus Magnus. Reliqui subinde Francorum Reges non tam solliciti fuisse videntur ad praebendas aures contendentium querelis. Verum in Italia mos iste diu perduravit, Regesque ac Imperatores generalibus faltem Placitis, non raro intererant, operamque dabant componendis suae gentis controversiis. Exemplum accipiat Lector ex Placito in Senensi Civitate habito a Carolo Crasso Imperatore, quod olim ex autographo descripsi existente in Canonicorum Arretinorum Archivo.

Placitum a Carolo Crasso Imperatore una cum Proceribus ac Judicibus habitum, ubi decernitur, quasdam Ecclesias in territorio Senensi positas spectare ad Episcopum ac Dioecesim Civitatis Arretinae, Anno Christi 881.

Dum in Dei nomine, Civitate Sena in Domum Episcopii ipsius Civitatis, intus Caminata, ubi Dominus Karolus piissimus Imperator in judicio residebat, adessent cum eo Berengarius Marchio; item Berengarius, Walsfredus, Berwaldus, Winigfus, Gofredus, Adelbertus, Maurinus, & Ewardus Comitibus; Lino Magnisredus, Amelbertus, Ribaldus, & Berardus Vassi idem Augusti; Petrus, Fulbertus, & Urseptus Judices sacri Palatii; Farulfus Comes Domni Apostolici, & reliqui multis: ibique veniens Johannes venerabilis Episcopus sancte Aretinensis Ecclesie, una cum Suppone & Gumpertus Advocatore predice sue Ecclesie, & retulerunt: Abemus & detinemus ad partem predicti Episcopii Aretinensis ad proprietatem Ecclesias Sancti Ansani, & Sancti Stefani Ecclesiam Sancte Marie in Cosana, Ecclesiam Sancti Ipoliti in Sexiano, Ecclesiam Sancti Johannis in Rancia, Ecclesiam Sancti Andree in Malceno, Ecclesiam Sancti Petri in Pava, Ecclesiam Sancte Marie in Pacina, Ecclesiam Sancti Quirici & Johannis in Vicofalcino, Ecclesiam Sancte Restitute in fundo Sexiano, Ecclesiam Sancti Felicis in Tuano, Ecclesiam Matris Ecclesie in Misulas, Ecclesiam Sancti Valentini in Casale Urzino, Monasterium Sancti Petri Daxo, Ecclesiam Sancti Viti in Rutiano, & Iancte Matris Ecclesie in Castello Pollociano, Ecclesiam Sancti Viti in Versure, Ecclesiam Sancti Donati in Ciciliano, Ecclesiam

1

Tom. VI.

A Sancte Marie in Saltu, Ecclesiam Sancti Viti in Pruniano, & Ecclesiam Sancti Quirici in Ossina, cum Oraculis & omnibus rebus & casis massariciis ad eas pertinentibus. Sed, ut audivimus, pars istius Episcopii Senensis exinde adversus pars predicti Episcopii Aretinensis velleant inde agere. Unde ipse Johannes Episcopus & predictos Advocatores suos Suppo & Gumpertus misericordiam supradicti Domini Karoli gloriose Imperatoris postulassent, ut sue mercis exinde per circa manentes homines idoneos ipsius finibus Aretinensis & Senensis, qui ibi ad presentes erant, inquisitionem facere juberet, & justiciam ipsius Episcopati Aretinensis inveniret. Cum ipse Johannes Presub & predicti Advocatores taliter ipse Augustus postularet, sue consuetudinis misericordie motus, eorum obaudiente postulationibus, taliter homines ipsius Civitatis Aretinensis & Senensis, quos dicebant inde veritatem siren, sui venire presentia. Ita sunt Offo, Rigibaldus, Aldo, Soavericus, Rodericus, Amelfredus, Leo, Ato, isti de Aricio: Cienus, Dionisius, Erembertus, Bolo, Gumpfredus, & Gervinus isti de Sena. Et cum omnes testificati fuissent, quod bonos & receptibiles, & unusquisque suorum abervent Widrigildum, fecimus aduci sancta Dei Evangelia; & unus ad unus ad ipsa sancta Dei Evangelia jurati dixerunt, ut quicquid denominatedas Ecclesias, unde contencio erat inter pars Episcopii Aretinensis & pars Episcopii Senensis, siren, certans dicerent veritatem.

V

In

In primis nominatus Offo, postquam juravit, inquisitus dixit: Sio predictas Ecclesias cum Oraculis & casis, seu rebus ad eas pertinentibus, unde contencio est inter pars Episcopii Aretinensis & pars Episcopii Senensis odie, per quadraginta annos abeat & possideat ad proprietatem pars Ecclesie Aretinensis. Nominatus Rigibaldus, Aldo, Suavericus, Rodericus, Amelfredus, Leo, & Ato, omnia, postquam juraverunt, inquisiti dixerunt, sicut nominatus Offo. Nominati Cienus, Erembertus, & Boso similiter dixerunt, sicut nominatus Offo. Dionisius, Gumsfredus, & Gerwinus, postquam juraverunt, inquisiti dixerunt, a quo memorare ceperunt Ecclesias ipsas, unde supra intentio esset, eas abente a proprietate pars Ecclesie Aretinensis siren. Wintigius Comes, Reginerius Abba, & Farulfus a co memorare ceperunt, dixerunt, sicut nominatus Dorisius, adjurati ab ipso Augusto. Interrogatus Lupus Episcopus Senensis & Gaidaldo Avocatore suo a Domno Karolo piissimo Augusto, quod contra banc inquisitionem dicere vellet, ad hoc respondens jam dictus Lupus Episcopus Senensis una cum Gaidaldo Avocatore suo: Verè de predictas Plebes cum Oraculis vel Decimis, atque rebus inibi aspicientes & pertinentibus, unde isti bonos & credentes homines per inquisitionem testimonium dixerunt, veritatem dixerunt, quia in omnia sic est veritas quomodo ipsi dixerunt, & pars nostri Episcopii Senensis nihil pertinet ad habendum, & ipsas Plebes nec contradiximus, nec contradicere querimus, quia cum Lege non possumus, eo quod exinde nullam firmatatem, nullamque rationem inde habemus, nec invenire possumus, per quam jam dictas Plebes cum Oraculis vel Decimis, cum omni in-

- A tegritate inibi pertinentibus a pars ipsius Episcopii Aretinensis aliquid contradicere aut subtrahere possamus. Cum ipse Lupus Senensis Episcopus una cum Gaidaldo Avocatore suo taliter semel & bis profecti & manifesti fuisse, rectum eorum omnibus paruit esse, & judicaverunt, ut juxta eorum altercationem, & eorum Luponi Senensi Episcopo & Gaidaldo Avocatore suo professione, Plebes illas predictas per singula loca cum Oraculis vel Decimis, cum omnibus rebus inibi pertinentibus, unde agebantur, pars ipsius Episcopii Aretinensis Ecclesie haberet; & ipse Lupus Senensis Episcopus cum suo Avocatore Gaidaldo pars Episcopii Senensis a modo & in antea manerent inde taciti & contenti. Et finita est causa. Et hanc noticia, qualiter ipse Augustus ipsa inquisitionem sui presentia fecerat pro securitate ipsius Episcopii Aretinensis, mibi Raidulsi Notario sui Palacii scribere jussit, Anno Imperii idem Domini Karoli Primo, Mense Marcio, Indictione Quarta decima.
- B Signum ✠ manus Bertaldi Comiti, qui interfuit.
- C Signum ✠ manus Berengerii Comiti, qui interfuit.
- D Signum ✠ manus Liutoni Vassus idem Augusti, qui interfuit.
- E Signum ✠ manus Virpertus Judex Domni Imperatoris interfui.
- F Signum ✠ Fulbertus Judex Domni Imperatoris interfui.
- G Signum ✠ Martinus Judex Domni Imperatoris in parte ibi fui.
- H Signum ✠ Cristianus Judex Domni Imperatoris interfui.
- I Signum ✠ Morinus Comes ibi fui.
- J Signum ✠ Ego Gauso ibi fui.
- K Signum ✠ Ego Griffio ibi fui.

Animadverte, inter Proceres Imperatori assidentes minime recenserit Adelbertum tunc Tusciae Marchionem, sed quidem Berengarium Marchionem, qui tunc Foro-Julii praetererat, & post Caroli Crassi mortem Regnum Italicum arripuit. Heic autem habes Lupum Episcopum Senensem, quem minime novit Ughellius, propterea catalogo Senensium Episcoporum addendum. Acerrima jamdiu fuerat de hisce Parochiis contentio inter Arretinos & Senentes Antistiites, & vel sub ipsis Langobardis Regibus excitata, ac deinde refracta, uti constabit e Chartis mihi producendis in Dissertatione LXXIV. de Parochiis. Interim quae de Epoche Caroli Crassi differui, vide in Dissertatione XLI. de Nominib. Alia exempla Imperatorum & Regum, qui Placitis interfuerent, ex Archivis de promisi, atque evulgavi in Antiquitat. Estens. Par. I. Cap. 14. pag. 129. Cap. 18. Cap. 20. & alibi, nempe Ottonis III. Henricorum Primi, Secundi, Quarti, & aliorum Augustorum. Alia identidem in hoc ipso Opere occurserunt. Et sane dignum est, quod heic loci commemoretur nobile consilium Conradi inter Augustos Primi, qui Anno Christi MXXXVI. in Italiam descendit, ut Regno, a tyrannis intestinisque seditionibus dilacerato, suā praeuentiā, ac justitiae rigore consulueret. Rem narrat Landolphus senior Lib. 2. Cap. 22. Historiae a me editae Tomo IV. Rer. Italicarum: Per idem tempus, ait, quum Conradus Imperator, Papiae, circumstante exercitu, Imperialibus perfugens dignitatibus conledisset, universis, qui Ecclesiarum beneficia invaserant, aut

A qui homicidia injuste commiserant; aut orphanorum aut viduarum praedia devastando contriverant; & omnibus, qui injuste a perfidis hominibus per aliquam causam cruciabantur, ut sui Imperii vigor exigebat, secundūm legem facere humanam & judicare decrevit. Itaque circumspiciens, multos in Italiae partibus circumspersos, sine lege, sine foedere, omni dimisso timore, inhumaniter invicem offendere, ut omnes a malo in bonum revocaret, quatenus qui sine lege omnia habentes promiscua, illicite sese exercuerant, per legem districte judicarentur: edicto per diversas Italiae provincias volante, bujus rei causā diem statuit. Quo audito orphani multi, viduae multae, quamplurimi Duces. multique Episcopi, velut aqua in sententiam, Papiam ante Imperatoris aspettum, unusquisque de propria conquerens injuria confluxere &c. Mos etiam fuit, ut Placita, fortasse minora, neque generalia, haberentur coram ipsis Imperatoribus & Regibus, in quibus tamen non ipsi Principes, sed Comes sacri Palatii, aut alii ab ipsis Regibus constituti, Judicem agebant: cujusmodi exempla itidem dedi Part. I. Cap. 24. pag. 110. & 125. Antiquitat. Estensum. Juvat nunc altero exemplo rem confirmare, nempe Berengarii I. Italiae Regis ac postea Imperatoris, qui Placito interfuit habitu Ticini in conclavi, ubi sub Theoderico dicitur; sed Episcopis duabus, Ticinensi videlicet & Bergomati, judicii ferendi munus injunxit. Descripsi ego ex authentico existente in Archivo Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Majoris Mediolanensis; atque haec ibi occurserunt.

In Placito Ticinensi coram Johanne ipsius Urbis & Adelberto Bergomate Episcopis, Regis Berengarii Missis, Gaidulfus Abbas Monasterii Sancti Ambrosii Mediolanensis, item agit contra quosdam suo Monasterio subiectos, qui se Aldios, & non Servos esse contendebant, circiter Annum 908.

Dum in Dei nomine, Civitate Papia, in sacro Palatio, hubi Dominus Berengarius Rex preerat, in laubiam majorem, ubi sub Teuderico dicitur, in judicio resedenteret Johannes venerabilis Episcopus sancte Ticinensis Ecclesie, & Adelbertus sancte Bergomate Ecclesie, ab ipso Principe constituti una cum Domino Aihone Archiepiscopo sancte Mediolanensis Ecclesie, resedentibus cum eis Petrus & Adelmannus Episcopis, Guntardus & Dido Comitibus, Gauſſus Vassus Domni Regis, Adelgranus, Walpertus, Farimundus Donumdei, Johannes, item Johannes, Stabilis, Thomas, Leo, Raſfredus, Raſifredus, Adelgisus, Gaidoaldus, & item Raſifredus Judices Domni Regis, Aupaldus Judex Mediolanensis, Aribaldus, Leopertus, & Petrus de Civitate Papia, Aripbrandus de Blaſſonno, Arialdus filio Tadoni Sibardus, Ildebertus, & Gifelbertus Notariis, & reliqui multis. Ibique eorum venerunt presencia Gaidulfus Abba Monasterii sancti Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus sanctum quiescit Corpus, situm suburbium Civitatis Mediolani, & Boniprandus Judex Domni Regis Sancti Ambrosii, nec non Steffanus, Johannes, item Johannes, Lupus, Ambrosius, Lupus, Besanius, Teodericus, Ambrosius, Ursus, Rimolo, Johannes, & item Johannes de Cevenna, Lupus filius Madreverrus, Ursus, & Ursacio de loco Ma-

A dronino, Johannes, Urſevertus &c. intentiones habentes. Dicebant ipsi Gaidulfus Abba resedentibus in Madronino Johannes, Urſevertus, Petrus, Dominicus, Liutaldus, Ragnaldus, Ursus abitantes loco Salvaniate, Munaldus, Mauricio, Dominicus, Johannace, Stefanace, & Laurencius abitantes locus, qui dicitur Servi cum Lege esse debent Monasterii Sancti Ambrosii & Curtis Lemontas: set nessimus qua ratione se subtraere querant de servicio ejusdem Monasterii & Curtis, & dicunt se Aldii esse, unde jam ante os dies ad rationem ego Gaidulfus ejusdem Monasterii, presencia Domni Andrei Archiepiscopo, & isti Ragifredi Judici, qui Missi Domni Imperatoris erant, & Judicum, seo relicorum stetimus. Ibi eos in judicio Servi a parte ejusdem Monasterii requisivimus: sed dum ic in palatio a Domno E . . . aldii esse deberent, & non Servi, dedi ego Boniprandus Advocatus waidam eorum per Judices recordatores, aut noticiam probandum, qualiter jam ante os dies presencia jam dicti Domno Andrei Archiepiscopi, & isti Ragifredus ejusdem Monasterii se manifestassent, & ipsi derunt mihi waidam de Placitum. Ecce nos parati, & in presentia abemus noticiam firmatam, qualiter isti omnes Servi ejusdem Monasterii & Curtis Lemonta esse manifestaverunt

runt Luper, Johannes, item Johannes, Luper, Ambrosius &c. & Laurentius: Verè, sicut vos Gaidulfus Abba, & Boniprandus Advocatus dixistis, ita per omnia aëtum est, & taliter nobis per Judices recordatores, aut noticia ad probandum waidam dedisti, sicut constitutum est Placitum per Judices recordatores, aut noticiam probandum, & finem legiptime faciendum. Cum ipsi taliter egissent, fecerunt Auditores ipsi relecta continebatur in ea inter cetera, qualiter Villa Bellano in Laubia Solarii Sancti Ambrosii Curcis ipsius in judicio presencia Domini Andrei biles omnes intentionem abuissent Gaidulfus Abba Monasterii Sancti Ambrosii & Adelricus Notarius Advocatus ipsius Lupone, Stefano, Johanne &c. intencionem de servicium eorum super predictis omnibus (Cetera temporis edacitate oblitterata desiderantur.)

Archiepiscopus Mediolanensis, qui huic Placito interfuit, Aibonis no-

A mine donatur. Eum Ughellius Athonen vel Achonem appellat, Epitaphium insuper adferens, in quo Atto Oldradus inscribitur. Sed quicumque non ignorat, aeo illo nondum inventa fuisse Cognomina, quae nunc in usu habentur, falsi vitio laborare Epitaphium illud continuò intelliget. Egregium magnique faciendum, alterum Placitum addo, cuius autographum in Archivo suo adservat Capitulum Canoniconum Parmensium. Hinc autem habemus, coram ipsis Hugone & Lothario Italiae Regibus celebratum fuisse Placitum in Palatio Ticinensi, cui praefuit Enesaribo, seu Enesarichus Comes Palatii, ita appellatus sub initium Placiti ejusdem, in fine autem, atque in subscriptione Placito appositâ, nuncupatus Sarilo Comes Palacii. Itaque primo in loco scribendum videtur; in eorum praesentia esset Sarilo &c. Vide supra Dissertat. VII. de Comit. Palatii.

Placitum Ticini habitum coram Hugone & Lothario Regibus Italiae, & Curiae Proceribus atque Judicibus, in quo Ecclesiae Parmensi adjudicatur Curticella, cui nomen Loculus, & Abbatia de Berceto, contra Albuinum Judicem, & Anscharium Marchionem, Anno 935. una cum Placito peracto eâ de re, Anno 906. contra Adelbertum Marchionem, & cum Privilegio Hugonis Regis emissio pro Ecclesia Parmensi, Anno 930.

Dum in Dei nomine, Civitate Patria, in Palacium noviter aedificatum ab Dominum Ugonem glorioissimum Rex in Caminata Dormitorii ipsius Palacii, ubi ipse Dominus Ugo & Lothario filio ejus glorioissimi Reges praeesserent, in eorum presentia E-

Denesaribo Comes Palacii, singulorum hominum justitiam faciendum ac delibrandum, evanque cum eis Atto Vercellensis, Batericus Yboriensis sanctorum Dei Ecclesiarum venerabilibus Episcopis, Ubertus illustris Marchio, & filio idem Domni Ugoni piissimi Regis

gis, Ubertus, Lanfrancus, Gavardus, Giso, Rainulfus qui & Athericus, Jobannes, Teudinus, & Martinus Vassili idem Dominorum Regum, Johannes, Arnulfus, Walfredus, Raginaldus, Walpertus, item Jobannes, Adelgarius, & Arvaldus Judices Domnorum Regum, Ogerius & item Ogerius Vassalli super scripti Uberti Marchio, Berengarius Vassallo Domni Sigefredi Episcopo, Censaldus de Vico Colloni, Gavardus de Parpanense, & reliqui plures. Ibique eorum veniens praesentia praeditus Dominus Sigefredus Episcopus sancte Parmense Ecclesie, & Adelbertus Notarius, filio quondam Staudeverti, habitator eadem Civitate Parma, & Advocato praedito Episcopio sanctae Parmensis Ecclesiae, & idem Domini Sigefredi Episcopo, & ostenserunt ibi Noticia una, & Praeceptum unum, ubi continebatur in praedicta noticia, sicut hic subris legitur.

Dum in Dei nomine (*), ad Curte Veloniano, finibus Parmense, qui est propria Domni Adelberti Comes & Marchio, ubi Bertaldus Vassus & Missus Domni Berengarii Regis in judicium residebat, per licentiam ipsius Domni Adelberti Marchioni, singulorum hominum justicias faciendas ac deliberandas, residentibus ibi cum eo ipse Domnus Adelbertus Marchio, Deodatus Vicecomes, Adelbertus, Gundelprando, Benedicto, Amelgerio, Ariberto, Gaudentio, Aultremundo Scavinis, Oherto, Sigefredo, Arimundo, Liutaldo, Vassis Domni Marchioni, Armanno, Warinus, Bevinus, Vassi Domni Elbungi Episcopus, Ramberto de Tulio, Autecherio de Pezenano, Ansprando & Aldereto germanis de Fleso, Gariverto, Rotichildo germanis, Bernardo de Vico Pauli, Ramberto,

A Gamberto de Gambaritico, Rimegauso, Cristofalo, Giso, Giselberto, Petrus, Constantinus Notariis, & reliquis multis: Ibique eorum veniens praesentia Elbungus venerabilis sanctae Parmensis Ecclesiae Episcopus, una cum ipse Benedicto Scavino & Avocato ipsius Episcopio, & ibi ostenserant Praeceptum unum; & nos eum ab ordine relegi fecimus, & in eo relegente continebat.

B In nomine sanctae & individuae Trinitatis. Carolus (**) divina favente clementia Imperator Augustus. Imperiali clementia congruum fore credimus, venerabilium locorum statum jure Regni nostri prosperis adhaerescere successibus, quia si Ecclesias omnipotentis Dei temporalibus donamus muneribus, thesaurum non deficiensem nobis procul dubio thesaurizamus in celis, quod non consumat erugo, nec fures effodiant, nec furari possint. Quapropter neverit omnium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque fidelium, praesentium scilicet ac futurorum, solertia, qualiter interventu ac petitione Berengarii, nec non & Walfredi sublimium Comitum, dilectorumque Fidelium & Consiliariorum nostrorum, Wibod sancte Parmensis Ecclesiae reverentissimus Episcopus, dilectus Fidelis noster, nostri Augustalis culmen postulavit regiminis, ut pro Dei amore, nostrae, omniumque parentum nostrorum mercedem, locellum quemdam, nomine Luculum, sito in alpinis ac scopulosis vastorum montium locis in Comitatu Parmensis, juris Regni nostri, sibi & Ecclesiae suae concederemus cum finibus & terminis suis inter Gajum & Costam Finalem, decurrentibus videlicet tribus illis ab alveo torrentis, qui dicitur Incia per Montem Comanensem, & inde protendentibus in Monte de Calahiana, declinantibus capud in Pratum Rotundum,

(*) Placitum hoc spectat ad Annum Christi 906.

(**) Idei Carolus Crallus Imperator, Anno Christi 880. seu potius 881.

dum, venientibus scilicet illis per Montem de Valle Utinaria, inde vero in Montem de Scaluga, deinde autem de Possej transeuntibus siquidem per Montem Almaria, & inde per Costam Finalem descendantibus in praenominatum Torrentem Inciam. Cujus precibus benigno favore inclinati, hoc nostrum eidem Wibodo venerabili Episcopo, Fideli nostro, jussimus conscribi Praeceptum, & hanc Imperialis nostrae concessionis paginam, per quam praeditum locellum, nomine Luculum, situm in scopulosis Montium locis infra Comitatum Parmensem cum designatis finibus & terminacionibus cum omnibus superioribus & inferioribus suis in integrum, sicut supra insertum est, donamus, concedimus atque largimur sempiternalem iure proprietario eidem Wibodo Episcopo, suisque successoribus a parte praedictae Parmensis Ecclesiae, ut habeat, teneat, possideat, ac fruatur perenniter tam ipse Wibodus Episcopus quamque & successores ejus a parte, ut dictum est, praelibatae Ecclesiae in aeternum omne publica inquietudine vel repetitione remota atque extinta. Si quis vero, quod minime credimus, nostris & futuris temporibus contra hanc nostrae donationis, concessionis, seu largicionis Praeceptum in supradictis finibus & descriptis terminationibus ab hinc & deinceps jam dicto Wibodo Episcopo, suisque successoribus injuste aliquam molestiam intulerit, sciat se compositum auri optimi Mancusos mille, medietatem Palatio nostro, ac medietatem saepe nominato Wibodo Episcopo, suisque successoribus, quibus violentia inflata fuerit. Et ut hoc nostrae donationis seu concessionis edictum firmius habeatur, & diligentius ab omnibus obseretur, manu propria subter confirmavimus, & Bulla nostra jussimus insigniri.

A

Signum Domini Karoli serenissimi Imperatoris Augusti.

Inquirinus Notarius ad vicem Liutoardi Archicancellarii recognovi & subscripsi.

B

Data III. Idus Martii, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXX. (a) & Domni Karoli serenissimi Imperatoris Anno Primo, per Indictionem XIII.

A. Cum Ticino, Palacio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

C

Cum ipsum Praeceptum ab ordine relectum fuisset, interrogati sunt ipsis Elbuncus Episcopus & Benedictus ejus Advocatus, pro qua causa ipsum ostenderent Praeceptum. Qui dixerunt: Verè pro ideo istum ostendimus Praeceptum, ut sciatis qualiter ego pars ipsius meae Ecclesiae ipsis rebus, quod in eo legitur, habeo & detineo jure proprietario, & eum sciens & occultum vel conludiosum tenere non volo. Et quod plus est volo, ut dicant istis Dominus Adelbertus Comes & Marchio, & Berta conjugé ejus, vel iste Boniprandus eorum Advocato, qui ad hic praesens sunt, si ipsis rebus, quod in eodem legitur Praeceptum, nobis parti nostrae Ecclesiae contradicere volerent, an non. Qui & ipsis Adelberto & Bertha jocalibus, & Boniprando Advocato eorum professi & manifesti dixerunt, quod ipsum Praeceptum in omnibus bonum & verum est, & ipsis rebus, quod in eo legitur non contenderent, nec contradicere quesissent, quia cum Lege non poterant, sed propriis ipsis vestræ Ecclesiae esse debent. Cum haec omnia taliter actum & manifestum fuisset, paruit nobis subscriptorum Judicium & Auditores esse rectum, & judicavimus, ut ammodo in antea ipsis rebus juxta ipsum Praeceptum ipse Elbuncus Episco-

D

E

pus

(a) Scribendum omnino videtur DCCCLXXXI. & Indictione XIVII. Vide infra Dissert. XL. de Nomina, ubi de Imperiali Epochâ Caroli Crassi disceptabitur. Authenticum hunc Chartae non vidi.

pus parti suae Ecclesiae habere & detinere deberet, & ipsis Adelberto & Berta jocalibus, vel ipse Boniprandus eorum Advocato fuissent sibi exinde taciti & contenti; pro hac causa ad memoriam retinendum ammonuimus exinde Martinus Notarius hanc notitiam commemorationis scribere; quidem & feci Anno Domini Berengarii Regis Octavo-decimo, Mense Madio, Indictione IX. (a)

Signum manu Bertaldi Vassus & Missus Domni Regis, qui ut supra interfui.

Signum manu Deodati Vicecomes, qui ibi fuit.

Ego Adelbertus Scavinus ibi fui.

Signum manu Amelgarii Scavino, qui interfui.

Signum manu Arfri & Gaudentii Scavinis, qui ibi fuerunt.

Ego Auferemundo Scabino ibi fui.

Ego Rimegauso Notario ibi fui.

Ego Giselbertus Notarius ibi fui.

Ego Cristofalus Notarius ibi fui.

Ego Giso Notario ibi fui.

Ego Petrus Notarius ibi fui.

Ego Otherius ibi fui.

Ego Arimundo ibi fui.

Signum manu Sigefredi & Liutaldi Vassus Domni Adelberti Marchio, qui ibi fuerunt.

Signum manu Almerici, & Armanni, & Warini, & Bevini, qui ibi fuerunt in praedicto Praecepto continente in ea ab ordine per omnia ita.

In nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Ugo (b) divino fretus auxilio Rex. Nihil apcius ob nostrae sublimitatis honorem, nostrique regiminis corroboracionem facere credimus, quam si sanctarum Dei Ecclesiarum habentes sollicitudinem earum dotes inconsulsas servare suramus, & justis fidelium pias aures accommodamus: ac per hoc omnium sanctae

A Dei Ecclesiae, nostrorumque Fidelium praesentium & futurorum noverit sagacitas, qualiter interventione Aldae amantissimae & carissime Conjugis nostrae, seu Ermengardae Comitissae & dilectae Sororis ac Consiliatricis nostrae, nec non & Samson Comitis nobilissimi, Fidelis nostri, Sigefredus venerabilis sanctae Parmensis Ecclesiae Episcopus, dilectusque Fidelis noster, nostrae serenitatis adiit celstitudinem, petens, quatinus Praecepta atque auctoritates piissimorum Augustorum vel Regum praedecessorum nostrorum, omnique, quodquod a tempore divae memoriae Radchis Regis, usque ad praesens nostrum tempus sui praedecessores praefatae sanctae Parmensis Ecclesiae acquisierunt, Abbaciam scilicet de Bercedo in honore Sancti Remigii extrectam in integrum, ac ejusdem Parmensis Civitatis districtum, & omne jus publicum & tholoneum, ambitumque murorum in circuitu, & loculum quendam, Luculum nominatum, situm in alpinis ac scopulosis vastorum montium locis in Comitatu Parmense, cum finibus & terminibus suis in integrum, sicut in Praecepto bonae memoriae Karoli Imperatoris praedecessoris nostri continetur, ceteraque etiam, quae a Praedecessoribus nostris praelibatae Ecclesiae Parmensi dum collata sunt, nostri corroboratione Praecepti concederemus atque corroboravemus: eorum simus iunctis condignis petitionibus ratam fore D-o pleniter existimantes, atque ad remedium animae nostrae proficere firmiter cognoscentes, hos nostrae auctoritatis apices inscribi iussimus. Quibus decernimus, ut jam dicta Abbacia de Bercedo, & Districtum iuris publici Parmensis Civitatis, cum ambitu murorum, sive theloncum ejusdem Civitatis, nec non & Curtem Regiam cum per-

(a) Idest Anno Ch. DCCCCVI.

(b) Hoc Praeceptum spectat ad Annum Christi 932.

peruentia sua, & Pratum Regium, seu & Loculum illum, nomine Luculum; cum finibus & terminacionibus suis, ut dictum est, vel quidquit antiqui Reges seu Imperatores & reliqui homines Deum timentes memoratae sanctae Parmensis Ecclesiae suis Praeceptis vel testamentis contulerunt, & postea praeceilentissimi Reges atque Augusti sua auctoritate confirmaverunt, juste & legaliter, stabili, atque inconvulsa, nostris futurisque temporibus in sua potestate vel jure suae sanctae Parmensis Ecclesiae praescriptus Sigefredus Episcopus, sive successores perpetualiter teneant. Statuimus etiam, & modis omnibus interdicimus, ut nullus sub Regno nostro constitutus, de rebus supra taxatae Ecclesiae in quibuscumque Comitatibus vel locis aliquam diminorationem facere, aut alias quaslibet annuales dominationes, aut consuetudinaria more exigere vel tollere aliquis, aut Clericos ejusdem Ecclesiae in personis vel domibus suis laedere audeat, sed repulsa omni injusta consuetudine liceat praetaxato venerabili Episcopo Sigefredo, sive successoribus, omnes res jam dictae Parmensis Ecclesiae, de quibus legitimam vestituram tenuit, vel tenere dinoscitur, aut in futurum tentura est, cum universis sibi subjectis sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine tenere, atque pro incolomitate nostra altissimum Dominum exorare. Omnimodis etiam praecepimus, ut si de rebus jam dictae Ecclesiae ullam diminorationem quislibet facere temptaverit, non sit necesse jam dicto Episcopo ejusque successoribus sive ejusdem Ecclesiae causam peragentibus, ullam facere probationem, sed diligenter per bonae fidei homines jurejurando finiat, ut rei veritas declaretur. Quicumque ergo hujus nostri Praecepti praevaricator extiterit, trecentas auri optimi Libras componere cogatur, medietatem Camerae nostrae, & media-

Tom. VI.

A statem praefatae Parmensis Ecclesiae & jam dicto Sigefredo Episcopo, ejusque successoribus, qui pro tempore fuerint. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria laborantes, de anulo nostro subter annotari jussimus.

B Signum Domini Hugonis glorioissimi Regis.

C Petrus Notarius ad vicem Gerlandi Abbatis & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

D Data XVI. Kalendas Octubris, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXX. Regni vero Domini Hugonis invictissimi Regis V. Indictione IV.

E Jussum Papiae, & Actum Parmae, in Dei nomine feliciter.

F Erat Praeceptum ipsum manu propria idem Domini Hugoni glorioissimum Rex firmatum, & ab ejus anulo sigillatum. Noticia ipsa, & predictum Praeceptum ostensi, & ab ordine leti, interrogati sunt predictus Dominus Sigefredus Episcopus, & Adelbertus Notario & Avocato ab his Judices & Auditoribus, pro qua causa predicta Noticia, etiam dictum Praeceptum ostenderent. Qui dixerunt: Verè ideo hic vestri praesentiae ista ostensimus Noticia & Praeceptum, ut ne quislibet homo dicere possit, quod nos a parte predicto Episcopio sanctae Parmensis Ecclesiae eis sciens, aut occulte, vel conludiose habuissimus vel detenuissimus. Et quod plus est, querimus, ut dicant iste Albuinus Judex quondam Petri, idemque Judici filius, & Avocato Domorum Regum, seu pars publica, qui hic ad presens est, si noticia ista & jam dictum Praeceptum bonum & verax sunt, vel si jam dicta Curticella, qui vocatur Luculo, sicut & in ista noticia & Praeceptum, quae in ea continetur, vel in isto alio Praecepto, quas iste

G X Dom-

Domnus Hugo piissimus Rex suaem clementiae fecit parti jam dicto Episcopio praedictae sanctae Parmensis Ecclesiae da pars Domnorum Regum, seu pars publicae, & quicquid in ipsa Praecepta & Noticia continet quid a pars regia & pars publicae pertinuit, contradicere aut sustrahere vult, an non. Qui & ipse Alboinus Iudex & Avocatus dixit & professus est: Verè Noticia ista & Praeceptum, quae in ea legitur, & in ictum alium Praeceptum, quam hic ostensistis, boni & verax sunt: & praedicta Curticella, quae vocatur Luculo, cum sua pertinencia, sicut fines discernuntur, etiam dicta Abbacia, quae dicitur Berceto, sive omnibus quicquid per istas Praeceptas in jam dicto Episcopio datas vel concessi sunt da pars regia, & pars publicae pertinuerant partem jam dicto Episcopio, da pars regia & pars publicae, unde ego Advocatus sum, non contradixi, nec contradicere quero, quia nec legibus possum, eo quod propriis parti jam dicto Episcopio juxta ista Noticia & Praeceptum, quae in ea legitur, & juxta ictum alium Praeceptum cum lege, & debent, & pars regia, seu pars publicae nihil pertinent ad habendum, nec pertinere debent cum lege. Et dum ibi ad presentes esse Anscharius Marchio quondam Adelberti idemque Marchio filio, & Raperto, qui & Azo, filio quondam Gauhaldi de loco Vedelio adjutores ejus, qui ejus causam ex Regia iussione peragebat, interrogati sunt ab eisdem Domni Sigefredus Praefule & Adelbertus Notario & Advocato, quid contra jam dictam Noriciam & praeceptum, que in ea legitur, seu in ictum alium Praeceptum ad Dominum Hugonem emissum, qui ibi ostenserunt, & lecti essent, dicere volerent, vel si jam dicta Curticella, quae

A vocatur Luculo, cum sua pertinencia, sicut fines discernissent, parti jam dicto Episcopio contradicere aut subtrahere volerent, an non. Qui & ipsis Anschario Marchio, & Raperto ejus Adjutor dixerunt & professi sunt. Verè Noticia ista & Praeceptum, quem in ea legitur, sive ictum alium Praeceptum, quam hic ostensistis, boni & verax sunt; & jam dicta Curticella, qui dicitur Luculo, cum sua pertinencia, sicut fines discernistis, & quicquid da pars publicae pertinuit, quod in ista legitur Noticia & Praeceptas, partim jam dicto Episcopio sanctae Parmensis Ecclesiae cum lege esse debent, & mihi Anscharii nihil pertinent ad habendum, nec pertinere debent cum lege. Et taliter se praedictus Anscharius Marchio exinde abwarpivit & abascito fecit. His actis, & manifestatio, ut supra facta, rectum eorum omnibus paruit esse, & judicaverunt, ut juxta eorum altercationem, & praedictorum Alboini Iudex & Avocato, seu Anscharii Marchio, & Raperti ejus Adjutor, professionem & manifestacionem, ut pars jam dicto Episcopio sanctae Parmensis Ecclesiae jam dictam Curticellam, que dicitur Luculo, & praedicta Abbacia, quae dicitur Bercetum, cum suorum pertinenciis, & quicquid da pars Regia & pars Publicae pertinuit, quod in ipsis continentur Praeceptas & Noticia ad suam proprietatem habere & detinere deberent. Et ipsis Alboinus Iudex & Avocato, seu pars Regia, & pars Publicae, atque praedicti Anscharius Marchio, & Raperti ejus Adjutor manerent inde taciti & contenti. Et finita est causa. Et hanc noticia pro securitate ipsius Episcopio sanctae Parmensis Ecclesiae fieri jussimus.

Quidem & ego Ritpertus Notarius & Iudex Domnorum Regum ex iussione

DISSESSATIO TRIGESIMA PRIMA:

325

suprascripto Sarilone Comes Palacii, & Judicium ammonicione scripti; Anno Regni Domni Hugoni & Lotharii filio ejus gratia Dei Reges, Deo propicio, Domni Hugoni Decimo, Lotharii vero Quinto, XIV. Kalendas Octobris; Indictione IX.

Sarilo Comes Palacii subscripti.

Atto Dei gratia Episcopus interfui.

Johannes Judex Domnorum Regum interfui.

Arnulfus Judex Domnorum Regum interfui.

Johannes Judex Domnorum Regum interfui.

Walpertus Judex Domnorum Regum interfui.

Walfredus Judex Domnorum Regum interfui.

Adelgisus Judex Domnorum Regum interfui.

Lanfrancus ibi sui.

Auctor est Florentinus in Vita Matildis Comitissae Lib. 3. pag. 42. Hubertum Hugonis Regis filium extra nuptias natum, tantummodo post Annum DCCCCXXXVI. *Tusciae Marchionem* fuisse constitutum. At heic, idest Anno DCCCCXXXV. (hunc enim indicare videtur *Indictio Nona*, siquidem ea Kalendis Septembribus immutata fuerit) nos habemus Hubertum jam *illustris Marchionis* titulo donatum. Attamen minime certum est, an ex *Tusciae Praefectura* eidem jam collata obvenerit Huberto haec appellatio. Quod si ad subsequentem Annum integrum DCCCCXXXVI. referenda est *Indictio IX.* locus coniendi rectius aperitur, eum ante Kalendas Octobris Anni DCCCCXXXVI. renuntiatum fuisse *Tusciae Marchionem*. Hinc etiam discimus, *Attonis Vercellensis Episcopi* celebris inaugurationem ad Episcopatum matritius esse statuendam, quam Ughel-

lius censuerit, illam referens ad Annum DCCCCXLV. Desideratur etiam in Catalogo Eporediensium Episcoporum apud eundem Ughellum *Batericus Yboriensis*, hoc est, *Eporedensis*, in hoc Placito commemoratus. Complectitur autem Charta haec Placitum alterum Anno DCCCCVI. habitum in agro Parmensi in Curte propria Domini Adelberti Comes & Marchio. Sed quis Adelbertus iste? Duos ea tempora agnovere Adelbertos, quorum unus cognomento *Dives*, *Tusciae Marchionis* dignitate insignitus erat; alter verò eodem titulo Eporedensi Civitati, & conterminis locis praeerat, uti in Antiquitatibus Esteris ostendi. Sed *Tusciae Reguluni* heic memorari, ea evincunt, quae sequuntur. Nempe is appellatur *Adelbertus Comes & Marchio*, & *Berta* conjux ejus. Nimirum Berta appellata est uxor Adelberti II. *Tusciae Marchionis*. Ex hac etiam Charta elucet, emendationem adhibendam esse Catalogo Episcoporum Parmensium in Italia Sacra Ughelli, ubi *Elbrygus* nuncupatur, qui uti ex ista Charta apparet, *Elbuncus* erat scribendus. Denique in Diplomate Hugonis Italiae Regis, quod heic itidem continetur, memoratam videoas *Adam* ejus uxorem. Et *Ermengardam* sororem, quae Adelberto Eporedensi Marchioni nupsit; uti & *Samsonem* Comitem, qui a Liutprando Ticinensi in Historia appellatur *praepotens Comes*. Huic Hugonis Regis Praecepto alterum simile profert Ughellus Tom. 2. Ital. Sacr. pag. 198. primae editionis, ubi eaedem notae Chronologicae occurunt, quae in Praecepto nunc a me edito visuntur. Sed quei se res habeat, viderint alii: autographum enim Ughelliani Diplomatici egomet sub oculis habui. ibi-

X 2

325

que

que legebam: Data XV. Kalendas Octubris Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXXIX. Regni vero Domini Hugonis invictissimi Regis Quarto, Indictione Tercia. Actum Parmae in Dei nomine feliciter. Amen. Denique in hujus Placiti Charta memoratur Anscarius Marchio quondam Adelberti Marchionis filius. Is autem est, quem Liutprandus Ticinensis in Histor. Lib. 4. Cap. 4. his verbis describit: Anscarius Berengarii (qui postea Rex Italiae fuit) frater, quem ex Adelberto Ermengarda Regis Hugonis genuit soror, virium audaciâ potentiaque clarebat.

Decretum Henrici Imperatoris Tertii promulgatum in Placito Patavii
habito pro tutela quorumdam bonorum, ad Monachos Sanctae
Justinae Patavinae spectantium, Anno 1095.

Dum in Dei nomine in Civitate Patavi in Broilo iusta Episcopalem Domum in judicio residebat Dominus Henricus, Dei gratia, Tercius, Romanorum Imperator Augustus, adest cum eo Walbrunus Veronensis Episcopus ac Cancellarius, Bruchardus, & Walnerius Marchiones, Bonifacius Comes, Manfredus Comes, Hisnardus, Aldeberius, Aichardus, Ugo, Gumbertus Judices, Peregrinus de Verona, Ubertus de Fontanaviva, Cono, Gumbertus de Talsano, Odelricus de Salvazano, Ubo, de Casale, Baronzello, & Cono Patuaro, Bernardus Almenardo, Oto de Justinus Judex, & reliqui plures. Ibique in eorum veniens presentia Jobannes Presbyter & Monachus, Prior Monasterii Sancte Justine, cum ceteris Monachis ejusdem Monasterii, insimul cum Ingelero Avocato super scripti Monasterii, retulerunt & ceperunt dicere, ac postulare mercedem. Petimus ad vos, Domne Imperator,

A In his vero Placitis in more habuerunt Clerici praesertim & Monachi patrocinium Regis, sive Imperatoris implorare contra suorum bonorum vexatores. Si juste id petebatur, consuevit Princeps, aut ejus Missi, Bannum mittere super ea bona, ac poenam promulgare adversus infestatores eorumdem. En exempla geminorum Placitorum ab ipsis Augustis habitorum, e quibus primum archetypum vidi in Tabulario insignis Monasterii Patavini Benedictinorum Sanctae Justinae.

C ut vos propter Deum, ac vestram mercedem, ut mittatis bandum super nos, & super illas res, quas res Litulfus de Cararia hic in vestra presentia nobis refudavit. Scilicet Curtem, que vocatur Montesilice, cum omnibus rebus ad ipsam Curtam pertinentibus, & super illas res, quas Milo & Henricus germani similiter hic in vestra presentia nobis refudaverunt: scilicet Villa, que dicitur Lignaria; & Villa, que dicitur Ronchi, cum omnibus pertinentiis suis, & Villa, que dicitur Tribano, & Caput Silve. Tunc cum predictus Dominus Imperator taliter audisset mercedem, per Judicum consilium, que ibi adevant, & per fustum, quem in sua tenebat manu, misit bandum super predictos Monachos & super eorum Avocatum, & super predictum Monasterium, & super predictas omnes illas res, que superius leguntur in integrum, ut nullus quislibet homo predictum Me-

nasterium, de predictis rebus inquietare aut molestare, vel deuestire audeat. Qui vero hoc fecerit, sciat se composturum auri optimi Libras centum, medietatem Camere Domni Imperatoris, & medietatem a predictum Monasterium Sancte Justine. Et insuper misit bandum, ut nullus Episcopus, nullusque Abbas predictas res audeat in beneficium alicui dare vel per titulum pignoris alicui obligare, vel quodcumque ingenium a manibus Fratrum auferre. Qui vero hoc fecerit, sciat se composturum Parti Publice auri optimi Libras centum. Finita & causa, & Noticia pro securitate suprascriptum Monasterium Sancte Justine fieri ammonuerunt.

Quidem & ego Jobannes Notarius ex jussione Domni Imperatoris, & Judicum amonitione scripsi Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Millefimo Nonagesimo Quinto, Secundo Kalendas Junii, Indictione Tercia.

A B C D E



Ego Henricus Dei gratia Ter-
tius Romanorum Impera-
tor Augustus subscripti.

* Ego Wilbrunus Cancellarius ex
jussione Domni Imperatoris manu mea
subscripti.

* Ego Isnardus Judex subscripti.

* Ega Aldegerius Judex interfui.

* Ego Ugo Judex interfui.

* Ego Gumbertus Judex interfui.

* Ego Agichardus Judex interfui.

* Ego Peregrinus Judex interfui.

Alterum e membranis Ferrarensi-
bus excerptum ad me misit Joseph
Antenor Scalabrinus Ferrarensis,
antiquitatum amantissimus, & Eccle-
siae Sanctae Mariae in Bucca Rector.

Placitum Gubernuli habitum ab Henrico inter Imperatores Quarto,
in quo Canonicis Regularibus Curtis Melariae patrocinium
suum largitur, Anno 1117.

Dum in Dri nomine, die Sabbati Idus Madii, in loco Gubernulae, scilicet prope Ecclesiam gratia Quartus Romanorum Imperator Augustus in iudicio resideret ad justicias faciendas ac deliberandas; adfessent cum eo Wernerius Bononiensis, Ubaldus de Carpenedia, Judices; Arduinus de Palude, Opizo de Gunzaga, Sasso de Bibianello, Girardus de Plaza, Stefredus de Bondeno, Rolandus de Runcio Rolandi, Ratikerius de Gunzacha, Odo de Mala, & reliqui quamplures. Ibi in illorum veniens presensia Wibertus Prior de Curte Melara Sancti Salvatoris, una cum fratre suo Johanne Presbitero, cepit postulare mercedem Deo,

ac Domino Imperatori piissimo, ut ipse justitiam ficeret de tanta oppressione, quam de predicta Curte Melara Sancti Salvatoris a Ministris Comitissae de Revere injuste paciebatur. Tunc Dominus Imperator justitiae pacisque amator, ac omnium Ecclesiarum deffensor, misericordia motus, per Judicum consilium, per lignum, quod in sua tenebat manu, Bannum Imperiale super predictum Wibertum Priorem, & super Curtem Melaram, & super omnes res & posses-
siones, punctiones, venationes, & su-
per omnia bona & jura, que presata Ecclesia Sancti Salvatoris in Curte Melara, vel extra Curtem tunc habebat, vel in antea Deo propitio adquisitura erat.

erat legitime: scilicet, ut nullus Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Capitanus, Vavassor, Advocatus, Gastaldo, Villicus, Decanus, vel aliqua magna parvaque persona predictum Priorem, suosque successores de prefata Curte Melara, vel de Cella Sancti Stephani, sine legali iudicio disvestire, molestare, vel inquietare audeat. Qui vero infringere hoc Preceptum temptaverit, sciat se compositurum centum Libras auri, mediocritatem Imperatoris Camere, & mediocritatem predicto Priori Sancti Salvatoris, suisque successoribus ejusdem Ecclesie Sancti Salvatoris & Stephani de Melara servientibus.

Factum est hoc Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Decimo Septimo, Indictione VIII.

A



Henricus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus.

¶ Ego Wernerius Judex affui & subscripsi.

¶ Ego Ubaldus Judex interfui & subscripsi.

B

¶ Ego Obertus Domni Henrici Imperatoris Judex interfui, & per eisdem Imperatoris preceptum banc notitiam scripsi.

Eiusdem Banni, sive protectionis Caesareae donum, ipsi Regii Missi facultatem concedendi habuere. Atque heic exerere volo duo Placita in eadem Civitate Veronensi habita, atque ex Archivo Cathedralis Patavinae Ecclesiae depromta.

C

Bannum in Placito Veronensi emissum a Bennone Osnaburgensi, & Odone Novariensi Episcopis pro tutela Canonicorum & Clericorum Ecclesiae & Dioecesis Patavinæ, Anno 1077.

Dum in Dei nomine in Caminata Monasterii Sancti Zenonis in iudicio residuebat Dominus Benno Osnabrugensis Episcopus, & Odo Novariensis Episcopus, adesset cum eis Albertus Marchio, & Albertus Alamanus, & reliqui Proceres Italiae, & Judices sacri Palacii Walcausus, Bonushomo, Johannes &c. & reliqui plures. Ibique in eodem iudicio venerunt Milo Archidiaconus, & Liutesfridus similiter Archidiaconus, & Adam, & Ubertus Presbiter, & Aribertus Presbiter cum Canonicis suis, & Martinus Archipresbiter de Sancta Justina, & Johannes Archipresbiter de Rovolone, & Vitalis Presbiter &c. cum Bertaldo Advocato eorum. Et petierunt ad suprascriptos Episcopos, ut ipsi propter Deum

D & anime Domni Regis mercedem mitteret bannum super suprascriptos omnes Presbiteros & Clericos ad partem predicatorum Ecclesiarum de Pleibus Mungaldi, & Rovolone, Lixaro, Adrino, Caltana, Causelue, Cona, Tribano, Maserada, Albegnasega, Abano, Terriola, Galcignano, Luwiglano, Curterodulo, Sarmaza, cum omnibus suis Capellis ad suprascriptas Plebes pertinentibus, positis in Episcopatu Patavensi in integrum. Similiter petiverunt super quartam & decimas & omnes res ad suprascriptas Plebes pertinentes de dotibus & de omnibus rebus ad suprascriptas Plebes pertinentibus, ut nullus quislibet homo suprascriptos omnes Presbiteros & Clericos ad partem suprascriptarum Ecclesiarum de iam dictis omnibus

bus

bus rebus, seu de quartesimis decimarum disvestire vel molestare presumat sine legali judicio. Et cum ipsi omnes jam dicti Clerici simul cum Bertaldo Advocato eorum taliter petivissent, tunc ipse Dominus Benno, & Odo Episcopi miserunt bannum super jam dictos Clericos omnes, & super jam dictum Advocatum ad partem supra dictarum Ecclesiarum de supra dictis omnibus rebus & quartesimis, in centum Libras auri, ut nullus quislibet homo &c. Et hanc Noticiam, qualiter acta est causa, ipsi predicti Episcopi fieri jusserunt.

A Quidem & ego Wido Notarius sacri Palatii ex iussione preditorum Benni & Odonis Episcoporum & Judicium ammonitione scripsi, Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Millesimo Septuagesimo Septimo, Regni vero predicti Domni Tercii Henrici Regis Anno Vicecessimo Quarto, X. die Mensis Marcii, Indictione Quintadecima.

B Ego Benno Osnebrugensis Episcopus subscripsi.

Odo divina gratia Novariensis Episcopus subscripsi.

Ego Gandulfus Judex interfui.

Ego Walcausus Judex interfui.

Gregorius Episcopus Vercellensis, & Odelricus Missi Regis Henrici in Placito Veronensi bannum emittunt pro tutela Canonicorum Ecclesiae Patavinae, Anno 1077.

Dum in Dei nomine, in suburbio Civitatis Verono, in casa Monasterii Sancti Zenonis in judicio residebat Dominus Gregorius Cancellarius & Episcopus Vercellensis Ecclesie, & Odelricus Missus Domni Einrici Regis, ad justiciam faciendam ac deliberaudam; residentibus cum illis Boso Comite, & Alberto Alamanno, Walcauso &c. Legisperitis; Wido de Landriano, Erizo de Cararia, Rufus de Montagnone, Ugo de Baone, & reliqui plures. Ibique in eorum presentia venerunt Milo Archidiaconus, & Litterfredus Diaconus, & Adam &c. Diaconi Canonice Sancte Marie Patavensis Ecclesie una cum Bertaldo Advocato eorum, & ceperunt dicere: Domne Gregori Cancellari ac Episcopo Vercellensis, & Domne Odelrice Missi Domni Einrici Regis, volumus & deprecamur, ut vos propter Deum & animam Domni Imperatoris mittatis bannum super nos Canonicos Sanctae Mariae Patavensis Ecclesiae una cum

C Advocato nostro, & super massari- cias quae jacent in Comi- tatu Patavino, & infra finem de Vil- la, quae dicitur Galzegnano, & in ejus finibus cum omnibus &c. Et cum supradicti Canonici taliter retulis- sent, tunc Dominus Gregorius Cancella- rius ac Episcopus Vercellensis, & Odel- ricus Missus Domni Einrici Regis per fustum, quem tenebat in suis manibus, misit bannum super jam dictos Canoni- cos &c.

D Quidem & ego Ugo Notarius & Ju- dex sacri Palatii ex iussione Domni Gre- gorii Cancellarii ac Episcopi Vercellensis & Odelrici Nuncii Domni Einrici Re- gis, & Judicium ammonitione scripsi, Anno ab Incarnatione Domini nostri Je- su Christi Millesimo Septuagesimo Sep- timo, Regni vero Domni Tercii Einrici Regis Anno Vicecessimo Primo, XIV. die Mensis Marcii, Indictione XV.

Ego Gregorius Vercellensis Episco- pus & Cancellarius subscripsi.

Ego Walcausus Judex interfui.

Ego Marcus Judex interfui.

¶ Signum manus suprascripti Domini Odelrici Missi Domni Heinrici Regis.

In utroque Placito Lector animadvertis velim Dominum Tercium Einricum Regem nuncupari. Hoc sane insuetum. Innumera sunt monumen-

Henrici IV. Regis Germaniae ac Italiae Diploma, quo Monachis Ticinensisbus Sancti Salvatoris omnia illorum jura confirmat, Anno 1077.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis. Heinricus Quartus divina favente clementia Rex secundum voluntatem Dei Salvatoris nostrique liberatoris quicquid confirmationis & proprietatis ad Ecclesiarum Dei Sanctorumque suorum exaltationens prebuerimus, id nobis ad eterne beatitudinis bravium, & secularis vite prosectorum esse profuturum verissime credimus. Igitur omnium sancte Dei Ecclesie fidelium nostrorumque, presentium scilicet ac futurorum neverit universitas, qualiter nos pro Dei omnipotentis amore, & Patris nostri, nostraeque anime, & amite nostre Adheleide amore & remedio Comitis nostri fidelissimi Adalberti, etiam Alemani Brixiensensis (sic) Vexilliferi, rogante Domino Genexio venerabili Adheleida sancte Imperatricis Auguste memorie concedimus & confirmamus atque corroboramus nostra Regali id est & consecrata in onore Sancti Martini in loco Marisco, cum omnibus pertinentiis suis, & rebus, quas habet & Deus donare donatas a bonis hominibus, nec non etiam terram nostri Bononis, & vineas & pratas & sediminas & insulas sine ullo tenore quas elim amus & donamus, &

A ta, in quibus is Heinricus Quartus Rex dicitur, atque heic ego duo tantum ex multis excerpta proferre statui. Primum descripsi e vetusto apographo, existente apud Monachos Benedictinos Sancti Salvatoris Ticinensis & speciem autographi ad pri- mum aspectum referente.

B terram aliorum hominum, quas Deus omnipotens permiserit donare seu judicare supradicta Ecclesie Sancti Martini nostris temporibus suis successori- bus. Hec igitur omnia idem venerabili Monasterio Domini Salvatoris nos pro salute anime nostre, nostrorum parentum, Regali munimine & Precepto confirma- mus, concedimus & corroboramus & im- perpetuum jure & abenda tenenda san- ctimus. Precipiendo vel precipientes deni- que jubemus, & hac Regali auctoritate judicamus, ut nullus Dux, Archiepisco- pus, Episcopus, Marchio, Comes, Vi- ccomes, nostrumque Missum, Gastaldium, Sculdascius, nullaque magna par- vaque persona predictum Abbatem Gene- zium, ejusque successores imperpetuum de predicta Ecclesia Sancti Martini ejusque pertinentiis, mobilibus, & immobilibus, inquietare, molestare, vel divestire sine Regali & legali iudicio presumat. Si quis igitur Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, aut nostrum Legatum, Gastaldium, Sculdascius, aut aliqua Regni nostri magna parvaque persona contra hanc nostram auctoritate & Regia confirmatione agere temptaverit, vel in aliquo sanctum locum inquietare, molestare voluerit, reus nostre Curie judicetur, & centum Libras auri

sol-

solvere cogatur, medietatem Camere nostra, & medietatem prelibato venerabili Abbatii, ejusque successoribus imperpetuum: & insuper, quod deterius est, cum Juda traditore Domini Salvatoris, in cuius nomine jam dictum Monaste-

A rium constructum est, aeternis deparetur incendiis. Ut autem verius credatur hoc Preceptum, nostra auctoritate peractum, presentem paginam . . . propria . . . infra corroborantes, sigillo nostro jussimus insigniri.

Signum Domni Heinrici



Quarti Regis invictissimi:

Gregorius Vercellensis Episcopus & Cancellarius, vice Domni Hitulfi Coloniensis Archiepiscopi & Archicancellarii, recognovit.

Locus ✠ Sigilli Cerei.

Datum Tercio Nonas Aprilis Anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi Millesimo Septuagesimo Septimo, Indictione XV. Anno autem ordinationis quidem Domni Heinrici IV. Regis XXVI. Regni vero XXIII.

Actum Papiae feliciter. Amen.

En alterum exemplum ex archetypo depromptum, quod mihi oblatum est Lucae in Archivo insignis

B Monasterii sacrarum Virginum Saxetae Justinae.

Diploma Henrici IV. Regis Germaniae ac Italiae, quo Herithae Abbatisse Monasterii Lucensis Sancti Salvatoris omnia bona ac jura confirmat, Anno 1081.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Quartus Rex. Quicquid locis divino cultui mancipatis nostrae liberalitatis munere conferimus, id nobis ad aeternae retributionis remunerationem prodesse minime diffidimus. Cognoscat igitur omnium fidelium sancte Dei Ecclesie, seu nostrorum, presentium scilicet, futurorumque sollertia, qualiter nos interventu, ac petitione fidelis nostri Bruehardi Cancellarii Lausannensis Episcopi per hanc nostri Precepti paginam,

Tom. VI.

C pro ut juste & legaliter possumus, confirmamus & corroboramus Monasterium Sancti Salvatoris, quod dicitur Briscianii, quod est infra murum Urbis Lucae constructum una cum Heritha Abbatisse cum omnibus Santimoniis ibidem Deo famulantibus, que modo sunt, aut pro tempore Deo inibi famulantibus, cum omnibus earum rebus, & proprietatibus, scilicet cum Castello, quod dicitur Castagnoro, cum omnibus suis, cum Villis in eodem loco Capruignano, Corsanico, Caprile, cum omnibus rebus &

D

Y

per-

pertinentiis, quas predictum Monasterium habet & detinet in loco & finibus Cosa, & in loco & finibus Vico Morriano una cum terris, vineis, pratibus, pastuis, silvis, pascentes, pascutionibus, ac omnia substantia, quod idem locus merecetur habere. Confirmamus per nostram Regalem potentiam per quod Monasterium illud res habitas, & abduc in jure ipsius Monasterii jure manentes possint in futuro contineri. Statuimus ergo, ac per hoc nostrae confirmationis Preceptum, ut ab hinc & in futurum prefatum Monasterium una cum omnibus suis rebus, vel familiis iuste pertinentibus, vel quecumque in antea per dationem religiosorum virorum, seu devotarum seminarum collatum exiterit, sub nostri Precepti confirmatione permaneat, & nullus quislibet de predictis rebus, quas tunc tenere quiete ac legaliter videbantur, aliquam inquietudinem ullo umquam in tempore facere presumat, sed per banc nostram auctoritatem omnes res ipsius Monasterii sint defensate sub nostri Precepti confirmatione. Volumus etiam, ut sub nostra immunitate idem predictum Monasterium nostris & futuris temporibus existat cum omnibus rebus ac familiis ad eum iuste pertinentibus. Et si aliquando Abbatissa obierit, de suis ipsis eligant, quam bone conversationis invenerint melicrem Abbatisam. Precipientes quoque jubemus & jubendo precipimus, ut nullus Judex publicus, aut alias ex judiciali potestate, infra ipsum Monasterium seu Ecclesias aut Villas vel agros aut reliquas possessiones in quibuscumque locis aut territoriis seu molendinis, piscationibus, aquis, aquarumque decursibus, vel alia omnia ad jus ipsius Monasterii pertinentes, vel que in antea in jure ipsius loci divina

A pietate bonorum hominum voluntas voluerit augeri, ad causas audiendas vel feda exigenda, aut mansionaticum vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Monasterii tam ingenuos quam & Servos super terra ipsius commanentes injuste distingendos, nec illas redhibitiones vel inconsuetas occasione requirendas ullo umquam tempore ingredi audeat, aut ea que supra taxata sunt penitus exigere presumat. Sed liceat memorare Heritiae Abbatissae, seu & his, que postea ejusdem Monasterii regimini habuerint, una cum ancillis Dei ibidem degentibus, tranquille vivere, & propositum Monachicae conversationis quiete servare, ac pro salute nostra seu totius Regni nostri stabilitate a Deo nobis collati, omnipotentis Dei misericordiam implorare. Quapropter precipimus, ut nullus Dux, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, Castaldo, Sculdascio, Decano, seu aliqua nostri Regni magna, parvaque persona prenominatam Heritham Abbatissam, vel Abbatissam sibi succedentem, atque Sanctimoniales inibi Deo famularibus, quomodo sunt, aut in futuro inibi Deo servire debent, audeat molestare, aut inquietare presumat, nisi in nostra presentia, aut Successoris nostri, vel Cancellarii nostri. Si quis vero hujus nostri Precepti quandoque, quod non credimus, violator exiterit, sciat se compitum auri optimi Libras centum, medietatem Camere nostre, & medietatem Heritiae Abbatissae jam praeditae, suaque successores, seu Sanctimoniales inibi Deo famularibus. Quod ut verius creditur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria roberantes, Sigillo jussimus insigniri.

B

C

D

E

Signum Domni Heinrici



Augusti Regis invictissimi.

Burchardus Episcopus & Cancellarius recognovit Anno Dominice Incarnationis MLXXXI. Indictione Quartâ, XIV. Kalendas Augusti data: Anni autem Domni Heinrici XXVII. Regni vero XX

Lucæ in Christi nomine feliciter Actum. Amen.



Sigillum cereum:

Vidisti in utroque Diplomate Henricum Quartum Regem appellari: id etiam tibi in aliis ejusmodi monumentis occurrat. Quid est ergo, quod in ambobus Placitis Veronensis ante evulgatis is Tertius Rex dicitur? Ad haec in altero ex eisdem Placitis legitur currente Anno MLXXVII. Annus Viceimus Primus Regni; in altero autem, quod eodem Anno MLXXVII. datum est, scribitur Annus Viceimus Quartus. Discordiam sentis. Appellationem sive Cognomen Tertii a consuetudine abhorrens intueris. At ego progredior.

A Quod si quis ad Regis aut Augusti Placitum suas querelas deferebat, neque dirimere controversiam in praesentia licebat ob facti obscuritatem, tunc destinabantur e latere Principis, qui ad controversiae locum accederent, reique veritate ibi per examen testium explorata, sententiam ferrent. Id constabit ex Placito, quod mihi suppeditavit Chartarium, sive Regestum Episcopii Cremonensis, jussu Sicardi celeberrimi ejus Urbis Episcopi, Ottone IV. Imperatore regnante conscriptum.

Inquisitio facta a Theodorico Misso Ludovici II. Imperatoris de iuribus Cremonensis Episcopi in naves Cremonensium per Padum discurrentes, cum sententia contra Cremonenses de eodem Episcopo querimoniam facientes, Anno 852. aut 851.

Dum in Dei nomine Dominus Hludowicus Imperator suum generale Placitum detineret Civitatem Ticinensem, ibique eidem proclamandum vene-

C runt, idest Rothecarius, Dodilo, Gudipertus, & ceteri habitatores de Civitate Cremona, eo quod eis Benedictus venerabilis Episcopus sancte Ecclesie Cre-

monensis multas violentias injuste fecisset de suis navibus, que adducunt ad portum ipsius Civitatis, quod nobis ripaticum & palificuram seu pastum derulisset, que nos nec parentes nostros antea numquam dederunt. Quidem Dominus glorioissimus Imperator audiens hunc clamorem, direxit de sui presentia Missum Theodoricum dilectum Consiliarium suum, qui hec omnia diligenter inquireret, atque diligenter definiret. Tunc predictus Theodoricus veniens in ipsum Palatum, ubi in judicio residebat Hucpaldus Comes sacri Palatii, residentes cum eo Adelgiso & Achedeo Comitibus, cum reliquis Judicibus Palatii, ibi conveniens jam dictus Benedictus Episcopus, & supradicti Clamatores: & cum ibi multum inter eos de hac causa orta fuisset intentio, statuit ipse Theodoricus inter eos Placitum in Civitate Cremona, ubi de hac causa per veraces & idoneos homines circa manentes de ipsa Civitate investigare aut invenire potuisset per legem. Tunc ipse Theodoricus Missus Domini Imperatoris veniens hic in Civitate Cremona in Dominum ipsius Ecclesie, residentibus cum eo predictus Benedictus Episcopus, Landepertus, & Aripertus, & reliqui plures; ibique venientes supradicti habitatores cum reliquis habitatoribus de ipsa Civitate asserebant, quod Benedictus Episcopus eis multas violentias injuste fecit, eo quod eis ripaticum & palificuram & pastum ad riparios per vim accipiat, sicut ad milites Comaclenses; quod nec ipsi nec antecessores eorum umquam dederunt, nec cum lege dare debeant. Ad hec respondet prefatus Episcopus, quod quotienscumque quislibet negotiator cum suis navibus in ipsum portum applicat, omnia hec, scilicet Ripaticum, Palificuram, & Pastum ad Riparios dare debeat ad partem Ecclesie nostre juxta istud pactum, quod Dom-

A nus bone memorie Karolus Imperator confirmavit. Et ad hoc probandum testes idoneos homines publicavit coram supra scripto Theoderico Missu Domni Regis. In primis Odepertus Archipresbyter dixit adjuratus in suo sacerdotio: Memoro ante tempora Domni Karoli & Pipini Regis, quod isti homines, qui contra hanc sanctam Ecclesiam de ipso porto agunt, nec ipsi nec sui parentes naves proprias numquam habuerunt suas, nec de Comaclo Salem ad negotiandum in istum portum numquam adduxerunt, nisi moderno tempore Panchoardi Episcopi. Leonardus Presbiter similiter dixit. Gundepertus Presbiter adjuratus in suo sacerdotio & inquisito dixit: Scio ad tempora Domni Karoli & Pipini Regis, quod isti numquam suas habuerunt naves, quod de Comaclo Sale ad negotium peragendum adduxerunt, nisi cum nave Comaclense communiter cum militibus sale, aut alias species adduxerunt, & communiter ripaticum & palificuram dabant parti Regie & Ecclesie Cremonensi juxta istud pactum. Garibertus Presbiter senex similiter dixit. Antonius Presbiter senex dixit: Memoro, duodecim annos, antequam Dominus Karolus in Italiam ingressus fuisset, numquam sibi istos homines nec suos parentes suas habere naves ad negotium peragendum, nisi cum Comaclenses communiter Salem aut alias species aducebant in istum portum, & de communiter ipsum Ripaticum & palificuram dabant juxta istud pactum. Lampertus adjuratus in suo sacerdotio dixit: Scio tempore Panchoardi, & Benedicti Episcopi, quod isti, qui in Comaclo pergebant, si Salem aducebant, in sorte stabant, & ripaticum & palificuram dabant, sicut Comaclenses. Petrus juratus dixit.

Scio.

Scio, tempore Domni Karoli atque Pipini Regis, quod isti, nec genitores sui suas numquam habuerunt naves, cum in Comaclo peragerent, nisi communiter, cum Comaclenses adducebant Salem ad negotium peragendum, & de communiter ripaticum & palificuram dabant, juxta istud pactum: & tempore Panchoardi & Benedicti Episcopi ceperunt cum suas pergere naves, in sorte stabant, & ripaticum & palificuram dabant, & Riparios pascebant, juxta istud pactum. Rodelandus, Gadevertus, Walpertus, & multi alii dixerunt sicut Petrus. Cunimundus juratus dixit, quod tempore Bernardi Regis fuit Riparius, & ripaticum & palificuram dedit, & isti legibus dare debent. Deu dei juratus similiter dixit, nisi quod Riparius non fuit. Giso juratus dixit sicut Petrus, & addidit, quod de sua nave dedit Ripaticum & Palificuram. Castabiles juratus dixit: Scio infra triginta annos, postquam cum suas naves ceperunt pergere, dare Ripaticum & Palificuram. Aribertus juratus dixit, quod postquam perrexerunt, sic dederunt, sicut istud pactum continet, & adjunxit, quod Riparius fuit & Ripaticum tulit. Demum post multos testes & multa similia testimonia, manifeste professi sunt, se non habere ullam firmitatem, per quam contra sanctam Ecclesiam Cremonensem vel ejus Pontifices ripaticum, vel palificuram subtrahere possent, sed ipsos Sacerdotes & alios homines, qui de hac causa iurati vel inquisiti dixerunt, omnia vera dixisse, & se ripaticum & palificuram & pactum ad Riparios dare debere. Tunc Theodoricus interrogavit Landevertus Gastaldio de Sexpiles, simulque Ariperto Advocatum de ipsa Curte, ut si aliquod haberet firmitatem, aut homines, per quibus pars Regie ibidem de

A suprascripta ripa contradicevere poterent. Qui dixerunt, quod nec per homines, nec per ullam aliam firmitatem da parte Regi non habemus, nec inventire possumus, per quibus da parte suprascripta Ecclesie ipsum ripaticum, vel palificuram subtrahere possumus. Dum hec omnia taliter audissemus, & clare factum fuisset juxta ipsam inquisitionem vel eorum manifestationem, tunc paruit nobis, quorum supra, auditoribus rectum esse ita, & judicavimus, ut ipsi homines ripaticum, vel palificuram de suis navibus, juxta ipsum pactum de antea dare deberent. Et finita est causa. Unde qualiter acta, vel deliberata causa est, per augmentum & stabilitatem ipsius Ecclesie, me Petrone Notarius scribere monuerunt.

Quidem ego Petrus Notarius ex iustificatione ipsius Theodorici Missus Domni Imperatoris scripsi in Anno Domnorum nostrorum Hlotbarii & Hlodowici Imperatoribus Trigesimo secundo, & Secundo, suprascripta die, Indictione Quintadecima.

 Signum manu Theodorici, qui Missus de hac causa inquirendum fuit, & in omnibus actis interfui.

 Signum Landeberto Gastaldo in his actis interfui.

 Signum Ambroffioni Scavino in his actis interfui, & bunc iuditium dedit.

Ego Goderam Gastaldo in parte interfui.

Ego Pertefre ibi fui, & hoc iuditium dedit.

Ego Leo Notarius ibi fui, & hoc iuditium dedi.

 Signum Brunigi de Humili Vice interfui.

 Signum Rotecharii de Cedraria interfui.

Audevertus Clericus Capellanus Domni Imperatoris interfui.

Ego Rubo Diaconus ex parte ibi fui.
 Ego Lampertus Diaconus ibi fui.
 Ego Aribertus Diaconus interfui.
 Ego Petrus Subdiaconus ibi fui.
 Ego Radebertus Archipresbiter interfui.
 Ego Rodenarius Subdiaconus interfui.
 ☩ Signum Digiverti de Buciningo interfui.
 Angelbertus Subdiaconus ad omnia interfui.
 Ego Richerius Clericus interfui.
 Odelbertus Presbiter & Custos Ecclesie Sancti Laurentii, sita Brixianore, interfui.

Ex hac eadem Charta habemus, anticipandum esse Episcopale munus Benedicto Cremonensi Antistiti citius quam opinatus fuerit Ughellius. Desideratur autem dies & mensis in hoc Placito. *Indictio Quintadecima*, quae heic memoratur, spectat ad Annum MCCCLII. usque ad Kalendas Septembbris. Sed mihi dubitatio superest, num Kalendas ejusdem mensis Charta conscripta fuerit, quo casu *Indictio XV.* indicaret Annum MCCCLI. Ceterum quae olim foret Comaclensis Civitatis fortuna, hinc aperte intelligimus; illic enim Salinae existebant, e quibus Salem reliqua Langobardorum regio Circumpadana accepisse videtur, uti & ex ipsa Civitate non paucas merces. Consule supra Dissertationem XIX. de *Tributis*, & valde quidem commendandus fuit eorum temporum mos, quo Reges & Augusti ipsi non aures solū præbere consueverunt justiam possentibus, sed etiam interesse publi-

A cis caussarum ac litium disputationibus. Neque enim tam facile cuiquam Judicum fuit ad alicujus favorem contra aequitatis rationem inclinare, ipso Principe vidente ac audiente, quem justitiae tutorem Populi respiciebant, & Consiliarii recta suadentes filipabant. Post Imperatores ac Reges primus justitiae minister erat *Comes Sacri Palatii*, qui Placita indicebat, quacumque in parte Regni Italici foret. Beneventanum Ducatum excipio, in quem minime affirmare audeo, Magistratui huic aliquod fuisse jus. Tum in Dissertatione VII. de *Comitibus Palatii*, tum in *Antiquitatibus* Estenib. multis exemplis palam feci, quantus foret dignitatis hujus splendor. Is vel ipso Rege, sive Imperatore praesente, judiciis praeerat; eoque praesente ceterorum Regni Procerum auctoritas cedebat. Ad haec *Marchionibus* & *Ducibus* Placita habere, & controversias Populi dirimere non licebat solū, sed etiam veluti necessarium munus injungebatur; idque intra fines duntaxat Ducatus, sive Marchiae eis commendatae: non enim extra fas fuit. Exemplum res perulgata minime posceret; attamen unum adferre juvat Beatrixis Comitissae & Ducissae Tusciae, quod ex autographo existente in Archivo nobilissimi Nosocomii Senensis Sanctae Mariae de Scala descripsit, dum vivebat, & ad me misit Hubertus Ben voglientus Patricius Senensis, quem Anno MDCCXXXIII. invida mors sustulit.

Placitum in Comitatu Clusino habitum a Beatrice Ducissa Tusciae,
ejusque filia Mathilde, in quo Roca de Scanzano adjudicatur Mauro
Abati Monasterii Sancti Salvatoris de Monte Amiata,
contra Lanfrancum Episcopum Clusinum, Anno 1072.

Dum in Dei nomine in loco, qui vocatur Calceraki, resideret Domina Beatrix Comitissa ac Ducatrix, & Matilda ejus filia, ibique aderat Raginerius, & Bernardus Comites ipsius Comitatus Clusini, & Episcopus Clusinus, nec non & Senensis Episcopus, atque Ardericus Judex, & Ubertus, seu Girardus, atque Jobannes, & Rolandus, & Petrus, atque Adelbertus Judices, seu Adegerius, & Jobannes, & iterum Jobannes Causidicus, & Payanus de Corsena, & Ildebrandus filius Widonis, atque Hugo filius Supe, & Tegizo, & Saxo filii quondam Ildebrandi, & Ubertus filius Bolci, & reliqui plures. Ibi in eorum presentia venit Maurus Habas de Ecclesia Sancti Salvatoris de Monte Amiata, una cum Pepo Avocato suo, & retulit: Habeo & teneo Rocam de Scanzano, una cum omnibus pertinentiis & ajacensiis ad Curtem prediecte Roce, & ad proprietatem a parte Ecclesie Sancti Salvatoris. Et si aliquis homo adversus nos de predicta Roca & ejus pertinentiis aliquit dicere vult, paratus sum cum eo ad rationem dicere, & legiptime finiendum. Et quod plus est, querimus, si Lanfrancus Episcopus Clusinus, & Bonizo Abas de Sancto Petro de Campo, una cum Rolando Avocato suo aliquit de jam dicta Roca & suis pertinentiis, ut supra legitur, adversus nos dicere, aut subtraere aliquit querat, an non, dicant. Tunc cum jam dictus Maurus Habas cum suo Avocato taliter retulisti-


A sent ad huc predictus Episcopus Clusinus, & jam nominatus Bonizo Habas cum predicto Rolando Avocato suo responderunt: Verè jam dicta Roca cum suis pertinentiis, qualiter supra legitur, propria est parti Ecclesie Sancti Salvatoris, nec vobis eam contradicimus, nec contradicere querimus, quia cum lege non possumus, eo quod propria est Ecclesie Sancti Salvatoris, & cum lege esse debet. Nec scriptum, aut aliqualiter mutare habemus, per quam possimus aduersus vos exinde agere aut causare cum lege. Et insuper spondemus & obligamus nos jam dictus Lanfranchus Episcopus, & Abas, una cum nostro Avecato, ut si unquam in tempore nos aut nostros successores agere, aut causare presumperimus, vel exinde omni tempore taciti & contenti non permanferimus, vel si apparuerit ullum datum aut factum vel quodlibet scriptum, quod nos exinde in aliam partem fecissimus, & clare factum fuerit, tunc componere promittimus nos, qui supra Lanfrancus Episcopus, & jam dictus Bonizo Abas ad tibi jam dicto Mauro Abati, tuisque successoribus a parte supradicti Monasterii Sancti Salvatoris, pene nomine argenti Libras ducentum, & suprascriptas res in duplum, qualiter pro tempore fuerint meliorate, aut valuerit in consimilibus locis. Et ad hanc transactiōnē confirmandam haccepimus nos, qui supra Lanfrancus Episcopus, & Bonizo Habas exinde Lau-

nachild annum aureum, & insuper Libras treginta denariorum Luncensium. His *aditis rectum predictis Iudicibus, & Auditoribus quoniam esse comparuit, judicaverunt, ut justa professionem Episcopi Lanfranci, & Bonizonis Habatis, & Rolandi Avocati eorum, exinde predicta Roca & suis pertinenciis taciti & contenti esse debent ipse Lanfrancus Episcopus, & Bonizo Abas, & eorum successores, cum eorum Avocato a parte sue Ecclesie, & predictus Maurus Habas & sui successores exinde debent esse securi, soluti, & indemnes omni tempore a parte predicti Monasterii Sancti Salvatoris. Post hec jam nominatus Maurus Abas cum suo Avocato dixit Domne Comitisse ac Ducatricis, & Domni Raginerii, & Bernardi Comites; querimus, ut propter Deum, & animam Domni Imperatoris ac vestri mercedem, mittatis Bannum super nos, & partem nostri Monasterii, & super predictis Rocam cum omnibus suis pertinenciis, ut nullus quislibet homo de ipsis rebus nos, & partem nostre Ecclesie sine legali judicio disvestire presumat. Cum ipse Maurus Abas, & ejus Avocatus taliter reculissent, tunc jam nominate Ducatrices, & predicti Comites miserunt Bannum suum super eundem Maurum Abatem, & suum Avocatum, & parte predicta Ecclesie Sancti Salvatoris, & super predictam Rocam cum suis pertinenciis, ut nullus quislibet homo vos & partem predicta Ecclesie Sancti Salvatoris de predictis rebus sine legali judicio disvestire presumat. Qui vero fecerit, presentiat se compoxitum ducentum Libras optimi orienti, meaieratem Camere Domni Regis, & medietate parte predicti Monasterii Sancti Salvatoris.*

Quidem & ego Ardecio Notarius sacri Palaci ex iugione supradictarum Da-

A caricum, & Comitum, & Judicum amonicione, banc paginam Notitie scripti Anno Dominice Incarnationis Milleximo Septuagesimo Secundo, Septimo Idus Iunii, Indictione Decima.

B



Ego Ardericus Judex interfui & subscripsi.

Ego Ubertus Judex Domni Imperatoris interfui.

Ego Petrus Judex sacri Palacii interfui & subscripsi.

Ego Rollandus Judex sacri Palacii interfui & subscripsi.

Ego Johannes Judex Domni Imperatoris interfui & subscripsi.

Subscripti dictis presens Aabierius illis.

Ego qui supra Ardecio Notarius sacri Palacii scripti & complevi imperacionis supradictarum Ducatricis, & Comitum, & Judicum in hoc ato.

C

Occurrunt heic duo Comites unius Clusini Comitatus: quod Lectori adnotandum est. Iis autem servata est sua dignitas, quamquam Ducissa Beatrix adeset; nam una cum illa Bannum protulere pro tutela Mauri Abbatis in ea causâ victoris. Tandem Servatoribus loci jus fuit Placita indicendi, & judicandi, ut exempla ostendunt, quae attuli in Dissertatione X. de Minorib. Justitiae Ministris. Fortassis haec ipsa auctoritas eo tantum tempore illis collata fuit, quum Comes sive Praeses Urbis abesset. Ceteris sane hactenus memoratis facultas judicandi ordinaria fuit, eorumque dignitati conjuncta. Sed quoniam Missis Regis sive Imperatoris olim ejusmodi judicandi facultas ex-

tra .

D

E

DISSERTATIO TRIGESIMA PRIMA.

353

tra oīnem & precariō tribuebatur, de iis mīhi peculiaris sermo habitus fuit in Dissertatione IX. Nunc cetera congeram ad judiciorum veterum ritus spētantia. Nempe una cum Dūcibus, Comitibus, Missis, aliisque ad singulorum hominum justitiam faciendam, ac deliberandam, electis, assidebant in Placito Judices Sacri Palatii, Judices Domni Imperatoris, Scabini, Tabelliones, seu Notarii, Caustici, aliquie ejusmodi Legum Periti, ut eorum consilio recta pronuntiaretur sententia. Neque enim Comites, aliquie Populorum Rectores atque Primores consuevere multum operae, ac olei impendere in Legibus addiscendis, & Juris quaestionibus, ac tricis pendendis. Saepe etiam Episcopi, ut supra monui, ad eadem Placita conveniebant, ac potissimum quum Regii Missi aderant, ad justitiam Pupo ministrandam, a quorum certe Placitis Comites, nisi legitima caussa intercederet, minime excusabantur. Immo Principes iidem, i-

354

A dest Marchiones, & Comites exteri, si contingebat, ut versarentur, ubi Missi Regii, aut alii Principes Placitum erant habituri, honoris caussa & ipsi intererant. Fragmentum habeo Placiti a Mathilde Comitissa, Dūcissa Tusciae, Ferrariae celebrati, Anno MLXXIX. quod e Ferrariensi pergamenā attritā hausit supra laudatus amicus meus Josephi Antenor Scalabrinius. Agebat tunc Ferrariae Azo II. magnus Marchio Estensis, e quo Brunsvicensium Ducum nunc in Britannia regnantium & Ducum Mutinensium soboles progenita, ad nostros usque dies felicissime perdurat. Fervebant tunc bella inter Henricum IV. Germaniae, ac Italiae Regem, eique oppositam factionem Italorum: quae caussa Azonem Marchionem ad colloquium cum Mathilde, ut puto, pertraxerat. Quare quum Placitum Mathildis Comitissa haberet, ipse quoque interfuit. Pro Oūagefimo legendum in Charta videtur Septuagesimo.

Placitum Ferrariae habitum a Mathilde Comitissa, ubi controversia agitata est inter Gratianum Episcopum Ferrariensem & Hieronymum Abbatem Pomposianum, Anno 1079.

In nomine Domini nostri Iesu Christi, Anno ejus Incarnationis Mille-simo Oūagefimo... (lege Septuagesimo Nono) Domni Gregorii Apostolici Pape Anno Septimo, die VII. mensis Septembris, Indictione Tertia, in Curia filii Widonis Federici prope DOMNA MATILDA Dei gratia Ducatrix Sancti Nicolai Jūdex, & Judex de Constantino, & una cum eo Alberto, & Rodulfo, & Alberto, & Leone, & Petro, &c. ac aliis quampluribus; quam etiam DOM-
Tom. VI.

D NUS MARCHIO AZO, & Comes Ugo, ac Comes Ubertus, & Albertus filius Comitis Bosonis, & Paganus de Cor. Fulcus Alberti de Roboreto, & Gerardus de Corvago, & Ugo Armatus, & Ardizo filius Bucconis, & Petrus de Ermengarda, & Wiczo, & Crescentius, & alii quamplures. Ante suprascriptorum omnium presentiam proclamante Episco-po Gratiano, de possessione Domus po-site ante Ecclesiam Sancte Marie contra Dominum Geronimum Pomposiane Ec-
E cle-

Z

clesie Abatem. Et constitutum est ab his omnibus Judicibus, DOMNA COMITISSA MATILDA laudante, Domnum Geroninum Abatem esse contentum de eadem domu & fenestrâ, quae est ante scalas juxta porticum Ecclesie Sancte Marie, secundum designatione facta ha Johanne Clerico. Nec non proclamante heodem Episcopo de possessione Francolini aversus eundem Dominum Abatem, confirmatum est ab eisdem Judicibus, eum ab ac proclamacione esse absolutum, producendo testes, assertentes Dominum Ubertum Abatem mississe Nuntium Apostolice Sedi, secundum iussionem.

Itaque coram illustribus Viris, & coram Judicibus pro illorum temporum conditione a Jurisperitis lites, & controversiae Populi discutiebantur atque dirimebantur. Et quoniam non unâ Lege Populus Italicus vivebat, nonnullis Romanam, longe pluribus Langobardicam, aliis Salicam, aut Alamannicam, aut Bajoaricam profitentibus, si quis secundum unam

A ex istis Legibus judicandus erat, numquam desiderabantur in Placitis Judices ejusdem Legis periti, quorum ope quid justitia exposceret, dignosceretur. Vide Praefationem meam ad Leges Langobardicas, Part. II. Tom. I. Rer. Italicar. Neque id sat fuit. Etiam boni homines, hoc est, qui bonae famae erant, ac justitiam amare credebantur, Placitis, ac Judiciis publicis interesse consueverunt, atque in eam rem a Comite advocabantur, uti testes, ac adjutores veritatis. Et praesertim Nobiles rogabantur ejusmodi assidere judiciis. Cujus moris multa in hoc Opere exempla protuli. Heic vero usum tantummodo exeram, sed illustre, nempe Placitum Ravennae habitum, ubi adfuere complures Nobiles Viri, laudabilesque famâ, Adseratur illius autographum in Archivo Monachorum Ferrariensium Sancti Benedicti, qui celebris Pomposiani Monasterii Chartas & jura possident.

Placitum Ravennae habitum a Johanne Archiepiscopo Placentino,
& Hugone Episcopo Hamburgensi, Missis Theophaniae
Augustae, Anno 990.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno Deo propicio, Pontificatus Domni Jobannis summi Pontificis & universalis Pape in Apostolica sacratissima beati Petri Apostoli Sedde Quinto, die XIII. Mense Marcii, Indictione III. foris Civitate Ravenne, in Vico, qui dicitur Sablonaria, post tribunal Palacii, quod olim construerre jussit Dominus Hotto Imperator videntur in futuris filiisque, temporibus memoriter mandari non possunt; quapropter decens est, scripturarum vinculo anotari. Igitur dum resi-

D deret Deo annuente Johannes Archiepiscopus sancte Placentine Ecclesie in generali Placito, simul cum eo Hugo gracia Dei Episcopus sancte Hansiburgensis Ecclesie, iussione Domne Theofana Imperatris, & residentes & adstantes cum eis Nobiles Viri, laudabilesque famâ, nomina quorum sunt hec, idest Paulus Dativus, Petrus Dativus, Andreas Dativus utilis, Johannes Dativus filius quondam Jobannis Consulis, & alter Johannes Dativus Calcianspelle, Petrus de Traversaria, & Petrus & Paulus germani filii quon-

quondam Paulus de Traversaria, & Petrus atque Deus dedit filii sui, Johannes Dux, Johannes Consul, & pater ejus, & Paulus & Petrus germani filii quondam Pauli, qui vocabatur de Traversaria, Gerardus de Farualdo, & Farualdus, qui vocatur Paulus filius jam dicti Pauli Judicis, Petrus Consul de Cristaduli, Gerardus Consul, Johannes dictus Guandilo, Vitalis filius quondam Vitalis, atque Constantinus de Lazario, Johannes de Tenda & Mauricius filius suis Consul, & Romanus, & Paulus Restaneus, Andreas Tabellio, Apollinaris Tabellio, Aldo Tabellio, & Johannes Deo largiente Tabellio Civitatis Ravenne, & alii, quorum recordari non possum. In eorum jam dictorum presentia reclamaverunt & interpellaverunt suprascripti germani Paulus & Petrus filii quondam Pauli, qui vocabatur de Traversaria, semel & bis & tercia vice de Johanne, qui vocabatur de Mariana, & de Johanne de Strata, & de Gisulfo & Dominico germano suo de omni re integra, quam ipsi detinent in fundo S. amno, & in fundo Liseniano, & in fundo Peritulo, & Roveritulo, sitis in territorio Liviensi prope ipsius Liviensis, & prope Sancte Marie in Aqueducto. Que res nobis pertinent, & nobis contendunt. Hoc a dicto a predicto Johanne Archiepiscopo & ab Hugone Episcopo, interpellati sunt a dictis Judicibus, que de hoc Lex esset. Et ipsis Judices dixerunt: Faciant eos vocare per publicum Cancellarium in eodem Placito. Et ita factum est. Et minime eos habere potuit. Ita jam sati Johannes Archiepiscopus & Hugo dixerunt ipsis Judicibus, quid rectum esset cum eisdem de hoc? Judices verò dixerunt: Postquam eos vocare fecistis, & ad Placitum non venerunt, Lex autem est, ut vos su-

A prascriptis germanis Paulo & Petro de suprascriptis rebus investiatis, salvâ querelâ. Et ita fecerunt per virgam, quam in suis detinebant manibus. Hoc autem factò, apreenderunt manus Riculfum Cancellarium, & miserunt in manus jam dictorum germanorum, ut cum illis ad eas res pergeret, & corporaliter illis exinde investiret. Deinde miserunt bandum super capita eorum, ut nullus sit ausus eis de illa re disvestire sine legali judicio. Et qui facere presumperit, sciat se compositurum centum Mancosos aureos, medietatem Camare Imperatricis, & medietatem ipsis germanis, eorumque heredibus.

B C D E

Hoc factum est sub die & Mense & Indictione III. foris Civitatem Ravennae, in loco, qui dicitur Sablonaria post Tribunal Palacii, quod construere jussit Dominus Otto Imperator.

¶ Petrus Deo donante Dativus, in hac investitione & banditione interfui & subscripsi.

¶ Andreas Deo favente Dativus, in hac investitione, ut supra legitur, interfui & subscripsi.

Johannes quondam Petri Consulis, in hac investitione, ut supra legitur, interfui.

Vide, quae de Dativis Judicibus, qui huic Placito interfuerunt ac subscripserunt, egomet attuli in Dissertatione X. de Minorib. Justit. Ministris. Interim mirabitur quisquam, sibi occurrere heic Archiepiscopum Placentinum, quem antiqua simul ac vetera monumenta Placentinam ubique Ecclesiam nobis exhibeant (Episcopali) tantum dignitate ornatam. Ita quidem: sed, ut alibi etiam monui, Johannes ille, qui in hoc Placito memoratur, ambitiosissimus hominum, Theophaniae potissimum Imperatrici carus, quod Graecus & ipse

foret, ad Sedem Placentinam eetus, titulum sibi Archiepiscopi ab Apostolica Sede suis artibus corrasit, eumque retinuit, quoisque Romanam Cathedram invasit Anno DCCCC-XCVII. ut Historia Ecclesiastica habet. Animadvertis etiam velim *Palatium*, quod olim construere jussit Domnus Hatto Imperator in suburbio Ravennae, & Placitum hoc in eodem loco habitum fuisse *jussione Domnae Theophana Imperatris*, ut intelligas, quisnam tunc eidem Urbi, atque Exarchatui dominaretur. Tenemus ergo, quale tunc fuerit in agitandis caussis publicum Auditorium & Consilium, ne facile Praesides, volentes aut nolentes, inquis sententiis cuiquam officerent. Ex his *Placitis* enata vox *Placitare*, quam Franci in *Plaider* conversam retinent, Tusci Italique olim converterunt in *Piatire* & *Piatu* pro litem agitare coram Judice. Ante omnia verò pauperum caussas expedire Judices jubebantur, quam in rem audiendus Carolus Magnus in Lege 58. Langobard. praecipiens: Ut Comites pleniter iustitiam diligent, & juxta vives eorum expleant &c. & ut primitus ad *Placita* eorum, *Orphanorum*, *Viduarum*, nec non *Pauperum* causae deliberentur; nec propter aliquam dilatationem eorum iustitia a Judicibus dilatetur. Idem quoque praecepit Ludovicus Pius Augustus Lege undecimā inter Langobardicas; insuper mandans, ut si quando Pauperes habere non possent suae causae patronum, aut Legem ignorarint, Comes eorum necessitati succurreret, dando eis talern hominem, qui eorum rationem teneat, vel pro eis loquatur. Et ne Judices in suis judiciis, quantum fieri posset, aut fallerentur aut fallerent, Lotharius I. Augustus Lege Langobard. 94. haec

A statuit: De *Judicibus*, ut inquiratur, si Nobiles & Sapientes & Deum timentes constituti sint, & jurent, ut juxta eorum intelligentiam rectum judicent, & pro muneribus vel humanè gratiâ iustitiam non pervertant nec disserant &c. Hoc autem urgebat praeceps Imperatores Carolinae stirpis, inter quos Ludovicus II. Lege 4. Langobardorum, haec sancivit: De *Judicio* autem *Judicis* tam frequenter rememoramus, quia omnino consuetudinem *judicandi* injuste *Judicibus* auferre volumus. Sed tantum secundum scripturam judicent, & nullatenus secundum arbitrium suum. Sed discant pleniter Legem. En quām sancte negotio tanti momenti consulerent olim supremi Italiae Principes. Evidem me non praebeam vadem, nullum tunc fuisse *Judicem* humanis affectibus praereptum, indoctum, iniquum. Erunt hujusmodi, dum terrarum orbis erit. At profecto solicite Caesares ii curabant, ut quando nulli non esse poterant, essent saltem pauciores; ac proinde Missis Regiis cura potissimum incumbebat Judices, quos meliores invenire poterant, eligendi, abjiciendi verò, quos improbos aut ineptos reperirent. Nos ea tempora nonnisi ferrea, barbara, inulta putamus. Erant tunc etiam, quae laudem nostris temporibus non vulgarem mererentur. Ceterum dissimulanda minime Lex est a Carolo Magno promulgata, quae est 42. inter Langobardicas. Ibi sancitur: Ut Judices jejuni causas audiant & discernant. Rursus ab eodem Augusto in Lege 94. decretum est, ut nec Comes *Placitum* habeat nisi *jejunus*. An a Germanica gente, cujus pars olim Franci suere, in Gallias quoque sua dominatione progressi, multus honos tempestate illa haberetur, nostrâque etiam

etiam Baccho habeatur, aliorum erit inquirere. Ex his certe Legibus elucdere potest, Caroli Magni aevo & Francos imperantes, & Langobardos subiectos, geminos nempe Populos e Germania in Italiā prolapso, parum sobrie indulsisse vino, ita ut necessarium duxerit inclitus ille Imperator prohibere pomeridiana judicia, & ebrietatem quantā potuit circumspēctione arcere a foro.

Neque iis temporibus desiderabantur, qui omni industriā & arte niterentur evitare Placita, ne cum adversario, ad Judices querelam deponenti, congregari cogerentur. Fraudū huic ista ratione occurrebatur. Citabatur non semel ad judicium is, de quo erat querela. Recusante illo accedere, in possessionem rei controversae auctor immittebatur, aut si jam

A possidebat, auxilio juris juvabatur, ne in sua possessione deinceps turbaretur. Utrumque verò ita statuebatur, ut locus reo relinqueretur ad deducendas, si quas haberet, rationes in petitorio. Itaque Bannum Regis emittebat Placiti Praeses Judicum, id est Jurisperitorum, admonitione frētus, poenam interminans turbanti Possessionem auctori datam, salvā tamē querelā, hoc est, salvā reo facultate experiendi jura sua in petitorio, ita ut nemini licaret post emissum Bannum molestias inferre possessori *sine legali judicio*. Opportunae ad hanc rem melius intelligendam erunt Chartae, quas ex diversis Tabulariis concessi. Primam debeo amico olim meo Huberto Benevogliento Patricio Senensi.

Placitum in Comitatu Senensi celebratum ab Hermanno Colonensi Archiepiscopo, & Bertolfo Comite Missis Conradi Augusti,
in quo restituitur possessio quorumdam praediorum
Huberto Abbatī Sancti Salvatoris de Fonte
Bona, Anno 1037.

Dum in Dei nomine, in Comitatu Senense, locus prope Burgo, qui dicitur Arbia, in judicio resedebant Domnus Hermannus Colonensis Archiepiscopus & Archicancellarius sacri Palatii, una cum Bertolfo Comes, Missi Domni Conradi invictissimi Imperatoris, ad singulorum omnium iusticias faciendas, has deliberandas: residentibus cum eis Berizo nunc Comes filius bone memorie Berardi qui fuit Comes, & Johannes venerabilis sancte ejusdem Senensis Ecclesie Episcopus, & alius Johannes Lucensis Episcopus, & Wido Clusiensis Episcopus, & Rainieri Comes filius bone memorie Widoni, qui fuit Comes, &

DGerardus, & Albertus, & Ubaldus, & Gesbertus, & Farolfus Judicibus Domni Imperatoris, & Lambertus & Petrus Notarii Domni Imperatoris, & Rainieri, & Walfredi germani, filii bone memorie item Gualfredi, qui fuit Comes, & alio Rainieri, & Guatzulino germani, filii bone memorie Valfredi, qui fuit Comes, & Rainieri de Rofino, filio bone memorie item Raineri, & Ugonem filiis bone memorie Ubaldi, & Petro filius bone memorie Vivensi Comes, & filius bone memorie Supponi, & Raimundo filius bone memorie Rainieri, & reliqui plures. Ibi que in eorum veniens presentia Dominus

E Übertus venerabilis Abbas ex Monasterio

sterio Sancti Salvatoris situ in Campo, ubi qui dicitur Fonte Bona, una cum Wido Notario Avocato suo, & ostendebant ibi in eodem judicio monumentum unum, idest documentum de predicta Ecclesia & Monasterio, in quo continebatur omnibus Casis, Castris, & Ecclesiis, seo terris, & rebus dominicatis, masaritiis, simulque servis & ancillis, moviliis & immovilibus, omnia & in omnibus. Et insuper ibi continebatur cuncte & integra res illa, que est in vocabulo Clatina cum Ecclesia Sancti Petri ibidem posita, & omnes res, & substantias, sicuti bene memorie Winisi, qui fuit Comes filius bone memorie Reginari, una insimul cum Richilda ejus conjugе, in predicta Ecclesia & Monasterio per ipsum, documentum pro eorum anime redemptione donaverunt atque concederunt in ipsum sanctum ac venerabilem locum. Monumentum ipsum ostensum, & ab ordine reliatum. Interrogatus est ipse predictus Ubertus Abbas una cum predictus Avocato suo ab his Judicibus & Auditores, pro quo monumento ipso ibi in iudicio ostensissent. Qui dixerunt: Verè monumentum ipsum in iudicio vestris ostensimus presentiis, ut omnibus vobis cognitum sit, ut integra . . . in predicto loco Clatina una cum predicta Ecclesia Sancti Petri ibidem posita, que in predicto monumento legitur, ut ipse predictus Winisi Comes una insimul cum predicta Richilda ejus Conjuge in predicta Ecclesia & Monasterio per ipsum documentum dederunt atque concederunt jure proprietario nomine. Et cum taliter retulerunt ipse predictus Ubertus Abbas cum jam dicto suo Advocato, ceperunt dicere, bac reclamare: Jam plures vices nos reclamati sumus ad vos, Dominus Hermannus Archiepiscopus & Dominus Bertulfus Comes, super Ranerius fi-

A lius bone memorie Ghisolfi, & super Ildebrando & Wido & Enricus germanis, filiis bone memorie Isaltri eos, quod malo ordine & contra Legem ipsa predicta Ecclesia & Monasterio disvestivit de integra predicta Curte, & res illa de Clatina, & de predicta Ecclesia Sancti Petri ibi posita, quod sunt de sub jure de jam dicta Ecclesia & Monasterio Sancti Salvatoris. Unde ipsa predicta Ecclesia & Monasterio legibus & per ipsum predictum documentum investita fuit ad suam proprietatem. Et vos predictus Dominus Hermannus Archiepiscopus & Bertulfus Comes ad predictus Rainerius, & a predictis germanis multos direxistis Missos, & vos nullo modo ad vestrum potestis habere Placitum. Unde nos querimus, ut vos de ipsa suprascripta Curte & res illa, & de predicta Ecclesia Sancti Petri in elemosina Donni Corradi Imperatoris, vestraque mercedem investiatis. Cum ipse predictus Ubertus Abbas una cum Advocate suo taliter retulissent, tunc ipse Dominus Hermannus Archiepiscopus & dictus Bertulfus Comes & Judices, qui ibi aderant, recordati sunt, & dixerunt, quod ipse jam dictus Ubertus Abbas cum predictus Avocato suo per plures vices reclamare vidissent, & eos nullo modo ad nostrum Placitum habere potuerimus. Tunc ipse Hermannus Archiepiscopus & predictus Bertulfus Comes fecerunt predictus Rainerius, & Wido & Enrico & Ildibrando, per ipsum Placitum intus & foris querere & vociferare, & eos nullo modo habere potuit, & ibi eos minime invenierunt. Tunc ipse jam dictus Hermannus Archiepiscopus per fustem, quas in suis tenebat manus, ipse predictus Ubertus Abbas una cum predicto Avocato suo de integra predicta Curte &

res illa de jam dicta Ecclesia ad salva querela investiebant. Et insuper misit bannum Domni Imperatoris super ipsas predictas res, & super ipsa predicta Ecclesia, simulque & super ipse Abbas in auro optimo Libras centum, ut nullus quislibet homo, magna parvaque persona ipse predictus Abbas, fuisseque successores de ipsa jam dicta Curte, & res illa, & de suprascripta Ecclesia sine legale judicio disvestire audeat. Quique vero fecerit, sciat se compositurus predicte Libras aurei, medietate pro Camera Domni Imperatoris, & medietate a pars predictie Ecclesie & Monasterio, & ad ejus Abbatem, qui pro tempore ibidem fuerit. Unde hanc Notitia per securitatem eidem Ecclesie & Monasterio & illius Abbatem, qui pro tempore ibidem fuerit, factum est, ostensione eidem Ecclesie & Monasterio ostendendam fieri jussimus.

Quidem & ego Lambertus Notarius ex iussione de Suprascripto Hermannus Archiepiscopus & Missio, & Judicum ammonitione scripsit in Anno Domni Conradi invictissimi Imperatoris, Anno Imperii ejus, Deo propitio, Undecimo, V. Nonas Madii, Indictione Quinta.

Hermannus, Dei gratia, Colonensis Archiepiscopus, & sacri Palatii Archicancellarius subscripi. (sic)

Johannes Episcopus interfui & scripsi.

Odelricus Cremonensis Episcopus in Placito Cremonensi ab Adelelmo,
qui & Azo, Missio Arduini Regis, impetrat Bannum
Regium pro tutela quarumdam terrarum
sui Episcopatus, Anno 1004.

Dum in Dei nomine, Civitate Cremona, in Laubia majore Domus Episcopii ipsius Civitatis, per data licencia Domni Odelrici Episcopi, in judicio resideret Adelelmus qui & Azo,

A Ego Gerardus, gratia Dei, Romani Judex Imperii interfui & scripsi.
Ego Vitalis Judex sacri Palatii interfui & subscripsi.

B Lambertus Notarius interfuit, & anc Notitia subscripsi.

C D H abes heic Widonem Episcopum Clusinum ad Annum MXXXVII. quem Ughellius Tomo 3. Italiae Sacrae ignoravit. Ut verò ex hoc monumento constat, jam non semel expostulaverat Hubertus Abbas apud Missos Regios de usurpatribus rerum sui Monasterii. Jam plures vices (inquit ille cum Advocato suo) nos reclamati sumus ad vos &c. quod ii, malo ordine & contra Legem, praedium Monasterium disvestiverunt. Et vos multos direxistis Missos; & vos nullo modo ad vestrum potestis habere Placitum. Propterea justitiam implorabat. Tunc ergo Missi Imperiales fecerunt per ipsum Placitum intus & foris quaerere & vociferare, & eos nullo modo habere potuerunt, & ibi eos minime invenerunt. Quo peracto Abbatem praedictum salva querela de Curte controversâ investiverunt, Banno in ejus tutelam emisso. Alteram Chartam adjicio, quam ex autographo descripti existente in Archivo Capituli Canonorum Cremonensium.

E Missus Domni Arduini Regis, singulorum omnium justicias faciendas ac deliberaandas, residentibus cum eo Adelbertus, Andreas, Johannes, item Adelbertus, Dominicus, Judices sacri Pa-

lacii, Amizo, Ardericus, Walbertus, Bonizo, & reliqui plures. Ibique eorum veniens presencia Rolandus Avocatus ipsius Episcopio retulit: Abeo & teneo ad parte jam dicto Episcopio proprietatem petias duo.... de terra, quas esse videntur prima in loco Piciningo, hoc est pro mensura justa jugias decem & octo. Coëret ei ad seras, a mane, a meridie Sancti Silvestri. Secunda in loco Landacisca, & per mensura justa jugias sedecim. Coëret ei a mane via communis Sancte Marie. Tertia ibi prope est per mensura justa jugias sex. Coëret ei da trex partes terra ipsius Episcopio. Quarta est in Mutidelle pro mensura justa jugias quin.... Coëret ei da omnes partes terra eidem Episcopio. Quinta in Dardi Casale est per mensura justa jugias quadraginta. Coëret ei da omnes partes prenominato Episcopio. Sexta in Visidanelli, est per mensura justa jugias trex. Coëret ei da duabus partibus prefato Episcopio. Septima in eodem loco ibi prope est per mensura justa jugias duas. Coëret ei da duabus partibus eidem Episcopio. Octava ibi non multo longe est per mensura justa jugias septem. Coëret ei da duabus partibus jam dicto Episcopio. Nona in eodem loco, que est per mensura justa jugias sex. Coëret ei ad sera Sancte Marie. Decima in Silva Bonella, & est per mensura justa jugias sex. Coëret ei da duabus partibus eidem Ecclesie. Undecima ibi non longe, que est per mensura justa juges novem. Coëret da duabus partibus prefacte Ecclesie. Duodecima in Fatiximago, & est pro mensura justa juges octo. Coëret ei ad sera prefacte Ecclesie, sibique alii sunt in is omnibus coërentes. Et si quislibet omo exinde aliquit dicere volt, paratus

A sum cum eo da parte jam dicti Episcopii inde ad rationem standum, ac legitime finiendo. Et quod plus est, quero, ut vos Dominus Adelelmus Missus pro Dei amore, & anime Domni Arduini Regis mercedem, Bannum da pars Regi mittatis, ut nullus omo de predictis rebus prenominato Episcopio sine legali judicio disvestire audeat. Cum ipse Avocatus taliter retulisset, tunc ipse Adelelmus pro Dei amore & anime Domini Regi Bannum da parte ejus misit in Mancosus auri mille, ut nullus omo prenominato Episcopio de predictis petias de terra sine legali judicio devestire audeat. Qui vero fecerit, predictos militi Mancosos se compositurus agnoscat, medietate parti Camere Domini Regis, & medietatem parti ejusdem Episcopio. Et anc Noticia pro securitate

Ego Aiam Notarius sacri Palacii ad iussione prefato Misso, & Judicium amonitionis scripti.

Factum est hoc Anno Regni Domini Arduini Regis, Deo propicio, Tercio, V. Kalendas Marcii, Indictione Secunda.

Adelelmus Missus subscripti.

Adelbertus Judex sacri Palatii interfuit.

Andreas Judex sacri Palatii interfuit.

Johannes Judex sacri Palatii interfuit.

Dominicus Judex sacri Palatii interfui.

E Ex ista Charta habemus, Odalricum Cremonensem Episcopum Anno MIV. in vivis fuisse, atque adeo infidis, aut nullis tabulis nixum Ughellum, qui Landulphum ejus successorem ad Annum MIII. retulit. Atque hinc etiam discimus, Anno eodem MIV. Februario currente nondum ex Regni Italici possessione dejectum fuisse

Actus-

Arduinum Regem. Ipse vero Odeltricus paucos ante annos Curtem Crottam in simili Placito recuperaverat, cuius rei certos nos faciet Ottonis

A III. Augusti Praeceptum ex Registro MSto Cremonensis Episcopii descriptum.

Otto III. Imperator Odelrico Episcopo Cremonensi duas Curtes Crottam & Cellam confirmat, Anno 1000.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Otto divina favente gratia Romanorum Imperator Augustus. Si Ecclesias Dei tranquilla pace tueri studuerimus &c. Quocirca &c. comperiat universitas, qualiter ob petitionem Domini Odelrici sancte Cremonensis Sedis venerandi Pontificis, nostra Imperiali autoritate, prout juste & legaliter possumus, confirmamus, & firmiter corroboramus sue Ecclesie Curtem unam Episcopatui ejus legaliter pertinentem, Crottam nominatam, que ab ipsis Ecclesie jure injusto & incompetenti ac nimis irrationalibili concambio abstracta fuerat, sed nunc justo & legali Judicium iudicio in presentia nostri Nuntii, Cessonis scilicet nostri dilecti Capellani residentis in Placito, Deo agente, ipsisque Sedis debite utilitati propiciente, recuperatam, redditamque constat Ecclesie &c. Hanc itaque Curtem cum omnibus ejus pertinentiis, aliquamque Cellam nuncupatam, que olim Paganorum

B persecutione destructa, & funditus deleta fuisse cognoscitur, nunc vero renovari & noviter a jam dicto Presule incipitur restaurari, cum omnibus ad se pertinentibus sub nostra defensione, & tuitionis mundiburadio recipiatis &c.

Signum Domini Ottonis Serenissimi Imperatoris Augusti.

C Heribertus Cancellarius vice Petri Camani Episcopi recognovi.

Datum V. Idus Maji, Anno Domine Incarnationis Millesimo, Indictione XIII. Anno Tercii Ottonis Regnantis XV. Imperii V.

Atum Aquisgrani in Palatio felicitate.

Frequentior autem subsequenti Seculo mos fuit petendi in Placitis, atque impetrandi Bannum Regium pro tutela suorum bonorum. Exemplum do in Charta, quam authentica legi in Archivo Capituli Canoniconum Patavii.

Guntherus Cancellarius Imperatoris Henrici II. Bannum promulgat in Placito Veronensi pro Canonicis Patavinis, Anno 1055.

Dum in Dei nomine in Vico Volaris in Comitatu Veronensi in iudicio residuebat Dominus Guntherius Cancellarius, & Missus Domni Henrici Secundi Imperatoris, ad justicias facendas ac deliberandas, residentibus cum eo Tolbertus, & Walcauso, Aitaldo, Lambertus Judices Sacri Pal-

E tii, & Tiso qui Brenta dicitur, Johannes pater & filio, & Lancio, Flamerigo, Randulfo, & reliqui plures. Ibique in eorum veniens presentia Milo Presbiter, & Adam Sancte Marie Patavensis Matris Ecclesie, bona cum Joanne Advocato eorum, ac ceperunt dicere. Habemus & detinemus ad proprie-

prietatem Canonice Sancte Marie nominative totas decimas de omnibus rebus de Villa, que dicitur Turre & Nohenta & Lignaro, & in loco qui nominatur Casale, & Vico-leone, & in Albignasego, in Villa, que dicitur Masserada, & Coriciana, & Spasano, & Tencarola, & Sarmaduula, & de omnibus decimis, que ad predictis Villis pertinentibus. Et si quislibet homo adversus, aut adversus pars predictae Canonice aliquis dicere vult, parati sumus cum eo exinde ad rationem standum, ac legitime finiendum. Et quod plus est, querimus, ut vos propter Deum, & anime Domini Imperatoris, hac vestri mercedem; mittatis bandum super nos & supra dicta Canonica, & super omnibus rebus juris predictis Canonibus, ut nullus quislibet homo de predictis decimas, & de predictis rebus disvestire, molestare, aut inquirere audeat sine legali judicio. Et cum ipsis Milo Presbiter & Adam Diaconus, buna cum Johanne Advocato eorum taliter pestularent, tunc predictus Dominus Cancellarius, & Missus Domini Imperatoris per fustum, quem in sua tenet manu, misit Bannum supra predictis Canonicis, ut nullus quislibet homo de predictis decimis & de predictis rebus de predictis Canonicis disvestire, molestare, vel inquietare audeat sine legali judicio. Qui verò fecerit, Libras centum auri compositurum agnoscat, medietatem Ca-

A more Domini Imperatoris, & medietatem parte predictis Canonicis. Finita est causa, & bac Noticia pro securitatem parti predictae Canonice fieri ammouerunt.

Quidam & ego Johannes Notarius ex iustitione predicti Cancellarii, & Judicium amonitione scripti, Regni vero Domini Secundi Henrici Imperatoris, Deo propicio, Nono, Tertiodecimo die, mense November, Indictione Nona.

B Ego Guntherius Cancellarius confirmavi.

Walcausus Judex sacri Palatii interfui.

Lambertus Judex interfui.

Ego Hagaldus Judex sacri Palacii interfui.

C Quod si tam actor, quam reus, ad Placitum conveniebant, ibi rationibus utriusque partis diligenter discussis, & sine tot induciis nostrâ tempestate vigentibus, sententia ferrebatur, eamque scriptis consignare jubebatur Notarius. Chartam Judicati appellare consueverunt, in qua reus inducebatur veluti suo ore confessus, sibi nullum jus esse in rem controversam. Et sic finita erat causa, ut per hanc formulam exprimebant litis cuiusque decisionem. Innumera prostant eiusmodi ritus exempla. Unum accipe desumtum ex Collectaneis MStis Petegrini Prisciani viri doctissimi Ferrariensis, ut alibi monui, adseratis in Bibliotheca Estensi.

D

Placitum Odelrici Missi Imperialis & Honesti Archiepiscopi Ravennatis, in quo statuitur, homines Massae Fiscaliae subjectos ac obedientes esse debere eidem Archiepiscopo Ravennati, Anno 921.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Temporibus Domini nostri Joannis summi Pontificis, &

E universalis Pape in Apostolica Sacratissima beati Petri Apostoli Domini Sede, Anno VII. sive imperante domino Be-
ren-

renzario piissimo perpetuo Augusto pacifico magno Imperatore, Anno X. die IX. mensis Madii, Indictione IX. in Massa, que vocatur *Fiscalia*. Notitia brevis recordationis ad memoriam restitutur, qualiter Dominus Honestus religiosissimus Archiepiscopus sancte Ravennatis Ecclesie, & Dominus Odericus Vassus & Missus de Domino Imperatore, & Wilpertus similiter Judex Domni Imperatoris, & Egerulfus Judex Domni Imperatoris, & Lanfrancus Judex Domni Imperatoris, & Farimundus Judex Domni Imperatoris..... In istorum & aliorum multorum presentia accessit jam datus Dominus Odericus Vassus & Missus de predicto Domino Imperatore cum jam dicto Domino Honesto Archiepiscopo in Massa, que vocatur *Fiscalia*; & proclamavit se Dominus Honestus Archiepiscopus ante eum, & ante omnes alios, qui in eodem loco erant, de cunctis hominibus de predicta Massa *Fiscalie*, quod ipsi notebant servire neque obedire sibi, neque ad sanctam Ravennatam Ecclesiam beati Apolenaris, secundum quod a sancta Romana Ecclesia & universaliter data & tradita fuerat predicta Massa in prescripta sancta Ravennata Ecclesia beati Apolenaris in perpetuum possidenda. Et cum hoc audisset predictus Dominus Odericus Vassus & Missus Domni Imperatoris, sic coepit interrogare & questionare ipsos predictos homines de predicta Massa *Fiscalia*: Quare non servitis, & non vultis obedire Domino Honesto Archiepiscopo & Sancto Apolenari? Er ipsi responderunt omnes una voce: Nos non scimus quod ista Massa sit data & tradita a Sancta Romana Ecclesia in sanctam Ravennatam Ecclesiam, sicut ille dicit. Et sic perlegere fecit prescriptus Dominus Archiepiscopus Praecepti paginam, & emancipationis, que facta est & tradi-

A ta a Sancta & universali Romana Ecclesia in sanctam Ravennatam Ecclesiam de supradicta Massa *Fiscalie*. Unde omnes pariter magno timore perterriti confessi sunt. Et iacentes omnes Judices, qui in eodem loco erant, cum supradicto domino Oderico & domino Honestu Archiepiscopo, juraverunt omnes de toto Massa habitantes unusquisque corans cunctis, qui ibi in eodem loco erant, quia ab ipso die in antea numquam amplius adversus sanctam Ravennatam Ecclesiam resistere debent, sed semper obedientes existere debent predictae Ecclesie sancti Apolenaris, & omnibus Archiepiscopis de Ravenna in perpetuum, & predicto domino Honestu Archiepiscopo. Insuper posuit bannum predictus dominus Odericus Missus Domni Imperatoris super caput domini Honesti Archiepiscopi in centum Libras auri, medietatem Camere Imperatoris, & medietatem Camere sancti Apolenaris. Insuper obligaverunt se omnes habitatores de predicta Massa in manu predicti domini Archiepiscopi, quod si ipsi, vel sui filii & heredes unquam in aliquo tempore adversus sanctam Ravennatam Ecclesiam insurrexerint, aut si inobedientes aliquo tempore permanserint, qui promiserunt se omnes cum suis filiis & heredibus datus prescripto Honestu Archiepiscopo, suisque successoribus in perpetuum pene nomine auri rupti optimi Libras centum, & in perpetuum tacituri & contenti.

E  Signum manus domini Oderici Vassi & Missi Domni Imperatoris. Walpertus Judex Domni Imperatoris interfui & subscripsi.

Egerulfus Judex Domni Imperatoris interfui & subscripsi.

Lanfrancus Judex Domni Imperatoris interfui & subscripsi.

Walcarius Judex Domni Imperatoris interfui & subscripsi.

Ego Petrus in Dei nomine Tabellio de Vico Maderio, Scriptor hujus Notisie, jubente ipso Domino Oldericu Misso Domni Imperatoris interfui & scripsi.

Quo plus Chartam hanc perpendo, eo magis dubius haereo. Decurrente Indictione IX. minime decurrere potuit Annus X. Berengarii Augusti. Sed facile hic error in Priscianum male legentem, aut in Amanuenses parum attentos, refundi possit. Quod gravius mihi videtur, occurrit heic nobis Honestus Archiepiscopus Ravennas sub Johanne X. Papa, & Berengario I. Imperatore Anno DCCCCXXI. quum tamen tabulae Ravennatis Ecclesiae apud Rubeum & Ughellium per ea tempora Constantinum exhibeant in Cathedra Ravennate sedentem, cui

A Petrus successit. Honestus autem ex Rubeo & Ughellio Archiepiscopus Ravennas inauguratus est Anno Christi tantum DCCCCLXXI. imperante Ottone I. Quare nisi alter Honestus Archiepiscopus nobis ignotus, Berengarii Augusti temporibus floruerit, Chartam hanc apocrypham omnino necesse est appellare, quae alioqui cetera antiquitatis signa exhibet, neque certe confusa fuit a Prisciano intemeratae fidei viro. Itaque pro saltem dubiis tabulis, alteras subjicio ab omni suspicione immunes, quas ex authentica pergamenta olim descripsi, existente in Archivo nobilis Coenobii Veronensis Monachorum Montis Oliveti Sanctæ Mariae ad Organum.

C

Audibertus Abbas Monasterii Veronensis Sanctæ Mariae ad Organum in Placito Tridentino coram Missis Imperatoris, & Liutfridi Ducis, litem agit contra quosdam negantes, se esse ejusdem Coenobii Servos, & caussam obtinet, Anno 845.

IN nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi. Dum ad excellensissimam potestatem Domni Hludowichi gloriofissimi Regis, Domni Hlotarii Imperatoris filius, proclamandum & dicendum venisset Audibert Abba Monasterio Sancte Marie, quod est secundum non longe a Civitate Verona ad Portam Organi, quod homines pertinentes suprascripto Monasterio, sive Senodobio Sancte Marie, que edificavit bone memorie Lupo Dux cum conjugé sua Ermilenda, qui pertinet a predicto Monasterio, qui commandant in Comitatu Tridentino, deberent facere boperas & aliud servicium pro conditione a partem suprascripti Monasterii, modo se inde supraunt de ipsis boperas vel servicium, nessio pro qua rem, unde in ipso Comitatu justicia minime babere potai-

mus. Tunc predictus Rex de suis praesentiis Missum suum Garibaldum Palatinum Judicem iltuc direxit ad ipsam suprascriptam causam inquirendum, & eidem Abbati justiciam faciendum. Tunc conjungente se suprascriptus Garibaldus Missus atque Judge in Civitate Tridentina Curtem Ducalem cum Paulitione Misso Domni Liutfridi Duci, atque Loco-posito, ubi aderant cum eis Correntianus de Marcha, alias Corentianus de Clauze, Hagilo de Prissianum, Aledeo de Milano, Aldo de Feltres, Lau-nulfus de Baovarius, Fritari de Apiano Scavinis, Hierini, Adelald, Starfido, Regimpaldus Sculdassius, Andreas Archidiaconus de Civitate Tridentum, Audo Archidiaconus de Verona, Issardus Vassus Domni Liutfridi Ducis, Autpertus, Pesrus de Villa, Tibso de Mar-

E

Marcus, Blandus de Civitano, Todo, Avardus de Perfines, Corentiano de ipso loco, Gaideris, Ortari de Fornaces, Andelbertus, Giso de Prissianum, Hodo de Miliano, Andelhertus de Villa, Heribertus, Petrus de Marcus, & aliis Vassi Domnicis tam Teutisci quam & Langobardi, ad singulorum hominum causas audiendum vel deliberandum. Ibique veniens ad eorum presentia Audibertus Abba una cum Anscasio Advocato suprascripti Monasterii proclamandum & dicendum contra Lupone Suplainpuno filius quondam Lupardo de Tiliarno, quia iste Lupo, Suplainpuno nominatus, bisavius, & avius, & patrius tempore Langobardorum & Francorum, & tu ipse moderno tempore infra tregintam annos fecistis hoperas pro condicione ad partem sancte Marie, nescio pro qua causa modo te suptrahis, & ipsas hoperas minime facis. Ad ec respondebat Lupo: non est veritas, quod ego, aut parentes mei ad partem sancte Marie hoperas pro condicione fecissemus, nisi quod comendavimus nos Ariperto Abbatи. Tunc nos suprascripti Scavini interrogavimus ipso Lupone, si potuisset probare, sicut ipse dicebat. Et ipse dixit, quod sic potuisse. Tunc nos suprascripti Scavini iudicavimus, ut daret Lupo wadiam de consignatione. Et posuit fideiussorem Dagimpertum & Lubarium. Et posuerunt constitutum Placitum in Civitate ad suprascriptam Curtem Dualem. Iterum interpellavit Ancausus Advocatus suprascripti Monasterii Martinum & Gundaldum germanis de Avi, quod ipsi & parentes eorum similiter ad partem Monasterii sancte Marie hoperas per condicione facere deberent. Et ipsi respondentes dixerunt: Non est ita quod dicitis, quod nos aut parentes nostri hoperas pro condicione, neque per-

A sonas, neque res ad partem Sancte Marie operas fecissent, nisi per commendatio per liberos homines. Tunc interrogavimus eos nos suprascripti Scavini, si potuissent probare. Et ipsi dixerunt, quod sic petuissent. Et fecimus eos dare wadiam de consignatione, & posuerunt fideiussorem Tibone & Anscausus de constitutum ad ipsam Curtem. Similiter in ipso Placito interpellavit suprascriptus Anscausus Vitalem de Murius, Maurontonem de Castellionem, Brunarium, Bonaldum, & Honoratum germanis de Tiliarno dicendum: & vos similiter & parentes vestri operas pro condicione fecistis & facere debetis ad partem Sancte Marie; nescio pro qua causa modo facere distulistis. Ad hec ipsi respondentes dixerunt: non est veritas, quod nos aut parentes nostri aliquando operas fecissemus, neque pro condicione, neque pro aliqua alia causa, sed semper nos & parentes nostri in liberam potestatem fuiimus, & esse debemus. Dum nos suprascripti Scavini taliter audivimus, iudicavimus eis, ut darent wadia de constituto. Et posuerunt fideiussorem Lau-nulfum, & posuerunt constitutum similiter ad suprascriptam Curtem.

Posito autem constituto, iterum conjungentes nos in Civitatem Tridentinam ad Curtem Ducalem nos suprascriptus Garibaldus Missus & Paulitus Locopositus, seò suprascripti Scavini & Scul-dassii, ac ceteri plures homines. Ibique nostra presentia conjungente se Audibertum Abba & simul cum Anscasio Advocato suprascripti Monasterii, necnon & aliam partem ipsis suprascriptis homines, cum quibus pars Monasterii altercabant, in primis interrogavimus nos suprascriptis Scavini & Auditores Lupone Suplainpuno, si aberet paratus ipsis testes, sicut wadiam dedit, & ipse

ipse dixit, quod sic aberet. Et presentavit suos testes, idest Launulfum & Jobannem de Baovarius, Gisempertum de Lanzimas. Dum suprascripti testes in nostra presentia presentati fuissent, sic nos Judices ipsos testes unum ab aliis separari fecimus, & minutius atque diligenter inquisivimus. In primis Launulfus dixit: Scio de ipsa contencione, que habet iste Anscausus Advocatus de Sinodochio Sancte Marie cum isto Lupone Suplainpuno faciente operas ad partem Sancte Marie de ipsas res, ubi reseedebant, pro condicione tam isto Lupone Suplainpuno, quam & parentes ejus, absit quod de personas suas, nisi de ipsas res ubi reseedebant. Jobannes, Gisempertus similiter dixerunt, sicut & Launulfus dixit. Post hoc testimonium dictum interrogavimus nos suprascripti Scavini Anscausus Advocato, si abuisset testes contra opponendum, nostrisque presentasset presentiis. Quibus Anscausus Advocatus dixit: Sic habemus. Tamen non est nobis necessum, quia isti testes magis testificant de ipsas res ad partem Monasterii de Sinodochio Sancte Marie, quam ad partem istius Luponis Suplainpuno. Sic fecimus nos suprascripti Scavini predictos testes ante nostris presentiis unusquisque manum suam super sancta Evangelia ponere, & juraverunt, ut qualiter de ipsa causa testimonium dixerunt, sic fuisset veritas. Et Lupo Suplainpuno juravit & confirmavit testes suos, ut qualiter testes ejus de ipsa causa testimonium dixerunt, sic fuisset veritas. Post hunc sacramentum factum, & omnia veritate per ipsos testes inquisita, tunc apparuit nobis Judicibus recte, & judicavimus, ut pars suprascripti Monasterii Sancte Marie aberet ipsas res, qualiter testes ejus testimonium dixerunt, ut Lex est; & finitum est. In ipsis Placitum compellat-

A vit Anscausus Advocatus suprascripti Monasterii Martinum, Gundaldum, Vitaliem, Maurentonem, Brunario, Bonalduum, Honoratum. Mittite nobis rationem de ipsis operas, unde tradidatum abemus. Quos interrogavimus nos suprascriptis Scavinis & Auditores, ut si & ipsi haberent sua testimonia, sicut wasiam dederunt. Qui dixerunt: Voluimus abere, sed non possumus. Et interrogavimus eos iterum atque iterum pro qua re ipsa testimonia abere non potuerint. Et ipsi dixerunt: Pro ideo non possumus, quia satiebamus operas ad radem, & portabamus pastas ad Veronam, & alias ambassias, quas nobis mandabant da parte Sancte Marie. Et interrogavimus eos nos suprascripti Scavini, ut si pro personis suis, aut rebus, ubi residebant, ipsis operas & ambassias facerent. Qui manifestaverunt & dixerunt, quod pro ipsis rebus, ubi residebant, ipsis operas vel ambassias facere deberent. Nos quidem suprascriptis Scavini vel Auditores, dum taliter eos manifestantes audiremus, sic judicavimus, ut pars Sancte Marie ipsas res haberet. Et finita est ipsa intentio. Unde qualiter acta vel delibera-ta est causa, anc paginam Judicati Grimualdum Notarium scribere montimus, ut futuris temporibus exinde nulla amplius oriatur intentio.

B Quam enim paginam Judicati scripsi ego Grimualdus Notarius Civis Tridentine per ammunitionem de suprascriptis Scavini, Anno Dominorum nostorum Hlubarri invictissimi Imperatoris anno Vicesimo Quinto, & Domni Hludewichi Filii ejus glorioissimi Regis anno Quinto, sup die Vicesimo sexto de Mensa Februario Indictione Octava feliciter.

C Ego Paulicius in his hacibusc interfui manus mea subscripti, & judicatum dedi.

Ego Aldo in his batibus interfui,
& iudicio dedi, & manu mea sub-
scripti.

Ego Petrus in his batibus inter-
fui, & manu mea subscripti.

¶ Signum manibus Carentiano de
Marcha Scavino, qui in his actibus
interfui, & iudicio dedi, & mano sua
posui.

¶ Signum manibus Alliberto de
Garda Scavino, qui in is actibus in-
terfui, & iudicio dedi, & mano sua
posui.

¶ Signum manibus Frictari Scavi-
no, qui in his actibus interfui &c.

¶ Signum manibus Eslulso.

¶ Signum manibus Adelald.

¶ Signum manibus Starchfrido Scul-
dassio, qui in is actibus interfuerunt,
& manus suas posuerunt.

¶ Signum manibus Gundelberto de
Marcha.

¶ Signum manibus Autperto &c.

Ego Andelbertus intersuit, manu mea
subscripti.

Ego Giso interfui, manu mea sub-
scripti.

Ego antedictus Grimualdus Notarius
bac Noititia Judicati per iussione &
ammonitione de suprascriptis Judices &
Scavini scripti & complevi.

Egregiam Chartam, neque uno ti-
tulo, hanc appello, tum quod ritus
eorum temporum abundanter nobis
pingit, tum etiam quod Liutfridi Du-
cis memoriam nobis servavit, quem
Tridentinum Ducem fuisse credere
par est, quum in ea Civitate fuerit
Curtis Ducalis. Neque enim constat,
an eo tempore Tridentum subesset
Marchiae Tarvisinae, & contra pa-
lam sit, eam Urbem sub Langobar-
dis peculiarem Marchiam constituisse.
Hisce adde Epocham Ludovici
II. postea Imperatoris hinc deduci,
quam minime novit Pagius V. Cl.

Auctor ille est in Critic. Baronian.
ad Annum DCCCXLIV. quatuor E-
pochas Ludovici hujus occurtere :
primam videlicet deductam ab Anno
DCCCXLIV. quo is Rex Italiae co-
ronatus est : secundam ab Anno
DCCCXLIX. quo ille in consortium
Imperii assumptus fuit a Lothario I.
Augusto illius patre. Reliquae poste-
riores sunt. Atqui hinc manifestum
fuit, Ludovicum II. ante Annum
DCCCXLIV. hoc est Anno DCCC-
XL. aut DCCCXLI. renuntiatum
fuisse a Lothario I. Augusto ejus pa-
tre Regem Italiae, quum nempe
idem Lotharius in Gallias se contu-
lisset, certatus cum fratribus pro
hereditate paterna. Epocham istam
nos in posterum certam ex certo mo-
numento habebimus. Attamen addo,
alteram Chartam cum ista concordem
evulgatam fuisse a Campio in Ap-
pendice Tomi primi Histor. Eccles.
Placentin. pag. 457. quae scripta est
*Anno Domini Hlotharius Imperator, Hu-
dowici Rex ejus filio Anni Regni eo-
rum XXVII. & VII. Mense Junio, In-
dictione X.* hoc est non Anno DCCCL.
ut idem Campius censuit, sed qui-
dem DCCCXLVII. Quamobrem quod
Annales Francorum in rebus Italiae
referendis non parum jejuni omis-
erunt, e Chartis discimus, nempe
Ludovicum Lotharii Augusti filium,
ut Rex Italiae diceretur, non exspe-
ctasse coronationem per manus Ser-
gii II. Romani Pontificis Anno
DCCCXLIV. factam, sed quidem
Anno DCCCXLI. aut DCCCXL.
renuntiatum fuisse Regem a patre.
Porro eamdem veritatem in meliori
etiam lumine collocabit tertia Char-
ta, quam infra sum producaturus.
Itaque barbarici Saeculi Judices de-
cretum suum sive sententiam in scri-
ptis minime proferebant, uti nostris
tem-

temporibus; sed praesentibus adversariis in publico Placito caussam adjudicabant alteri partium, prout aequum videbatur. Victor disertis verbis consentiebat, aut consentire fingebar. Notarius vero confessio nem vici, & Judicum vota in ta-

A bulas referebat. Charta haec *Judicatum* appellabatur. Interdum tamen vidi *Judicata*, in queis nulla vici confessio legitur, sed tantummodo sententia Judicum exprimitur. Exemplo erit Charta, quam debo Archivo Estensi.

Sententia lata coram Comitissa Mathilde in Rocha Carpeneti
pro controversia inter Johannem Ferrarium, & filios
Bonvicini, Anno 1114.

IN die Sabbati, qui est XII. Kalendas Maji, presentia Domne Matilde, adesse cum ea Rainerius Saxonius, & Judices Ubaldus major & Ubaldus minor, & reliqui plures homines. Diffinita est controversia inter Filios Bonvicini de Carpineto, & Johannem Ferarium, & Benzonem de Pantano, que erat de terra possessione supradictorum Ferariorum & Benzonis, que jacet in Pantano cum sua pertinentia. Unde supradictus Johannes Ferarius & Benzo lamentati sunt Rainerio atque Judicibus; qui diligenter inquirentes litem cum antiquioribus hominibus, qui testificaverunt, Filios Bonvicini nullam rationem in hanc terram habere. His ita cognitis prefati Judices laudaverunt, quod Filii Bonvicini in manu supradicti Ferariorum & Benzonis resutarent supradictam terram, & finem facere. Et factum est. Facta est etiam obligatio sub pena Libras decem, quod si Filii Bonvicini, scilicet Ugo & Rainerius, aut sui heredes agere aut causare aut per Placitum fatigare presumserint, suscipiente pene subjaceant.

Factum est in Rocca Carpineto in Casa Dominicata, Dominico Gastaldo, & Rainerio de Cavitulio, Alberto & Bonizo de Cano, & Clemens de Valle, & Giso, & Johanne, & Guinizo, Henzo, Manverio, & Michael de Pan-

B tanio, & aliis pluribus. Anno ab Incarnatione Domini nostri Ihesu Christi Millesimo Centesimo Quartodecimo, Indictione VII.

Ego Stephanus Notarius sacri Palatii rogatus hoc Breve exemplavi, & litera neque plus neque minus descripsi; & hoc feci per consilium Guidonis Judicis & Advocatus DVCIS GVELFI.

Qui Breve hoc exemplavit, id fecit per consilium Guidonis Judicis. Id animadvertis velim. Perduravit enim diu in aliquibus Civitatibus mos, ut Notariis sine consilio & consensu Judicum exempla facere Chartarum non licaret. Ad haec ibi vides Guidonem Judicem & Advocatum Ducis Guelphi.

D Ne puta, heic agi de Guelpho V. Duce, ex Atestinorum Principum sanguine procreato, ac marito Comitissae Mathildis, cui a se abgetto illa nil potestatis in suis ditibnibus reliquerat. & qui tunc adhuc vivens erat in Germania. Memoratur ibi, ut opinor Guelphus, sive Guelpho VI. Quinti Guelphonis e fratre Duce Bavariae nepos, qui Dux Spoleti, Marchio Tusciae, & Dominus Domus Comitissae Mathildis renuntiatus fuit a Friderico I. Augusto, uti ego Par. I. Cap. 30. Antiquit. Estens.

E pluribus ostendi. Sed his missis, jam ani-

animadvertere potuisti, in duabus numeris evulgatis Chartis ritum dirimendi controversias per testes de una reconcordes: qui familiaris quidem nostris quoque temporibus est, sed Saeculis rudibus praeccipue fuit in usu. Quotiescumque enim tabulas sui juris adferre quisquam non poterat,

A quod jam deperditae fuissent, ad testium examen confugiebatur: quae unica via supererat. Hoc autem remedium juris vel ab ipsis Imperatoribus sibi procurabant sacrae viri, uti constabit ex Diplomate, quod in vetustissimo Regesto Episcopii Cremonensis ego olim legebam.

Lotharius I. Imperator Panchoardo Cremonensi Episcopo privilegium concedit, ut per solos testes jura suae Ecclesiae deperdita recuperare possit, circiter Annum 840.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Omnibus fidelibus sancte Dei Ecclesie, & nostris, vel cunctis Rempublicam administrantibus, notum sit, quia Panchoardus venerabilis Cremonensis Urbis Ecclesie Episcopus petiit excellentiam nostram, ut per nostram auctoritatem concederemus ei, ut quicquid predicta Sedes de rebus vel de mancipiis injuste privaverat, per inquisitionem in quibuslibet locis redintegrare valeret. Cujus precibus ob reverentiam ipsius Ecclesie adquiescere placuit, hanc nostram auctoritatem fieri jussimus, per quam ei concedimus atque confirmamus, ut ubicumque ipsa Sedes aliquid injuste privatum habet tam de rebus, quamque & de mancipiis, in quibus locis inquisitio facta fuerit per bonos & veraces

B & nobiles homines ipsius ibi comanentes, ubicumque de his facta fuerit causa, eas adquirere valeat, ne prefata Sedes nil injuste perdat hoc, quod legibus habere dignoscitur; & volumus, ut nullus contradictor de hac re existat, sed sicut a nobis concessum est, ita permaneat. Et ut haec nostra concessio firmiter habeatur, vel a cunctis fidelibus nostris melius conservetur, de anulo nostro subter jussimus sigillari. (Cetera desiderantur.)

C Neque segnis fuit idem Panchoardus Episcopus in inquisitione jurium suae Ecclesiae, & in usu Privilegii sibi concessi. Hanc in rem dignum plane publica luce censeo Placitum Cremonae habitum, quod mihi supra laudatum Chartarium Episcopii Cremonensis suppeditavit.

D

Panchoardus Cremonensis Episcopus coram Adelgiso Comite Misso Ludovici II. Imperatoris in Placito Cremonensi, testes adducit, ut probet quasdam Curtes cum aliis juribus a Carolo Magno Ecclesiae suae donatas, & a suis antecessoribus possessas, Anno 842.

IN Christi nomine. Dum per sanctissimum sacrum Principis & serenissimi Augusti Hlotharii magni & glorioissimi Tom. VI.

E Imperatoris Adelghisus Comes Cremonam advenisset, ad perquirendum instituta Precepti, que per Stephani ejusdem

B b

sdem Civitatis Episcopi petitionem Domnus & gloriissimus & piissimus Karolus Rex in eadem Ecclesia concessit habendum, idest Curtem Cucullo, Tecleto, Caprariolas, Brivisula, una simul cum Porto Vulpariolo & molitura de molinis & navium transitoria & reliqua portora usque in caput Addue, & cum eo adessent Panchoardus ejusdem Civitatis Episcopus, una cum Sacerdotibus suis Benedicto Diacono ejusdem Presulis Nepote, Capellano Domini Regis Hlodowici, Augusti Lotharii filius, Odelbertus Archipresbiter de Brixianore, & Agermundus Archipresbiter de Jovenalta, Sigeprandus & Landebertus Presbiteris, & simul cum eo Ambrosius & Rumualdus Pergomatus Judices, nec non Wilfredo, Fulberto, Sicchemano, Eiscari, Yldoini & Gildoni germani, Bavo, Otto, Wlveman, Aldo, Giseverto, Rachimperio, Arichis, Rodemanno, Aupertu, Rotepero, Ardulso, Nazarius, Stabilis, isti Brixianii sunt; & Urso de Parma, isti Vassalli suprascripti Comitis; & Adaldo, Johanne, Rodemundo, & Rodelando, Rotchario, & Rotpaldo, Aloaldo, Helyrio, Geillo, Ardemanno, Walteramo, Odelberto, Pertefuso, Bruningo, Adafus, isti Vassalli Episcopi. Sic in istorum omnium presentia Sacerdotes & Laici interrogati, atque conjuncti in eadem fide Sacerdotii & Christianitatis sue, quod de hac Precepti investitura scirent, ut verum dicerent, & per nullius hominis timorem, neque blandimentum in aliqua parte deverterent. In primis Antonius Presbiter dixit: Scio & bene memoro, quando Dominus Karolus Rex istam patriam Longobardiam adquisivit, per Preceptum suum in sancta Cremonensi Ecclesia, in Stephano ejusdem Ecclesie Presule concessit Curtem Cucullo, Tecleto, Brivisula, & Porto Vul-

A pariolo cum molitura de Molinis, & transitoria militum, cum reliqua portora, usque in Capud Addue, sicut istud Preceptum continet. Et post Stephanum possessorem & Atonem, eo usque dum Rotechild Bajulus Pipini Regis contra legem & malo ordine Atonem Episcopum disvestivit. Garibertus Presbiter dixit: Memoro, Atonem Episcopum habentem in integrum juxta istud Preceptum, quod Dominus Karolus Rex in superiori Ecclesia concessit, idest Curtem Cucullo, Tecleto, Bivisula, & Porto Vulpariolo, cum molitura de Molinis, & transitoria militum, cum reliqua Portora usque in caput Addue, donec eum Rotchildus contra legem & malo ordine disvestivit. Gumbertus Diaconus similiter dixit, ut Garibertus. Sinipertus Presbiter, Natalis Presbiter, Visevertus Presbiter, Audemarus Presbiter, Gisemprandus Presbiter, Lupus Presbiter, isti omnes ita dixerunt, sicut Garibertas & Gumbertus. Garoto de Auces juratus a Dei Evangelia, & inquisitus dixit: Scio & bene memoro, Atonem Episcopum habentem integrum juxta istud Preceptum Curte Cucullo, cum reliqua sequentia Precepti, & Porto Vulpariolo, & reliqua Portora usque in Capud Addue, usquequo a Rotchilde contra legem disvestitus est. Agevertus de Waldeningo similiter ut Garoto dixit, & reliqua omnia de possessione Episcoporum, ut Antonius Presbiter firmaverunt. Arimundus dixit: Memoro Atonem Episcopum habentem molituras molinorum de Vulpariolo usque in Capud Addue, & ego de meo molino in hanc Domum Cremonensem meam molituras vixi. Isti Bergomates sunt. Issempertus de Muredellas similiter de Atonem dixit, sicut & ceteri Presbiteri dicierunt. Grafevertus, Agemundus, &

Aripertus de Gaidisco, isti omnes jurati ut Isemperto dixerunt. Mauritius, Munofredo Clerico, Ragemundus, isti omnes jurati dixerunt, ut Isemperto & Grafevertus. Lamperto de Publicillas similiter dixit, & hoc per sacramentum affirmavit. Leonasse de Cremona juratus similiter dixit ut Isemperto & Grafevertus vel reliqui. Hii omnes investitura Atoni Episcopo testati sunt; scilicet a Rotboldo Pipini Bajulo malo ordine & contra legem desvestitus fuisse dixerunt.

Facta hac Notitia inquisitionis Anno Domni & serenissimi Lutharii Augusti XXII. ejusque dilecti filii gloriose Regis Ludovici idemque Secundo, XI. Kalendas Aprilis, per Indictione V. feliciter.

Scripti ego Ingeprandus Diaconus ex sanctione Missi & Comitis Adelgisi.

Adelgisus Comes in hac inquisitione a me facta subscripsi.

Ego Romaldo Scavino interfui.

† Signum manibus Ambrosii Scavino Bergomate, in his actis interfuit.

Ego Benedictus Diaconus & Capellanus Domni Regis in hac inquisitione interfui.

Ego Odelbertus Presbiter & Custos Ecclesie Sancti Laurentii, sita Brisia-nore in his actis interfui.

Sigeprandus Presbiter in his actis inquisitionis interfui &c.

En ut evidenter constabiliatur exordium Regni Italici in Ludovico Lotharii Imperatoris filio. Scripta est Charta Anno Lotharii Augusti XXII. ejusque dilecti filii gloriose Regis Ludovici item Secundo, XI. Kalendas Aprilis, Indictione Quinta, hoc est, Anno Christi DCCXLII. Ergo Ludovicus II. Anno antecedenti DCCC-XLI. aut DCCCXL. Italico Regno praefectus a patre Imperatore fuerat titulo Regio. Ac propterea heic etiam occurrit Benedictus Diaconus, Pan-

A choardi Episcopi Cremonensis Ne-
pos, & Capellanus Domini Regis Hla-
dowici filii Augusti Lotharii. Cujus
quoque rei vestigia animadvertisse po-
tuimus in Dissertatione X. de Minor.
Justit. Ministr. quamquam ibi anticipatum videoas (caussa est mihi ignota) Epochae hujus exordium. Memoratum heic etiam videmus Rotchil-
dum Bajulum Pipini Regis. Duo heic
nobis se offerunt Pippini Reges: al-
ter Caroli Magni filius, a patre pae-
ne infans constitutus Italiae Rex An-
no DCCLXXXI. fato funetus DCCCX.
alter Ludovici Pii filius, Aquitaniae
Rex e vivis sublatus Anno DCCC-
XXXVIII. Utri istorum Rotchilus
iste Bajulus fuerit (nunc Aio & Ba-
lio, qui antiquis erat Bajulus, appella-
mus) hoc est ejus educationi praefectus,
decernere ego non ausim. At-
tamen verisimilius heic intelligatur
junior Pippinus, qui tempori hujus
Placiti propior fuit, quamquam ni-
hil rei fuerit illi cum Italia. Senior
quidem Italiae dominatus est, sed a
tempore Placiti hujus longe abfuit.
Atto Cremonensis Episcopus, qui a Rot-
childe dicitur heic contra legem, &
malo ordine disvestitus, si Ughellum
auscultamus, Anno DCCCXVIII. ad
eam Cathedram ascendit, illamque
paucos annos tenuit, ita ut Rotchil-
dus sub utroque Pippino Rege flo-
ruisse potuerit. Ad Adelgism Comi-
tem quod attinet, heic memoratum,
veluti Praesidem Placiti, veri mihi
videtur simile, non aliud ab eo fuisse,
qui Anno praecedenti DCCC-
XXXVI. ut habet Historia Fran-
corum, a Ludovico Pio Imperatore
tunc vivente missus fuit ad Lotha-
rium Augustum filium Ticini degen-
tem, ut pax & amicitia inter se re-
pararetur. Leo IV. Papa in Concil-
lio Romae habito Anno DCCCLII.

apud Baronium, memorat Missos Imperiales Notingum Brixensem, & Adelgisum illustrem Comitem. Idem ille fuerit, qui in hac Charta primas tenet. Subdere nunc juvat inquisiciones factas per testes. Lis erat inter Palatium, & Jacobum Episcopum Lu-

A censem de celebri Ecclesia Sancti Fridiani, utrâque parte eam sibi asserente. In Archivo Archiepiscopii Lucensis Charta habetur testium ab Episcopo productorum, quam nunc exero.

Testes coram Missis Regiis producti a Jacobo Episcopo Lucensi pro suo jure in Ecclesiam Sancti Fridiani, Anno 838.

IN Christi nomine. Notitia brevis, que facta est de inquisitione Ecclesie beati Vincentii Christi Martiris, ubi requiescit umatum Corpus beati Fridiani Christi Confessoris juxta Lucanam Urbe, per Aghanum Comite ipsius Civitatis, & Christianum venerabilem Diaconum, Missos Domni Hlottharii piffissimi Augusti. Hosprandus Archiprebyter ejusdem Civitatis dixit: Scivi, Jacobum Episcopum abentem Ecclesia Sancti Fridiani, ubi ejus Corpus requiescit, infra istos triginta annos, & ita eum ordinabat, sicut alias Ecclesias sedales, & pertinens erat de isto Episcopio Sancti Martini. Theupaldus Presbiter Cardinalis similiter dixit. Arifus Presbiter similiter. Daniel Presbiter similiter. Atius Presbiter similiter &c. Ansaldus Clericus dixit: Scibi, Jacobum Episcopum habentem Ecclesiam Sancti Fridiani, ubi in Corpu requiescit, & imperantem sicuti in ceteris Ecclesiis sedalibus: & pertinebat Episcopatu Sancti Martini infra istos triginta annos. Ostrualdus Clericus, Gunfridi Clericus &c. similiter dixerunt. Isti omnes prefati Clerici per sacramentum ad sancta Dei Evangelia unanimiter testati sunt. Johannes Clericus, & Schabinus dixit: Sibi, Johannem Episcopum abentem Ecclesiam Sancti Fridiani, & dedit illam Jacobi germano

B no suo in beneficio. Et postea abuit eam Jacobus Episcopus in potestate Sancti Martini infra istos triginta annos, usque ad diem morti sue. Savinus similiter dixit. Alamundus Schabinus dixit: Scivi, Ecclesiam Sancti Fridiani abentem Jacobum Episcopum, & imperantem. Sed Adegrimus Vassus Domni Regis illam voluit contendere ad parte Palatii, set minime potuit, quoniam ipse Episcopus eam pertinentem Episcopatu sui faciebat. Petrus Gastaldus ejusdem Civitatis dixit: Scivi Ecclesiam Sancti Fridiani abentes Johannem & Jacobum Episcopos. Et ita illam imperabat, sicut iste alie Ecclesie sedales de isto Episcopato Sancti Martini. Teudiprando & Ermiprando germani, Auchisi, Arifuso &c. isti omnes per sacramenti testum equaliter dixerunt. Petro dixit: Scivi Johannem Episcopum, & Jacobum Episcopum abentem Ecclesiam Sancti Fridiani, & imperantes usque ad diem mortis eorum, & wiganiationem exinde faciebant de res ipsius Ecclesie, & prandia recipiebat, sicut in ceterae Ecclesie sedales istius Episcopati. Adalbertus Schabinus dixit: Scibi, Jacobum Episcopum abentem Ecclesiam Sancti Fridiani infra istos annos triginta, & imperantem, sicut ad ejus Episcopatum Sancti Martini.

Faſa

Facta est hec inquisitio Anno, Christo propvio, Domni nostri Hludowichi magni Imperatoris Vigesimo Quinto, & Domni nostri Hlotharii glorioſiſſimi Auguſti filii ejus in Italia, Anno Sexto-decimo, mense Aprili, Indiſtione Prima.

¶ Signum manus Aghani Comitis & Miſſi Domni Hlotharii piissimi Auguſti, qui ibidem fuit.

Ego Criftianus Diaconus & Miſſus Domni Hlotharii piissimi Auguſti ibi fui.

Ego Osprandus Archipreſbiter ibi fui.

A

Ego Joanes Clerico Scabinus ibi fui.
Ego Adalbertus Scavimus ibi fui.
Ego Savinus ibi fui.

Ego Alamundus Scavino ibi fui.

Accipe & alteram inquisitionem, Seculo eodem factam per testes, quum controversia de quibusdam juribus verteretur inter Landonem Cremonensem Episcopum, & Advocatum Curtis Sexpilas, quem nunc Fiscalem appella-mus. Monumentum hoc descripsi & vetustissimo Regeſto Episcopii Cremonensis.

B

Lando Cremonensis Episcopus coram Ardengo Miſſo Guidonis Imperatoris in Placito Cremonae habito, per testes probat suum jus in ripam Padi, & in quasdam Insulas, ſententiam obtinens contra Anſel-
mum Advocatum Curtis Sexpilas, Anno 891.

Dum in Dei nomine infra Civita-tem Cremonam reſideret Ardengus Miſſus Domni Guidonis Imperatoris ad iuſtitiam faciendam, reſidentibus cum eo Domno Landone venerabili Episco-po Cremonensi, & Acco Archipreſbi-tero, & Leone Archidiacono, & mul-tis aliis Clericis & Laicis, ve-nerunt Anſelmus Advocatus Curtis Sexpilis, & Adelgisus Adroatus Episcopatus, altercationes inter ſe babentes. Anſelmus cepit dicere: Pars Episcopatus detinet Ripam Padi, & insulas de Vulpario-lo, & insulam Mezianam, & portora, & molendina contra legem & malo ordine, pertinentes ad Curtem Sexpile. Adelgisus respondit: Scio ſupraſcriptam ripam, & Insulas, & portora, & molendina, que tu dicis, partem Episcopatus habere & tenere, ſed non contra legem, pro eo quod per ſexaginta annos ad ſuam detinet proprietatem. Et ſunt hic boni & credentes homines, qui de hac cauſa ſciunt veritatem. Tunc nos fecimus eos de hac cauſa juratos dicere verita-

C

tem. In primis Adrevertus juratus di-xit: Scio ſupraſcriptam ripam & Inſulas & molendina & portora, unde iſta contentio eſt, habere & tenere partem Sancte Marie Episcopatus Cremonensis per ſexaginta annos ad ſuam proprietatem. Similiter dixerunt Arnulfus & Fardulfus & Lupus & Ul-depertus, & multi alii omnes jurati & inquisiti. Tunc hoc facta inquisi-tione judicavimus, quod pars Eccleſie haberet ſecundām Legem ſupraſcripta ri-pam & Inſulas & portora & molen-dina ad ſuam proprietatem per augmen-tum & ſtabilitatem abſque ulla con-tradictione Curtis Sexpilis, Aupertum No-tarium hanc Notitiam ſcribere com-monui-mus.

D

Quidem & ego Aupertus Notarius per hanc monitionem ſupraſcripti Miſſi hanc Notitiam ſcripsi, in Anno Primo Domni Guidonis Imperatoris, in primo menſe Junii, Indiſtione Nona.

Ardericus Miſſus ut ſupra Impera-toris interfui.

Ego Rumpertus interfui.

Ego

Ego Ageprandus Scavinus *bis* *altis* interfui, & bunc iuditium dedi.

Angilbertus Archidiaconus ibi fui.

Acho Archipresbiter ibi fui.

† Signum manibus Andro interfui.

††††† Signum manibus Al-
gisi, Adelax, Gandulfi, Luthardi, An-
gausi, Amelgesi item Vassalli ut supra
Etralch interfuerunt.

Ego Gisulfus Notarius ibi fui.

Lupus Diaconus ibi fui.

††††† Signum manus Brachal-
dir, Abinelmi, Odelberti, Agepertii,
Compertii interfuerunt.

Luboripertus Presbiter affui.

Quod etiam peculiari observatio-
ne dignum est (idque etiam animad-
verti in Dissertat. IX. de Missis Re-
giis) Placitis habendis nullus certus
locus destinatus erat. In Palatio, in
Praetorio complura quidem celebra-
bantur; sed saepe etiam in locis &
domibus alienis, si contingebat, ut
illuc Reges, Missi eorum, Duces,
Marchiones, aut Comites versaren-

A tur, & Judicum aliorumque adiden-
tium & adstantium copia foret. E-
tiam sub dio interdum sunt habita.
Quod si in privatorum aedibus eju-
smodi conventus ac judicia instituen-
da erant, venia antea a domino do-
mus, aut loci petenda fuit, ne illius
juribus quidquam detrimenti per pu-
blicum illum actum crearetur. Idque
in Charta Placiti exprimere mos fuit.
Exempla superius dedi, aliaque in
hoc ipso Opere sparsa videas. Nunc
adjiciendum, si Rex aut Imperator
aderat, etiamsi in privatorum fundis
haberetur Placitum, non a domino
fundi, sed ab ipso Rege aut Im-
peratore, petitam fuisse facultatem ce-
lebrandi eo in loco Placiti, quasi is
C non Civitatis tantum, sed & cuju-
fvis privati loci dominus foret. Alia
in hoc Opere exempla consuetudinis
hujus prostant: unum nunc apponere
juvat, quod autographum vidi in Ar-
chivo nuper memorati Archiepisco-
pii Lucensis.

Gadelohus Cancellarius & Missus Conradi I. Augusti, Placitum Lucae
habet, in quo Johannes Lucensis Episcopus quaedam
sua jura confirmanda curat, Anno 1038.

D um in Dei nomine qualiter infra
Comitato Lucensi in loco, que di-
citur Vivinaria, intus casa dominicata
Domni Bonifatio Marchio, per data
licentia Domni Conradi Imperatoris,
qui ibi aderat, in iudicio resideret Dom-
nus Kadelous Cancellarius & Missus
Domni Imperatoris ad iustitia facien-
da bac deliberanda, residentibus cum eo
Bertaldus Comes, & Adelbertus Co-
mes, Adalfredus Episcopus Boloniensis
Ecclesie, Adalhertus Judex Avo-
cato, Flaipertus Judex Avocato Dom-
ni Bonifatii Marchioni, Johanne, Ro-
landi, Gherardi, Waldaandelberti, Ju-

D dicibus sacri Palatii, Bernardo Nota-
rio, Petri filio bone memorie Pauli,
Teuderico filio bone memorie Ildebrandi,
Petri filio bone memorie Wariperti &c.
& reliquis plures. Ibique eorum veniunt
presentiis Johannes Dei gratia Episco-
pus Lucensis, una cum Bernardo A-
vocato suo, ceperunt dicere adversus eo-
dem Cadelohus Cancellarius & Missus
Domni Imperatoris: Abeo & teneo ad
jure propietario ad pars Ecclesie E-
piscopatu meo Sancti Martini omni-
bus illis casis, seu Curtis, seu Ca-
stellis & Rocchis, sive Ecclesiis, si-
mulque Cassinis & Casalinis, & ter-
ris

ris & rebus, que ibi fuerunt bone memorie Benti filio bone memorie item Benti, quamtas ipse bone memorie Bentio per offensionis Cartula dedit & fecit in Ecclesia beati Sancti Michaëli Archangeli, que dicitur Asore, qui est fundata infra Civitate Luca, quas ipse Ecclesia Sancti Angneli est de sup regimine & potestatem suprascripti Episcopatu meo Sancti Martini, & ipsa offensionis Cartula scripta ex manibus Petri Notarii Domni Imperatoris, sicut in ipsa offensionis Cartula legitur. Et sic est ullus homo, qui exinde adversus me aliquid dicere vult, paratum sum hic vestris presentiis cum eo exinde in rationem standum & legitime fine percipiendum, aut sit Rainerii filio bone memorie Chumundi, vel suis germanis exinde de ipsis casis & Curtis, seo Castellis & Rocchis, sive Ecclesiis, adque Cassinis & Cassaliniis & terris & rebus, que superius legitur, agerent, aut causare voluisse. Et cum nemo se ibi adpresentasset, qui exinde de ipsis casis & Curtis &c. adversus predicte Ecclesie Episcopatui Sancti Martini, & adversus suprascripti Johanni Episcopi, & predicti Bernardi Avocato suo agere aut causare voluisse sistatis, predicto Dominus Kadelohus Cancellarius & Missus Domini Imperatoris & Bertaldus Comes, per fuste, quas in suorum detinuerunt manibus, misertans bannu Domni Impera-

A toris super eodem Jobannes Episcopus & super predicto Bernardo Avocato suo, & per jan dictis casis & Curtis &c. in mille Libras auri optimi, ut nullus quislibet homo &c. Quis vero fecerit, predice mille Libras auri composturus se agnoscat, medietatem pars Cammarum Domni Imperatoris, & medietatem predicti Johanni Episcopi, & suis successoribus &c.

B Quidem & ego Rodulphus Notarius Domni Imperatoris ex jussione susprascripti Domni Kadelohus Cancellarius & Missus Domni Imperatoris, seo Judicio ammonitione scripti, Anni Domini nostri Jesu Christi Dei eterni ab Incarnationis ejus Millesimo Trigesimo Octavo, Conradus gratia Dei Imperator Augusto, Anno Imperii ejus in Italia Undecimo, VIII. Kalendas Martii, Indictione Sexta.

C Kadelohus Cancellarius & Missus sacri Palatii subscripti.

Adelbertus Judex sacri Palatii interfui.

Rolandus Judex sacri Palatii ibi fui.

D Flaipertus Judex Domni Imperatoris & Avocato interfui.

Johannes Judex sacri Palatii ibi fui.

Wido Judex sacri Palacii interfui.

Andelbertus Judex sacri Palatii interfui.

Ego Girardus Judex sacri Palatii interfui.

**D E O R I G I N E
L I N G U A E
I T A L I C A E,
D I S S E R T A T I O
T R I G E S I M A S E C U N D A.**

Tom. VI.

C o

DIS.

ЭИГАЮ ЗО
ПАСИД
САДАЧА
ОБРАЗОВАНИЯ
СОВЕТСКОГО ГОСУДАРСТВА

DISSESTITO

TRIGESIMASECUNDA.



Liquid etiam commentari juvat de Origine Linguae Italicae, qua nunc utimur; spectat enim & ipsa ad institutum meum, videlicet ad tempora illa, quae mihi aliqua ex parte illustranda suscepi. Dissertationem hac de re jam dedit Angelus de Nuce in Notis ad Ostiensis Chron. Casin. sed tam jejune, ut nihil supra. Sed quod fateri & ego non erubesco, si quum de aliis loquor, blaesus videor, heic paene elinguem vel post multa verba me dicam. Exploratum sane est, & extra controversiam jamdiu positum, ex Latinae Linguae corruptione, & veluti ex illius tumulo emersisse Linguam non tantummodo nostram, sed & Gallicam, atque Hispanicam. Verum qua ratione, quo tempore, quibus ex causis acciderit tanta Latini sermonis immutatio, & tanta apud nos Dialectorum varietas, divinare quidem atque opinari licet, certis rerum documentis ostendere non licet. Nam vel ipsâ florente Romanorum Republicâ, & sub primis Imperatoribus, quisnam quaeſo liquido nos doceat, qualis Latinae Linguae status foret in Provinciis, & extra Romam, ac Latium, puta in Galliis, immo & per universam fere Italianam?

A Attamen Linguarum genium nos satis novimus. Unam quidem universa, ut ita loquar, Natio profitetur, sed quae in plures Dialectos divisa, aliter in una Provincia, aliter in altera, usurpatur; immo inter Linguam unius Civitatis, & reliquarum ejusdem Provinciae Urbium, diversitas occurrit; & quod plus mirere, in ipsis amplissimis Civitatibus inter unam ipsius Civitatis regionem, & ceteras, non levem sermonis differentiam sentimus. Quid Italia, quid Gallia, Hispania, & Germania, quod est ad hasce Dialectos longe inter se diversas, temporibus nostris ferat, nihil est quod ego memorem, quando res notissima in omnium aures incurrit. Adeone, quaeſo, beata fuere Romanorum tempora, ut purum putum Latii sermonem universae Provinciae Romani Imperii, immo & singulæ Civitates, & rura omnia, in usu habuerint, & ex iis nulla gens ab altera dissenserit? Evidem id mihi nunquam persuaderi finam, & soeſſime eos falli puto, si qui sunt, quibus opinio infederit, fuisse olim Latinae Linguae eamdem puritatem ac pronunciationem per universam Italiam, quae Romae erat. Erant & tunc Dialecti complures; ac propterea quum in Livii Libris aliquid ex Patavina Dialecto Romani subolfercissent, ei Patavinitas objecta fuit.

Gc 2

Imme

Immo ne in ipsa quidem Urbe, ubi Latinitatis sacraria erant, Ciceronis & Quintiliani aevo, intacta a barbarismis & soloecismis Latina Lingua fuit; atque opus jam tum erat Grammaticae operam dare, ut ad laudem Latine loquendi assurgerent ipsi Romani: quod evicisse mihi videor in Tom. 2. Perf. Poët. Ital. pag. 101.* Negabat id olim Cl. V. Antonius Maria Salvinius in *Notis Criticis* ad eosdem Libros meos Venetiis recusos, contendens, Grammaticae quidem Scholas Romae permultas fuisse, sed ad Graecam tantummodo Linguam, non verò ad Latinam tradendam, quam a nutrice purgatissimam quisque hauriebat. Attamen habeo Svetonium de Illustr. Grammat. contraria plane suadentem. Is enim nobis exhibet M. Antonium Gniphonem, in Gallia natum, non minus Graece quam Latine doctum, qui docuit primum in D. Julii domo pueri adhuc, & duo tantum volumina de LATINO SERMONE reliquit. Asinus etiam Pollio apud eumdem Suetonium Atejum nobilem Grammaticum Latinum laudat. Plerique verò ex iis Grammaticis Latinos Libros interpretabantur, & Latinam Linguam suis scriptis expoliebant: ad quod potissimum incubuisse liquet M. Terentium Varronem, celeberrimum Virum, ut alios omittam, qui & Lib. VII. de Lingua Latina scribit, Graecos & Latinos de utraque declinatione nominum & verborum, Libros fecisse multos. Minime tamen praetermittenda sunt, quae Lib. I. Cap. 7. scripsit Quintilianus, quum de Grammatica sermonem haberet. An ideo, inquit, minor est M. Tullius Orator, quod idem Artis hujus diligenstissimus fuit, & in filio (ut in epistolis appareat) RECTE loquendi ac scri-

A bendi asper quoque exactior? Aut vim C. Caesaris fregerunt editi de Analogia Libri? Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos fibellos non de verbis modo singulis, sed etiam literis dedidit? Exigebat Tullius, ut filius Recte loqueretur ac scriberet, non Graece, sed Latine, hoc est, secundum Grammaticae regulas, non ad vulgi imperiti morem. Propterea Schola erat pueris, ut praecepta Latinae Linguae dissererent. Quod quum ajo, Tullium ipsum auctorem habeo, qui Lib. III. de Oratore scribit: *Praecepta Latine loquendi puerilis doctrina tradit*, id est Ars Grammatica, ad quam se conferre tunc vel ipsi Romani pueri cogebantur. Ita Vitruvius Augustum alloquens rogabat, *ut si quid parum ad Artis Grammaticae regulam fuerit explicatum, ignosceret*. Sed quae in hanc rem jam attuli, Salvinius verò insalutata reliquit, satis sunt ad opinionem meam firmandam. Neque enim Cicero scripsisset, non tam praeclarum esse scire Latine, quam turpe nescire; neque Ovidius Romanis auctor fuisset, ut *Linguas duas edisserent*, si ad Latinam recte assequendam una matris aut nutricis Schola satis fuisset. Neque Auctor Rhetoricae ad Herennium tradidisset, rationem vitandi Soloecismos & Barbarismos, in Arte Grammatica dilucide dici. Vide etiam Daniellum Georgium Morhofium Virum inter Germanos eruditissimum, qui in Opusculo de Patavinit. Liviana multa ad hoc argumentum congescit, uti & Barthium in Adversar. Lib. 13. Cap. 2., ut alios omittam. Quid ultra? Quintilianus ipse Lib. I. Cap. 10. fatetur, aliud esse Latine, aliud Grammatice loqui. Et profecto ostendere possumus Inscriptiones, ipso Caesare Augusto imperante positas Romae,

* In hac vero editione nostra in Tomi IX. P. 2. pag. 100. & seqq.

mae, in quibus Grammaticam defi-
deres, & corruptam vulgi Linguam
sentias. Paucas tantum feligo editas
a Cl. V. Francisco Blanchinio in Lib.

A Inscript. Sepulcr. Libert. & Serv. Aug.
& extra Urbem in Via Appia effos-
tas An. Ch. 1726.

GENIO
COETI HERODIANI
PRÆGUSTATORIS
DIVI AUGUSTI
IDEM POSTEA VILLICUS
IN HORTIS SALLUSTIANIS.

{ { } DIS MANIBUS

. S. AUG. LIB. BATHYLLUS ÆDITUS (*pro ÆDITUUS*)
TEMPLI DIVI AUG.

II. ET DIVÆ AUGUSTÆ QUOD EST IN PALATIUM (*pro IN*
PALATIO) IMMUNIS ET HONORATUS.

{ { } TELEPHUS. LIVIÆ. L.

DAT

FUFIAE. CLYMENE. ET FUFIAE.
EUCHE. SORORES (*pro SORORIBUS*)

{ { } GEMINA L. AUGUSTÆ

ORNATRIX

IRENE SUÆ DAT OLLA (*pro OLLAM*).
{ { }

Et sene in loquela vulgi, ac praeci-
pue Servorum extra Romanam nato-
rum, tunc ejusmodi foeces crebrae
occurrebant. Quod plus est, nobiles
ipsi ac Literati inter Romanos non
ita prorsus pronuntiasse videntur in
quotidiano sermone Latinas voces,

B uti eas scribebant. Suetonio quippe
teste Cap. 88. Augustus ipse *Orthogra-*
phiam, idest *formulam*, *rationemque scri-*
bendi a Grammaticis (ergo Latinæ
quoque Linguae sui tunc erant Gram-
matici) *institutam*, non adeo custodiit;
ac videtur eorum sequi potius opinionem,
qui

qui perinde scribendum, ac loquamus, existimant. Hi nempe exempli causa pro *Ipsi & Ipse* pronuntiabant *Ipsus*, *Issi*, & *Isse*, ut adhuc Neapolitani faciunt, unde nostrum *Esso* prodiit. Atque ea caussa est, cur in antiquis Inscriptionibus, rudis praesertim populi, tot distortae, mancae, ac deformatae voces deprehendantur. Interdum Quadratariis, saepius usui loquendi tribuendae.

At heic nos interpellat Sanctus Augustinus Lib. XIX. Cap. VII. de Civ. Dei in haec verba scribens: *Imperiosa Civitas Roma non solum iugum, verum etiam Linguam suam, dominis gentibus imposuit.* Ita sane. Sed num in devictis populis sublatae simul fuere, atque omnino abolitae primitivae eorum Linguae? Quis eredat? Et qui tam facile fieri id potuerit? Testis est Augustinus ipse. *Punicam Linguam* in Africa suo adhuc tempore superfluisse. In Curia quidem, & in foro per universas Romanii Imperii Urbes, ac praesertim ubi constitutae Coloniae, Latina Lingua regnavit; eam Cives plerique noverant, Atque publica non alio sermone fuere conscripta: quod & fieri nunc certum est aut Hispanicā, aut Latinā in tot Civitatibus Americae, aut Asiae, quae Hispānis ac Lusitanis Regibus parent. Immo in Italia, in Gallia, & aliis in Regionibus id adhuc factum cernimus, quum aut Latinā, aut communi Italica, sive Gallicā, ad normam Grammaticae compositā, omnes ferme in Actis publicis, & in contionibus ad populum utantur, quum tamen singulae fere Provinciae Dialectum propriam in usu quotidiano exhibeant, quae a doctorum hominum Lingua nimium saepe discordat.

A Quamobrem ne sua quidem Lingua sub Romanis viatoribus censenda est prorsus erecta Populis profligatis, aut in deditioem acceptis. Immo veri omnino simile videtur, ipsas eorum primitivas Linguas diu perduisse, aut multa saltem ex iis vocabula, & formas loquendi, a Latinis diversa, asylum sibi quaevisse apud B rude vulgus; & potissimum ab agrorum colonis, ac tenacius a montium incolis retenta ac servata fuisse. Ita ut vel florente Romana Republica, ac Romano Imperio, vestigia plura, ut parce loquar, invenisses Linguarum, quae in diversis Italiæ partibus ante Latinam viguerunt, puta Etruscorum, Graecorum, Oscorum, Insubrum, Ligurum, aliorumque Gallorum, sive & aliorum Populorum, qui primi Romano victori colla submisere. Idque innuere videtur Quintilianus Lib. I. Cap. IX. Inst. Orat., ubi de verbis peregrinis scribens, haec ait: *Taceo de Tuscis, Sabinis, & Praenestiniis quoque; nam ut eo Sermoni utentem Veiius Lucilius insectatur, quemadmodum Pollio deprehendit in Livilio Patavinitatem.* Adde A. Gellium Lib. 17. Cap. 17. in haec verba scribentem: *Q. Ennius tria corda habere sepe dicebat; quod loqui Graece, & Osce, & Latine sciret.* Ergo Ennius aetate adhuc Osca Lingua vigebat. Apud Festum quoque legitur ex Titiniis fabula sumitum: *Qui Osce & Volsce fabulabantur, nam Latine nesciunt.* Adde etiam Varroem, cuius verba sunt Lib. XIX. rerum humarum: *Multae vocabulum, non Latinum, sed Sabinum est; idque ad meam memoriam mansit in Lingua Samnitium; qui sunt a Sabinis nati.* Sed quid Lingua Samnitium, seu Sabiniorum? Paucis dicam. Qui Quintiliano nuper appellabatur *Sabinus*

Sermo, nihil aliud fuit, quam eadem A
Oscorum Lingua, cuius mentionem
fecere Livius, Varro, Festus, & alii,
& vocabula etiam nonnulla retulerunt.
Oscam autem fuisse Linguam
Sabinorum, Samnitium, Brutiorum-
que, ostendit Cluverius Lib. 3. Cap.
9. Ital. antiquae. Novimus etiam
florente ipsâ Latinâ Linguâ, immo
& declinante, Atellanas Fabulas Oscâ
Linguâ editatas in ipsa Urbe fuisse.
Testem prae ceteris selectum, ecce
exhibeo Strabonem, Tiberii Caesaris
aetate viventem, cuius haec sunt
verba Lib. V. Geograph. *Quum Oscô-
rum gens interierit, Sermo eorum apud
Romanos restat, ita ut Carmina quae-
dam ac Mimi certo quodam certamine,
quod instituto majorum celebratur, in
scenam producantur.* Velius Longus
Grammaticus, Harena, inquit, *ut
testis est Varro, a Sabinis Fasena dici-
tur.* In ea autem opinione erat a-
amicus olim meus Hubertus Ben-
voglientus Patricius Senensis, nihil a-
liud fuisse Oscorum Linguam, nisi
Dialectum Etruscae: quod an proban-
dum sit nescio. Illud quidem constat,
Etruscos antiquis temporibus longe
lateque per Italiam dominatos fuisse,
eorumque Linguam, Augusto ipso
imperante, nondum extinctam vide-
ri, ut colligi fortasse potest ex Dio-
nysio Halicarnasseo Lib. I. Antiquit.
Roman. qui *Tyrrhenorum Lingua* scribit a Romanorum, ac Lydorum
Linguis fuisse diversam. Quare etiam
aureo Linguae Latinae Seculo non
una Lingua Latina in Urbium Ita-
licarum Populis audiebatur. Quod
etiam intelligas ex Livii verbis Lib.
XL. Cap. 42. ita scribente: *Cumanis
perentibus permisum, ut publice Latine
loquerentur, & Praeconibus Latine ven-
dendi jus esset.* Ergo apud eos fami-
iliaris tunc alia Lingua fuisse creden-

da est, namque propterea nondum
Latinus sermo aboleverat.

Quibus positis, fateamur quidem
cum S. Augustino Romanos Linguan
suam domitis gentibus imposuisse; sed
simili excogitare licet, non desisse
propterea, neque desinere potuisse,
nisi post multa Secula, nativam de-
victorum populorum Linguam, ita
ut multi extra Latium, & praecipue
extra Italiam, non eam cum lacte
a matribus biberent, sed studio sibi
ac labore conquererent. Atque ex
his intelligas, quare Auctor Pan-
egyrici Constantino Augusto Treveris
recitati (is Nazarius fortasse fuit)
haec Anno Ch. 343. verba protule-
rit. *Neque enim, inquit, ignoro, quan-
to inferiora sint ingenia nostra Roma-
nis. Siquidem LATINE, & diserte
loqui illis ingeneratum est; nobis elabo-
ratum.* Accedit, quod Tullius pro
Archia Poëta scriperit: *Graeca legun-
tur in omnibus fere gentibus: Latina
suis finibus, Exiguis sane, continentur.*
Si tam felicem velimus Latinorum
Linguam, ut quocumque vietria
eorum arma penetrarunt, ipsa quo-
que se intulerit, atque in usum om-
nium conversa fuerit, non Exiguos
fines, sed amplissimos, eadem sibi
constituisset. Superest ergo, ut vel
sub Romanis dominantibus, indige-
nac Linguae vigorem suum retinuer-
int, ac post plura tandem Secula
attenuatae fuerint nonnullis in genti-
bus, quum tamen aliae suam exci-
dere nunquam passae fuerint. Grae-
cia in primis exemplum praebeat.
Apud eos Populos in potestatem Ro-
manae Reipublicae redactos, ut ut
fortasse Latinam Linguam eorum
acta Consistoriana, aliaque publica
Acta sonarent, Graecae tamen Lin-
guae vis & usus nunquam propterea
fuit imminutus; immo & in ipsa
Urbe

Urbe interdum caussae auditae sunt Graeco sermone. Idem diu observatum & ab aliis populis. Audi-sis nunc Sanctum Hieronymum circiter Annum Ch. 388. de Galatis Asiae populis loquentem in Praefat. ad Lib. II. in Epist. ad Galatas. Massilienses ait appellatos a Varrone trilingues; quod & Graece loquantur, & Latine, & Gallice. Infra addit, Galatas (excepto sermone Graeco, quo omnis Oriens loquitur) Propriam Linguam eamdem paene babere, quam Treviros. Nez reser-
re, si aliqua exinde corruerint; quum & Afri Phoenicum Linguam nonnulla ex parte mutaverint: & ipsa Latinitas & regionibus quotidie mutetur & tem-
pore. Si Massilienses non Latine tan-
tum, sed & Gallice loquebantur; si Lingua propria servavere Galatae, Celtarum veterum soboles, eumque sermonem retinebant, quo Treviren-
ses Hieronymi aevo utebantur: con-
sequens est, ne eo quidem tempore vetustam Gallorum Linguam interiisse, uti neque apud Afros Phoeni-
cum Linguam, quae nihil aliud quam Punica fuit, uti post alios ostendit Salmasius in Plin. Exercit. Auctor verò est Caesar, tempore suo Galliam in tres partes fuisse divisam, scilicet Belgas, Celtas five Gallos, & Aquitanos. Hi omnes, ait, *LINGUA*, in-
stitutis, legibus inter se differunt. Lin-
guae-ne istae Dialecti unius Linguae fuerint, an diversa plane idiomata, non liquet. Sanctus quoque Irenaeus Seculo II. Aerae Christianae Lin-
guam barbaram appellabat in Praefat. ad Libros suos, Lingua Celtarum Lugdunensium, apud quos ipse versa-
batur. Post Sanctum Irenaeum flo-
ravit Ulpianus sub Severo Alexandro. Ejus autem verba sunt in l. XI. de Legatis III. Fideicomissa quocumque sermone relinqu possunt; non solum La-

A tinâ; vel Graecâ, sed etiam Punicâ, vel Gallicanâ, vel alterius cuiuscumque gentis. Auli quoque Gellii verba omnibus perpendenda profero. Scribit ille Lib. XI. Cap. VII. Roma-
num quemdam caussarum patronum celebrem, se audiente, obsoletis qui-
busdam vocibus apud Praefectum Ur-
bis fuisse usum, quae primò stupo-
rem, tum risum ab auditoribus extor-
sere. Aspexerunt, inquit, omnes qui
aderant aliis alium, primo tristiores tur-
bato & requirente vultu, quidnam illud
utriusque verbi foret. Post deinde, qua-
si nescio quid Tuscæ aut Gallice dixi-
set, universi riserunt. Hinc etiam, si
quid video, ediscere possumus, vi-
vente ipso A. Gellio, five Agellio,
non Gallicam tantummodo Linguam,
sed & Tuscum, superstitem in Italia
fuisse, ita ut quum ipsi inter Ro-
manos erudití Causidicum illum au-
dirent insolentibus atque incognitis
vocabulis perorantem, sibi visi sint
audire Gallum quæpiam, aut Tuscum
loquentem, hoc est peregrinâ Linguâ
verba facientem. De Linguis mor-
tuis non satis commode haec inter-
preteris, & præcipue quum Galli-
cam Linguam eo tempore adhuc vi-
ventem supra viderimus; & Apolli-
naris Sidonius Lib. II. Ep. III. ser-
monis Celtili squamam vigentem in Ar-
vernorum Urbe commemoret; & Lam-
pridius in Alexandro Severo scribat:
Mulier Drujas eunti (Augusto) exclamavit Gallico sermone: *Vadas &c.* Quod
tamen potissimum animadvertas ve-
lim, teste Hieronymo, uti nuper vi-
dimus, ipsa Latinitas & regionibus
Quotidie mutabatur, & tempore: quae
verba indicia sunt, Lingua ipsam
Latinam jam non paucas subiisse mu-
tationes, & novas in dies subire.
Proinde ne tempora quidem Bar-
barorum in Italia pacifice regnantium
sunt

sunt expectanda, ut cadentem atque a puritate sua declinantem apud nos excogitemus Latinorum Linguam. Jam rugas illa contraxerat, jam foedata erat innumeris Soloecismis ac Barbarismis in plebis commercio, utpote commixta cum Linguis ante Latinorum imperium in Italia usurpatis, & nunquam extintis, & obnoxia mutationibus, quas sensim Linguae contrahunt. Edidit Mazochius senior, ac deinde in Thesaurum suum pag. DCVII. n. 1. Gruterus intulit Inscriptionem Romanam singularis pretii, quippe quae libellum continet, ab Arrio Alphio, Liberto Arriae Fadillae matris Antonini Pii Augusti, porrectum eidem Imperatori, ut sibi liceret ex fictili in marmoreum sepulcrum transferre corpora Conjugis & Filii vitâ functorum. Additum est Decretum Magistratus, atque Epistola Velii Fidii, rogantis Jubentium

A Celsum, ut Libellum subscriptum ad se quantocvus remittat. Pertinet Inscriptio ad Annum Ch. CLV. Porro eadem Anno 1730. rursus reperita fuit in Monte Caeliolo prope moenia Urbis aeternae, ac diligentissime descripta ex lapide. Veniam peto e- jus denuo evulgandae, qualem ad me misit elegantis ingenii vir, & praeclarissimus amicus meus Ignatius Maria Como, Patricius Neapolitanus. Erit Lectoris animadvertere, quot sphalmatis abundet epigraphe, non barbaricis, sed felicibus Romanae Reipublicae temporibus marmore insculpta. Potiorem quidem errorum partem Marmorario indesto tribuendam lubens fateor; at dubitare non desino, quin aliquis etiam exciderit Auctoribus Epistolas atque Libelli. Ibi A. semper scriptum veluti λ. sive uti Graecum Lamda, & M. constitutum ex duobus λλ.

VELIUS FIDIUS. JUBENTIO COL

LEGÆ SUO SALUTEM DESIDERI (1) FRA
TER ARRI ALPHII ARRIÆ FADILLÆ DOMI
NI N IMP. ANTONINI AUG. MATRIS LIBERTI
LIBELLUM TIBI MISI COGNITI MIHI EX
LONGO TEMPORE PRIMÆ JUBENTUTIS
ETIAM (2) MIRATUS CUM SE AB ÆDIBUS ES
SEM QUOTEOL (3) SE CONTULISSET A QUO
DIDICI CAUSAS EREQUITONIS (4) SET ET RE
LIGIONIS MAGNOPE A DOMINO N IMP
IMPETRASSE ITA NE QUA MORA VIDEA
TUR EI PER NOS FIERI LIBELLUM SUBSCRIP
TUM PER FUDEM (5) PUBLICUM SINE MORA
MIHI REMITTAS OPTO. TE SALVOM THE (6) EOI EMES
EXPLU (7) LIBELLI DATI

(1) PRO DESIDE-
RIUM.

(2) Hæc difficile explices.

(3) Gruter. QUOT EOLO SE. Num pro PUTEOLOS?

(4) Gruter. RE- QUIETIONIS.

(5) Gruter. EU- DEM.

(6) Gruter. ET FE- LICEM ES.

(7) pro EXEM- PLUM, sed fortasse linea literæ V. super imposita fuerit.

CUM ANTE HOS DIES COJUGEM ET FILIUM AMI

SERIM ET PESSUS (8) NECESSITATE CORPORA CORUM (9)

KICTILI (10) SARCOFAGO COMMENDAVERIM DONI (11)

E

QUIS LOCUS QUEM EMERAM AEDIFICARETUR VI

A FLAMINIA INTER Miliar II ET III EUNTIBUS A

B URBE PARTE LÆVA CUSTODIA MONUMENTI

FLA (12) THUM FIES MÆSO SOLA EM STILOCILI

ROGO DOM (13) TA' PERMITTAS MIHI IN EODEM LO

CO IN MARMOREO SARCOFAGO QUEM MIHI MO

DO COMPERAVI (14) EA CORPORA COLLIGERE UT CUAN (15)

DO NE EGO ESSE DESIER PARITER CUM EIS PONAR

(16) KECRETUM FIERI PLACET JUBENTIUS CELSUS

PROMAGISTER SUBSCRIPTI III. NONAS NOEM (17)

ANTIO POLIONE ET OPIMIANO KOS ORDINALIS (18)

SEVERO ET SABINIANO COS

(8) Gruter. PRES-
SUS.

(9) Gruter. EO-
RUM.

(10) Gruter. FI-
CTILI.

(11) Gruter. DO-
NIQUIES. Legendum
opinor DUM QUI-
TIS.

(12) Gruter. FLA.
THUMELES. A. ME-
SOLO. M. SELI OR-
CILI.

(13) Gruter. DO-
MINE PERMITTAS.

(14) Gruter. COM-
PARAVI.

(15) Grut. QUAN-
DONE.

(16) Gruter. FERE-
TRUM. Legendum o-
pinor DECRETUM.

(17) pro NOVEM-
BRIS.

(18) Gruter. ORDI-
NARIS.

Panvinius, Falconerius, Norisius, & Relandus, hujus Inscriptionis causa disputarunt, quinam Anno Aerae vulgaris CLV. Consules ordinarii, & qui suffecti fuerint. Postiores duo Scriptores contendunt, Severum & Sabinianum revera fuisse ordinarios: quod sane quei exsculpi hinc possit, non video. Reliqua etiam perpende, ac nonnullorum sensum vix assequeris; & postquam Marmorarium non semel culpaveris, justa etiam suspicio supererit, in auctores ipsius Inscriptionis mendum aliquod Linguae esse rejiciendum. Vitiatae autem ejusdem Latinae Linguae temporibus pro-

A xime subsequitis exemplum alterum adjicere juvat, Inscriptionem videlicet illustrem, quam ex Musaeo amplissimi S. R. E. Cardinalis Alexandri Albani descriptam ad me misit Franciscus Maria Otterius Marchio Montorii, Clarissimus nostrorum temporum Historicus. Continet ipsa Decretum Collegii Fabrum Sentinatum,

B Anno Christianae Aerae CCLX. confectum, ut in Patronum ejusdem Collegii adscisceretur Coretius Fuscus vir splendide natus, intuitu etiam Memmiae Victoriae illius matris bene de ipso Collegio meritae.

P. CORNELIO SÆCULARE II. ET JUNIO DONATO II.
KAL. JULIS COS

SENTINI CUM IN SCOLA SUA FREQUENS NUMERUS COLL FABR

SENTINATUM CONVENISSENT NUMERUM ABENTIBUS

C. JULIO MARTIALE ET C. CASIDIO RUFINO QQ. (1) ET REFERENTIB
IPSIS SEMPER ET IN PRÆTERITUM ITA SPLENDIDISSIMUM N N (2)
CONISUM ESSE UT ADEECTIONE SPLENDORIS SUI IN SINGULOS
QUOSQUE CONDIGNOS MERENTES EXIBEANT VEL MAXIME

(1) Id est QUIN-
QUENNALIBUS.

(2) Id est Numerum
nostrum, nisi sit M.
N. id est Municipium
nostrum.

IN HONORE ADQUE DIGNITATE MEMMIÆ VICTORIAE QUON
DAM INDOLES MAMORIÆ FEMINE MATRIS NUMERI NOSTRI
PROORSÙS USQUEQUE ESSE PROVETUM NOMEN DOMUS
EJUS UT PER ORDINEM GENERIS SUI OMNES IN NUMERUM N
PATRONI IN COLLEGII NOSTRUM APPELLARENTUR OPTAN
DAQUE ERANT UT OMNES UNIVERSISQUE INCOLUMES IN
NUMERUM NOSTRUM VIDERENTUR ET QUONIAM VIR SPLEN
DIDUS CORETIUS FUSCUS PATRONUS NUMERI DEBEAT EX
EMPLO PIETATIS PARENTIUM ET MATRI HONORIFICENTIA
ITAQUE SI OMNIBUS VIDERETUR TABULA ÆREAM EI OFFER

RI

(3) Q. F. P. D. E. R. I. C. C.

GLORIOSAM ESSE RELATIONEM B.B. V.V. Q.Q. COLLEGI. N (4)
ET IDEO CUM SIT CORETIUS FUSCUS SPLENDIDE NATUS UT
POTIUS HONORIFICENTIÆ NOSTRÆ MODUM INTEL
LEGAT NECESSAQUE SIT EI TABULAM ÆREAM TITULIS
ORNATAM SCRIPTAM OFFERI PETIQUE AB EO HANC
OBLATIONEM NOSTRAM LIBENTI ANIMO SUSCIPERE
RE DIGNETUR LEGATOSQUE IN EAM REM FIERI QUI
QUI DIGNE PROSÆQUANTUR NERATIUM AMPLIATUM ORPIUM VER
TATEM ÆMILIJ VICTÆ REM BEBIDIUM JUSTUM CASIDIUM MARTA
LEM JULIJ MARTIALEM CASIDIUM RUFINUM BEBIDIUM JENU
ARIVM AETRIVM ROMANUM CASIDIUM CLEMENTINUM AETRIVM
VERNAM VASSIDENUM FAVOREM CASIDIUM JUSTISSIMUM SA
TRIUM VERECUNDUM STATIUM VELOCEM VETURI CELERINU

(3) Id est QUID FIE-
RI PLACERET DE EA
RE ITA CEMSUERUNT

(4) Id est ut puto
BONI RUM, vel BI-
NORUM VIRORUM
QUINQUENNALIUM
COLLEGII NOSTRI.

Haeferis, ut puto, ad intricatam
orationem Praefidum Quinquennialum
Collegii, sive Numeri, hoc est, Cor-
poris istorum Fabrum. Animadverte-

Aris adectione: Victoriae quondam indo-
les mamoriae: usqueque esse provetum:
optandaque erant: ut omnes universisque
necessaque sit &c. Uno verbo: sensus
D d 2 inter-

interdum inde vix exsculptur. Populares homines erant: nil mirandum. Ceterum luculenta alia exempla declinant Linguae Latinae attulere jamdiu doctissimi Viri Celsus Cittadinius Senensis in Lib. de Orig. Ital. Linguae, Lipsius in Dial. de recta Pronunt. Cujacius Observ. Lib. 9. Cap. 26. Briffonius, Salmasius, Naudaeus, & alii, exerendo in primis *Chartam plenariae securitatis*, quam recudit Mabillonius in Append. ad Diplomat. Scripta ea fuit Ravennae Justiniano I. Augusto imperante Anno 564. atque ibi peregrinae voces, erroresque non pauci occurrunt, quibus indicantur vulnera jam ipsi Linguae inflicta. Alias etiam id genus Ravennates Chartas evulgavit idem Mabillonius, & alias addidit Cl. V. Scipio Massejus Marchio, qui solito studio quo quot potuit Aegyptiacas philyras adhuc superflites, & ab aliis omissas, in unum collegit. Erat mihi exemplum Aegyptiacae Papyri Ravennae An. Ch. 540. scriptac, quam nempe eduxeram e MS to Commentario Jacobi Grimaldi olim in Basilica Vaticana Clerici Beneficiati, & Archivo ejusdem Basilicae praefecti, de *Sacrosancto Sudario Veronicae Salvatoris Domini nostri Jesu Christi*. Is autem illam descriperat ex archetypo existente in Bibliotheca Vaticana. Huic loco destinaveram ego, simulque luci publicae pretiosum hoc, & adhuc in tenebris latens antiquitatis monumentum, cui vix aliud par inter vetustas Philyras reperias, quem ritum in contractibus venditionis ollim a Magistratibus adhibitum nobis servarit, quem si novisset Briffonius, in praeclarum suum Opus de *Formulis Populi Romani* Lib. VI. lubenter, ut puto, inseruisset. At quandoquidem praelaudato Marchioni Massejo

A Mutinae agenti illud legendum ante aliquot annos praebui, censuit ipse, nihil de officiis amicitiae nostrae imminutum iri, si ejusdem Papyri exemplum e Vaticano archetypo sibi procuraret, atque in eo evulgando mihi praeiret. Consilium tamen ejusdem Papyri huc inferendae retinui, idque dupli de caussâ. Prima est, ut sub oculis Lector habeat, quae foret An. Ch. 540. Linguae Latinae conditio, non dicam in ore vulgi, satis corruptè, quantum arbitror, vel longe antea loquentis, sed in ipsis Literatorum hominum, immo & Magistratum scriptis. Altera est, ut experiri possint eruditi, an Jacobus Grimaldus ante centum & ultra annos felicius quam recentiores, quibus usus est Massejus, Vaticanam Papyrus legerit. Conferenti exemplum utrumque fortasse patebit, tum plura, tum alia non pauca rectius a Grimaldo expressa fuisse. Neque enim in intricatissimis Ravennatis scripturae eaevi usurpatae characteribus, & in iis verborum compendiis tantum sibi polliceri quisquam potest, ut quidquid Notarii tunc scripsere, certissime inde eliciat. Exemplo sit omnium in hac arte princeps Mabillonius, qui in calce Instrumenti plenariae securitatis a me nuper laudati *Agemagl* legit. Nihil aliud in archetypo esse arbitror ego, nisi *Magd.* D. inter duas calami excursiones: quae literae significant *Magistratus dixit*, uti Massejus interpretatur, aut *Magistratus decrevit*, uti Grimaldus. Sed en ipso Acta. Ea in latissima papyro scripta fuere lineis in enormem longitudinem productis. At quandoquidem tempus extrema utrinque linearum exedit, ita ut tam in earum principio, quam in fine quaedam aut voices, aut literae desiderentur, ego linea

neas inter se distinctas appositis numeris designans, quantum fieri poterit earum defectum exprimam. U-

A trumque verò textum apponam, e quorum conspectu illico apparebit, quid discriminis inter eos intercedat.

Venditio fundi Domicilii, ac alterius fundi, sitorum in agro Faventino,
facta in Urbe Ravennate Montano Viro Clarissimo Notario sacri
Vestiarii a Domnico Viro honorabili una cum Magistratum
Faventinorum decreto, Anno VI. Post Consulatum
Paulini Junioris, hoc est An. Ch. 540.

Secundum editionem March. Masseji.

..... maximumque, venientem sibi ss (super scriptus) venditor dixit ex jure & successionem qd (quondam) matris suae, & filiorum suorum omni pretio..... pro ss portionis ex duobus fundis & omnibus ad se pertinentibus auri solidos dominicos optimos pensantes numero quadraginta tantum, qui eidem venditori per manus ss emporis dati numerati.... domi ex arca, vel ex sacculo suo, testibus praesentibus, infra subscripturis. Nihilque sibi ss venditore ex hoc omni præcio quidquam amplius redibéri dixit, & pollicetus se nullum in posterum adversus..... heredibusque ejus super hujus definitionis placitum aliquam aliquando mouere rem, litem, ulationem, petitioñem, repetitionem, controversiam, questionem in rem vel in personam habere aviturus ve..... possessionem rei ss qui supra venditor eundem empori actoremque & jus in rem ire, mittere, ingredi, possidereque permisit: hac suos omnes inde ex eadem re exisse, excessisse, discessisseque dixit.... uno.... autem inlibatas portiones duorum fundorum ab omni nexu fisci, deviti populi, pribati, ut & ab haere alieno, litibus, controversiis que omnibus nec non & a sortebus.... & a ratione seu obligatione ceterisque aliis titulis vel honestibus sive contracti-

B

Papyrus hanc ita legit Jacobus Grimaldus.

I..... jure possessum est, ita usque nunc in hs d. die possidetur, optimum, maximumque est venientem sibi superscriptus venditor dixit ex jure, & successione qd matris suae, & filiorum suorum omni pretio q. ne..... es.

2..... placito & definito pro ll. portiones ex duobus fundis, & omnibus ad se pertinentibus auri solidos dominicos optimos, pensantes numero quadraginta tantum, quem eidem venditori per manus superscripti emporis dati nume....

3..... ex traditione domi ex arca, vel ex sacculo suo testibus praesentibus infra scripturi, nihilque sibi superscriptus venditor ex hoc omni pretio quidquam amplius redibéri dixit, & pollicetur, se nullum in posterum adversus eun....

4..... heredibusque ejus super hujus definitionis placitum aliquam aliquando mouere rem, litem, actionem, petitioñem, repetitionem, controversiam, questionem in rem, vel in personam habere aviturusve.....

5..... baciam possessionem rei super scriptae, qui supra venditor eundem empori, actoresque ejus in rem ire, mittere, ingredi, possidereque permisit, hac suos omnes inde ex eadem re exisse, excessisse, discessisseque dixit.....

6..... ico uno liberas autem inlibatas portiones duorum fundorum ab omni

bus

nexus

Ex Editione March. Masseji.

bus, nullique antea portionis juris sui sive competentis in integro..... stel-
linatus (stellionatus) & rursum neque di-
stractas nec alicui offiduciatas..... ha-
bere..... neque per venditionem aliove
quolibet jure translusisse, sed sui juris
esse professus est. Et si quis portiones
supra memoratas de quibus agitur par-
temve..... fructumve eorum quis evi-
cerit, quo minus: emptor ss, ipsum haer-
edes, successoresque ejus..... ad quem
ea res erit, de qua agitur pp (perpetuo)
habere, & ire, possidere, uti, frui, u-
sumque capere, commutare..... voluerit
in perpetuo vindicare: ita liceat compa-
ratori haeredibusque ejus, quod inlice-
tum non erit; evictum ablatumve quid
fuerit; tunc quanti ea res erit, quae e-
victa fuerit..... solidos..... sed &
rei quoque melioratae, ac aedificatae,
cultaeque exactionem habitur ss vendito-
ri haeredibusve ejus memorati comparato-
ris, ejusque haeredibus cogantur inferre
juxta legum ordinem..... traditio-
nique dolus malus abest asuturusque est,
vi, metu, & circumscriptione cessante.
De qua re & de quibus omnibus ss (su-
prascriptis) stipulatus est Montanus v c
(vir clarissimus) Notarius: emptor spo-
pondit; qui supra..... ad omnia ss
in verbis (verbis) sollemnibus.

Actum fuit die..... sexies pc (post
Consulatum) ss (suprascriptum.)

Signum Domnici vb (viri honoran-
di) ss vendoris litteras nescientis.

Item subscriptio testium.

Florus vō bis instrumentis portiones
fundi Do..... & quinque appellatur,
in integro cum aedificio rogatus a Dom-
nico vb ss vendorore, ipso praesente te-
stis subscripti, & ss praetium quadra-
ginta solidos ei in praesenti traditos vi-
di, qui & filio, & Centum
vigin-

A

Lectio Jacobi Grimaldi.

nexus Fisci, deviti populi, pribative,
& ab herere alieno, litibus, causis, con-
troversibisque omnibus, nec non & a
sorte barbari, & a ratione.....

B

7..... e ab obligatione ceterisque a-
liis titulis, vel honeribus, sive contra-
ctibus, nullique antea portiones juris sui,
sive competentes in integro a se dona-
tas, cessas, neque distractas, nec alicui
offiduciatas.

C

8..... as habere communes neque
per cautionem, neque per venditionem,
aliove quolibet jure translusisse, sed sui
juris esse professus est, & si quis por-
tiones supra memoratas, de qua hs d.
die agitur, partemve

D

9..... rem, aut usum fructumve
earum, qui se vicerit, (fort. quisiver-
it) quo minus emptori suprascripto ip-
sum heredes successoresve ejus, eumve ad
quem ea ris erit, de qua agitur perpe-
tuo habere, tenire, possidere, uti, frui,
usumque capire

E

10..... commutare more quo volue-
rit in perpetuo vindicare rithe liceat com-
paratori, heredibusve ejus, quod ita li-
cetum non erit evictum, ablatumque quid
fuerit tunc quanta ea ris erit, quae e-
victa fuerint.

11..... solidorum suprascriptorum,
sed rei quoque melioratae, aedificatae,
cultaeque taxationem habita a Suprascripto
venditore, heredibusve ejus memora-
ta comparatori, ejusque heredibus cogan-
tur, inferre juxta legum.

12..... tioni traditionis dolum ma-
lum abes, asuturusque est, vi, metu,
& circumscriptione cessante, de qua re,
& de quibus omnibus suprascriptus sti-
pulatus est Montanus V. C. Notarius
emptor spopondit, qui supra.....

13..... ad omnia suprascripta in
verbis solemnibus. Actum Ravennae
die

Ex Editione March. Masseji.

viginti quinque appellatur, in integro rogatus a Dominico v b ss venditore ipso praesente testis subscripsi, & ss praetium quadraginta solidos ei in praesenti traditos vidi, qui mei praesentia signum fecit.

Paulus v c Argentarius his instrumentis portionis fundi Domicilii cum edificio, vel Censum, qui Vigintiquinque appellatur, rogatus a Dominico v b ss venditore ipso praesente testis subscripsi, & ss praetium quadraginta solidos ei in praesenti traditus vidi, & mei praesentia signum fecit.

Ego Vitalis v c Monitarius his instrumentis portionis ss fundi Domicilii cum aedificio, vel Censum, qui Vigintiquinque appellatur, rogatus a Dominico v b ss venditore ipso praesente subscripsi, & ss praetium quadraginta solidos ei in praesenti traditus vidi.

Ego Remulus v c Silentarius his instrumentis portionis fundi Domicilii cum edificio, vel Censum, qui Vigintiquinque appellatur, rogatus a Dominico v b ss venditore ipso praesente testis subscripsi, & ss praetium quadraginta solidos ei in praesenti traditus vidi, & mei praesentia signum fecit.

Item in sevendam Epistulam traditionis datam ad Municipes civitatis Faventinae.

Dominis praedicavilibus & colendis Parentibus, Defensori, Magistratibus cum quoque Ordini Curiae Civ (Civitatis) Faventiae Dominicus v b sal. (sicutem.)

Noveritis vv..... (viri) me jure optimo & propria voluntate distractisse & distracti Montano v c Notario Sacri Vestiarii Domn, (Dominici) idest omnem portionem meam mihi competentem ex fundi, cui vocabulum est Domicilius cum

edi-

A

Lectio. Jacobi Grimaldi.

die sexies P. C. supra scribtum. Signum Domini V. H. supra scribi venditoris litteras nescientis. Item subscriptio testium Florus V. C. bis instrumentis portiones fundi Do.....

B

14..... quod Viginti & quinque appellatur in integro cum aedificio, rogatus a Dominico V. H. suprascribio venditore ipso praesente testis subscripsi, & suprascriptum pretium quadraginta solidos ei in praesenti traditos vidi, qui mei

C

15..... signum fecit Reparatus V. C. Praepositus Cursorum Dominicorum his instrumenti portionis suprascribti fundi Domucilii cum aedificio, & Centum viginti quinque appellatur in integro, rogatus a Dominico V. H. suprascripto venditore ipso praesente testis subscripsi, & supradictum pretium quadraginta solidos in praesenti traditos vidi, qui mei praesentia signum fecit. Paulus V. C. Argentarius his instrumentis portionis fundi Domicilii cum aedificio, vel Censum Viginti quinque appellatur, rogatus a Dominico V. H. supra scribo venditore ipso praesente testis subscripsi, & supradictum pretium quadraginta solidos ei in praesenti traditus vidi, & mei praesentia signum fecit.

D

Paulus V. C. Monitarius his instrumentis portionis supra scripti fundi Domicilii cum aedificio, vel Censo, qui Vigintiquinque appellatur, rogatus a Dominico V. H. supra scribo venditore ipso praesente testis subscripsi, & supra dictum pretium ei in praesenti traditus vidi. Ego Vitalis V. C. Silentarius his instrumentis portionis supra scripti fundi Domicilii cum aedificio, vel Censo, qui Vigintiquinque appellatur, rogatus a Dominico V. H. supra scribo venditore ipso praesente testis subscripsi, & supra dictum pretium ei in praesenti traditus vidi.

E

Ego Remulus V. C. Silentarius his instrumentis portionis fundi domicilii cum aedificio, vel Censum, qui Vigintiquinque appellatur, rogatus a Dominico V. H. supra scribo vendito ipso praesente testis subscripsi, & supra dictum praetium qua-

Ex Editione March. Maffei.

edificio, quem ex fundi, qui appellatur Centum..... idem (item) portionem suam omnem in integro, cum omnibus ad se pertinentibus: a quo omnem praetium placitum & definitum in praesenti percipi (percepi), auri solidos quadraginta, ut tenor continet instrumentorum, que apud Ravennati urbe confecta sunt; & quia solvi (solvit), traditio ei detur. Ideoque Domini praedicaviles accepta hanc epistulam meam..... dignatur quolibet modo aut quolibet tempore, quando eidem emperori placuerit, solemnum traditionem celebrari, ut agnoscat ad se..... omnia pertinere: nomen quoque meo ex apodypticis publicis eximi faciat, & nomen ss emptoris in loco prosterni faciat. Quam epistulam traditionis debet mutatio (de immutato) dominio Stefano v b For (Forensi) Rogatario meo scribendam dittavi, in qua subter manu propria signum feci, & testes ut subscriberent convogavi, & ad vos direxi. Sub die II. Nonarum Januariarum, Indictione tertia, sexies p c (post Consulatum) Paulini jun (junioris) v c.

Signum Domini v b ss venditoris litteras nescientis.

Item subscriptio testium Florus v c huic epistulae traditionis fundi Domicilii cum edificio, vel Censum, quod Viginti & quinque appellatur, rogatus a Domino v b ss venditore ipso praesente testis subcripsi.

Reparatus v c Praepositus Cursorum Dominicorum huic epistulae traditionis portionis fundi Domicilii cum edificio, vel Centum viginti & quinque appellatur, rogatus a Domino v b ss venditore ipso praesente testis subcripsi.

Paulus v c Argentarius huic epistulae traditionis portionis fundi Domicilii cum edi-

A

Lectione Jacobi Grimaldi.

B

quadraginta solidos ei in presenti traditus vidi, & mei praesentia signum fecit. Item inferendam Epistulam traditionis data ad Municipes Civitatis Fa- ventinae DOMINIS PRAEDICAVI- LIBUS & colendis parentibus Defensori Magistris quibuslibet cunctoque Ordini Curiae Civitatis Fa- ventinae Dominicus V. H. salutem. No- veritis Ravennae me jure optimo & propria voluntate legibus distractuisse, & distracti Montano V. C. Notatio Sacri Vestiarii dem, id est omnem portionem meam mihi competentem ex fundo, cui vocabulum est Domicilius cum aedificio,

C

quam ex fundo, qui appellatur Centum, idem portionem suam omnem in integro cum omnibus ad se pertinentibus, a quo omnem praetium placitum & definitum in praesenti percipi auri solidos quadra- ginta, ut tenor continet instrumentorum, quae apud Ravennati Urbe confecte sunt, & quia sola traditio ei deest, ideoque Domini praedicaviles accepta hanc epi- stulam meam lau dignavitur quolibet modo, aut quilibet tempore, quando ei- dem emperori placuerit solemnum traditionem celebrari, ut agnoscat ad se deinceps omnia pertinere nomen quoque meo de polyptericis publicis eximi faciat, & nomen superscripti emptoris in loco prosterni faciat. Quam epistulam traditionis de immutato dominio Stephano V. H. forx (forum) rogatario meo scriben- dam dittavi, in qua subter manus pro- pria signum feci, & testes ut subscrive- berent convogavi, & ad vos direxi sub die tertia Nonarum Januariarum, Indi- cione tertia, sexies P. C. Paulini Ju- nioris V. C. huic epistulae traditionis fundi Domicilii cum aedificio, vel Cen- sum, quod Viginti & quinque appella- tur, rogatus a Domino V. H. ss ven- dite-

D

E

Ex Editione March. Maffei.

edifisio, vel Censum, quod Viginti & quinque appellatur, rogatus a Dominico v b ss venditore ipso praesente testis subscripsi.

Mag d. (Magistratus dixit.) Lecta instrumenta venditionum, simulque & epistulam traditionis in actum..... secundum petitionem Montani v c perfundi nunc de praesenti Firmilianus Ursus, Flavius Severus jun vv ll (junior, viri laudabiles) Principales, una cum Deusdedet Exc (Exceptore) ad Dominico v b.... ut dum eidem instrumenta venditionum, una cum epistulam traditionum ostense reliquaque fuissent, si que facta esse cognoscet, ei quid responsi dederit, actis renuntietur. Et q (quum) ad Dominicum v b venditore itum fuisset, & paulo post regressum, public... pp qq ss (praesentibus quibus supra) Firmiliano Urso & Flavio Severo jun vv ll Principalibus, sed & Deusdedet Exceptori dixerunt. Sicut praecepit gr va (gravitas vestra) perverimus ad Dominicum v b ss venditore; cuique dum a novis eidem instrumenta venditionis, simulque & epistulam traditionis ostense reliquaque fuissent, ita dedit responsum: se easdem Stefano v b post scribendas dictasse, & ipse in eisdem subter signum fecisse, testesque qui iniivi suscriperunt ipse conrogasse professus est.... quibus se distractuisse & distractus, adque tradidisse & tradidit his idem Dominicus v b eidem Montano v c Notario Sacri Vestiarii sub duplariae rei evellionis (evictionis) nomine, & rei quoque melioratae, omniaque textus ipsorum instrumentorum venditionem, vel epistulae traditionis ad singula tenor continent scribura. Quare etiam gestis.... gr va allequid (Gravitas vestra aliquid) desiderat his actis profitemur.

Tom. VI.

Mag

A

Leorio Jacobi Grimaldi.

ditore ipso praesente testis subscripsi. Reparatus V. C. Praepositus Curorum dominicorum huic epistulac traditionis portionis fundi Domicilii cum aedificio, vel Centum, quod Viginti & quinque appellatur, rogatus a Dominico V. H. supra scripto venditore, ipso praesente testis subscripsi. Paulus V. C. Argentarius huic epistulac traditionis portionis fundi Domicilii cum aedificio, vel Centum, quod Viginti & quinque appellatur, rogatus a Dominico V. H. supra scripto venditore, ipso praesente testis subscripsi XXX.

B

C

D

E

Mz d. (Magistratus decrevit.) Lecta instrumenta venditionum, simulque & epistulam traditionis in acta megragrunt, & adliter secundum petitionem Montani V. C. pergant nunc de praesenti Firmilianus Ursus, & Flavius, Severus Junülli principalibus, sed & Deusdedet, Exceptore ad Dominico V. H., ita ut dum eidem instrumenta venditionum, una cum epistulam traditionis ostense, reliquaque fuissent, si a se factas esse cognoscet, vel quid responsi dederit actis renuntietur, utqs ad Dominicum V. H. suprascripto venditore itum fuisset, & paulo post regressum ad publicum pp qq ss Firmiliano Urso, & Fl. Severo Junülli principalibus, sed & Deusdedet Exceptor dixerunt, sicut praecepit Ravu perverimus ad Dominicum V. H. suprascriptum venditorem, cui que dum a novis eidem instrumenta venditionis, simulque & epistulam traditionis ostense, reliquaque fuissent, ita dedit responsum se easdem Stephano V. H. sorx scribendas dictasset, & ipse in eisdem subter signum fecisset, testesque qui iniivi suscriperunt ipse conrogasse professus est, pro quibus se distractuisse & distractus, & tradidisset & tradidit hisdem Dominicis

E e

nicius

Ex Editione March. Maffei.

*Mag d Capta responsionem (respon-
sione) praesentum Firmiliani Ursi, &
Flavii Severi jun vv ll Principalium,
pariterque & Deusdedet Excep (Excep-
toris), quid nunc amplius desideratur?
Montanus v c Notarius Sacri Vestiarii
dixit. Quoniam omnia ordine suo, que
ad firmitatem ipsorum instrumentorum
venditionum, vel epistulae traditionis...
pertinebat, rite ademplita sunt, ideoque
peto gratiam optimi Mag. ut gesta mibi
propter monimen meum a competenti offi-
cio edi jobeatis ex more. Pompilius
Plautus Mag. dixit: ut petisti Chartas
tibi propter monimen tuum a competenti
officio dabuntur ex more.*

*Pompilius Plautus..... rogatus.....
gesta apud me habita recognovi.*

*Flavius Florianus v c his gestis a-
pud nos habitis subscripsi.*

*Firmilianus Ursus v l his gestis apud
nos habitis subscripsi.*

*Flavius Severus jun v l his gestis
apud nos habitis subscripsi.*

*Quiriacus..... v b his gestis a-
pud nos habitis subscripsi.*

*Deusdedet Exceptor Civitatis suae his
gestis edidit rogatus.*

Contendit magnus Annalium Ec-
clesiasticorum parens, Belisarius An-
no Ch. 540. neque antea, potitum
Ravennam fuisse, cui etiam subscriptit
Bacchinius in Notis ad Agnelli Li-

A

Lectione Jacobi Grimaldi.

*nicus V. H. eidem Montano V. C. No-
tario Sacri Vesterii sub duplariae rei e-
vectionis nomine, & rei quoque melio-
ratae ea omnia, quae textus ipsorum in-
strumentorum venditionum, vel epistulae
traditionis ad singula tenor continent
scribuita, quas etiam gestis is Ravu al-
legare desiderat, his actis profitemur.*

*Mz d. accepta responsione praesentium
Firmiliani Ursi, & Fl. Severi Juniiulli
principalium, pariterque & Deusdedet
Exceptoris, quid nunc amplius fieri de-
sideratur? Montanus V. C. Notarius Sa-
cri Vesterii dixit. Quoniam omnia or-
dine suo, quae ad firmitatem ipsorum
instrumentorum venditionum, vel epistu-
lae traditionis rubor pertinebat, rite a-
demplita sunt, ideoque peto is Ravu opti-
mi Magistratus, ut gesta mibi propter
monimen meum a competenti officio edi*

C

jubeatis ex more.

POMPILIUS PLAUTUS Mz di-
xit, ut petisti gesta tibi propter moni-
men tuum, a competenti officio dabuntur
ex more.

*Pompilius Plautus Magestratus gesta
apud me habita recognovi &c.*

*P. Flavius Florianus V. C. his ge-
stis apud nos habitis subscripsi, ea ppa.*

*P. Firmilianus Ursus. u. Z. his ge-
stis subscripsi &c.*

*† Fl. Quiriacus Juniius his gestis a-
pud nos habitis subscripsi &c.*

*¶ Flavius Severus Juniius his gestis
apud nos habitis subscripsi &c.*

*Deusdedet Exceptor Civitatis Raven-
nae his gestis editis &c.*

E

*brum Pontificalem, Par. I. Tomi II.
Rer. Ital. Contra Hieronymus Ru-
beus Lib. III. Hist. Ravenn. ac deinde
Pagius in Crit. Baron. ad An.
540. scribunt, Ravennam Anno 539.
obsi-*

obsidione pressam, eo ipso Anno in ditionem Augustorum rediisse. Hoc idem ex hac ipsa Philyra ediscere possumus: ea quippe scripta fuit pacis tempore, & obsidione solutâ quum Ravennates viri, & Faventini Municipes, idest Decuriones, & Magistratus illius Urbis die II. Non. Januar. Indict. III. hoc est ineunte Anno ipso 540. summa cum animi tranquillitate suis negotiis vacarent, suoque munere fungerentur, & liberum inter se commercium exercent: quod certe turbulentissimis belli temporibus, atque oblessâ Civitate praestari non poterat. Clariss. Marchio Mafsejus alteram Papyrus e Vaticana Bibliotheca produxit, mutilam quidem, sed quae adhuc hasce voces retinet: *IM diae & Quinquies P. C. Ravennae.* Has ille interpretatur *Quinquies post Consulatum Paulini Junioris*, hoc est Anno Ch. 539. Verum Annus ille inter maximas angustias a Ravennatibus exactus vix locum contractibus, ac interpretationi huic relinquit; ac praecipue si per literas illas *IM.* Imperatorem Ravennae dominantem significari velis, quum totum ferme Annum 539. Gothis Ravenna servire perrexerit. Quare tuitius Instrumentum illud referas ad Annum Ch. 546. signatum *Quinquies post Consulatum Basili V. C.* Immiserius, quum tota Charta illa scateat Linguae Latinae naevis, ut remotior quam ceterae videatur ab ejusdem puritate. Annus Ch. 570. signatus est *V. post Consulatum Justini Iun. Aug.* Et Annus 587. *V. post Consul. Mauricii Tiberii.* Itidem Annus 607. *V. post Consul. Focae Aug.* Et Annus 615. *V. post Consul. Heraclii Aug.* Et Annus 646. *V. post Consul. Constantis Augusti.* Alios Annos omitto eodem Saeculo VII. habentes *V. post Consu-*

A latum, ad quos Charta illa pertinere potuit.

Ad rem nostram quod attinet, Chartam nuper editam legens, sentire potuisti, quo in loco esset vel apud doctos Ravennae & Faventiae An. Ch. 540. fortuna Linguae Latinae. Parum tamen hoc est. Deteriorem Linguae Latinae conditionem longe etiam antea deprehendas in Formula, edita a Baluzio Lib. VI. Miscellan. pag. 546. Haec scripta *Honorio & Theodosio Consulibus*, ac propterea, uti veri videtur simile, Anno Ch. 422. Quanta ibi sit elegantia sermonis quamquam a Causidico aut Notario quopiam literis consignatam opinari fas sit, accipe. Ob hoc igitur ego ille, & conjux mea illa commanens orbe Arvernus, in pago illo, in villa illa. Dum non est incognitum, qualiter Cartolas nostras per hostilitatem Francorum in ipsa Villa illa manso nostro, ubi visi sumus manere, ibidem perdimus; & petimus, vel cognitum faciemus, ut qui per ipsas stromentas & tempora habere noscuntur possessio nostra, per hanc occasionem nostrorum pater inter epistolas illas de manso in ipsa Villa illa, de qua ipso atraximus in integrum, ut & vindex ista omnia superius conscripta, vel quod memorare minime possimus Judicibus brevis nostras spondiis incolacionibus, vel alias stromentas tam nostris, quam & qui nobis commendatas fuerunt, hoc inter ipsas Villas suprascriptas, vel de ipsas turbas ibidem perdimus. Et petimus, ut hanc contestaciuncula seu plancturia per hanc cartolas in nostro nomine collegere vel adfirmare deberemus. Quo ita & fecimus ista Principium Honorio & Theodosio Consulibus eorum ab hostio sancto illo Castro Claremunte per triduum habendi, vel custodivimus, seu in mercato publico, in quo ordo Curiae duxerunt,

aut Regalis, vel manuensis vester, aut personarum ipsius Castri, ut cum hanc contestaciuncula seu planturia juxta legum consuetudinem in praesentia vestra relata fuerit, nostris subscriptionibus signaculis subvoborare faciat; ut quocumque perditiones nostras de supra scripta per vestra confirmatione justa auctoritas remedia consequatur, ut nostra firmitas legum auctoritas revocent in propinquietas. Quod si Magistratus ac Notarii, quos prorsus indoctos ac ineruditos fuisse arbitrari non licet, toties impingebant in Latine scribendo: quid a rudi ac ignaro vulgo tunc factum non intelligamus? Nam uti S. Isidorus habet Lib. I. Orig. unaquaeque gens facta Romanorum, cum suis opibus virtutia quoque & verborum & morum Romanam transmisit. Quod idem ab eo repetitum videoas Lib. 9. Cap. I. At inquires, Anno 540. jam Gothi Italiiam invaserant, ac Ravennae potissimum sedem fixerant suam: quare nil mirum, si a sua puritate dejecerunt in iis monumentis jam Latinum sermonem offendimus. Sed frustra id mihi ingemines. Vel ante Gothorum irruptionem, eorumque in Italia Regnum, antiqui lapides testantur, quanta jam barbaries in Latinam Linguam irrepsisset. Et sane

A Soloecismos & Barbarismos in plebejis praeципue Inscriptionibus, quae Saeculo Epochae Christianae Quarto & Quinto efformatae fuere, ego tibi complures ostendere possem, si Gruterum, Reinesium, Sponium, ac Fabrettum, celebres earum Collectores, deflorare animus foret. Sed abstinebo; satis enim in ejusmodi studio expatiatus est Celsus Cittadinus Senensis in Lib. de Orig. Linguae nostrae. Mabillonius quoque Cap. 3. pag. 15. Supplem. de Re Diplom. idem nonnullis exemplis confirmavit. Temperare tamen mihi non possum, quin huc testem advocem Cl. V. M. Antonium Boldettum Canonicum Romanum, qui in egregio Opere de Coemet. Martyr. Lib. II. Cap. VIII. marmora multa profert erroribus undique scatentia. Eorum certe pars in indoctos marmorarios, aut alienigenas rejicienda est; sed non levis etiam in corruptam eo tempore vulgi Linguam, idque in ipsa Urbe, hoc est in sacrario Latinitatis. Apud eum hoc epitaphium, effossum in Coemeterio Sanctae Helenae, & spectans, uti veri videtur simile, ad tertium aut quartum Epochae vulgaris Seculum, legitur Lib. II. Cap. VIII. pag. 433.

TERSU. DECIMU. CALENDAS. FEBRARAS
DECESSIT IN PACE QUINTUS ANNORO
OCTO MENSORUM. DECE. IN PACE.

In altera vero Inscriptione pag. 410. occurrit

MARTIUS ANNORUM III. ET MESORUM VII.

Ita apud Malvasiam Marm. Felsin. pag. 571.

GAUDENTIUS IN PACE QUI VIXIT ANNIS XX.
ET VIII. MESIS CINQUE. DIES BIGINTI.
ABET DE POSSONE X. KAL. OCTOBRES.

E Coe-

E Coemeterio Castuli eduēta fuit Inscriptio haec, eamque rursus in suum Librum intulit Fabrettus Cap. VIII. pag. 573. Vidisti *Tersu Decimus* pro *Tertio Decimo*. Vide etiam apud Fabrettum Cap. I. pag. 53. Inscript. Antiq. Romani Ethnici Epitaphium, in quo est **LONGU, LATU, COEPTU**, pro *Longum, Latum, Coeptum*. Qui mos non tunc invectus, quippe apud antiquissimos Poëtas Ennium &c. usi-

A tatus. Quare in rudis vulgi Inscriptiōibus, vel ipsis vetustioribus Seculis, Quadratiorum quidem errores non raro offenditius; sed saepius vulnera sunt Linguae apud populum corruptae, Barbarismi & Soloecismi illic a nobis deprehensi. Adfert doctissimus Gorius Tom. I. Inscript. Florentin. pag. 429. marmor his verbis B inscriptum.

TI. LATINIUS TI. L.....

AGRASIA TI. L.....

HOC. MANSUM. VENI. IIII. K. SEPT....

P. SULPICIO C. VALGIO RUFO....

CONSULIBUS.

Haec adnotat Antonius Salvinius: *Hoc Mansum veni. Fortasse pro VENIT, idest VENIIT (venditum fuit) MANSUM, idest Curia: vox barbara Mansum regale. Vide Du-Fresnum in Glossario.* Verūm Latinis ignota plane fuit vox Mansum, seu *Mansus pro agro*, usurpata deinde Saeculis barbaricis, & originis fortasse Germanicae. Proinde veri mihi videtur similius, interpretationem aliam esse ibi adhibendam, ut *hoc mansum veni sit, hoc mansum veni* (*Italice son venuto, o venuta a star qui*) formā dicendi e trivio sumtā. At in hac re prae ceteris curiositate dignum est, quod subdam. In Dissert. XXVI. de *Militia* animadverti *Urbicum*, Graecum hominem, Tacticorum, sive rei Militaris auctorem, floruisse circ. An. Ch. 500. sub Anastasio Augusto. Ejus Libri adhuc supersunt, sed luce destituti. Fabrettus Cap. V. pag. 390. Inscript. Antiqu. e Mediceo Codice verba adfert, quibus olim Duces, sive Tribuni Romani, mandata militibus dabant. Latinae sunt *voces cha-*

C racteribus Graecis scriptae **СЛАЕН-
ТО МАНДАТА КОМПЛЕ-
ТЕ. НОН ВОГ ТОYPBATIC.
ОРДИНЕМ СЕPBATE. БАН-
ДОУМ СЕKYITE НЕМО ΔΕ-
МИТТА БАНДОУМ. ЕТ И-
НИМИКОС СЕKE.** Id est *Silentio
mandata complete. Non vos turbatis;
Ordinem servate. Bandum (id est Ve-
xillum) sequite. Nemo demittat Ban-
dum. Et inimicos seque. Audis-ne Ban-
dum sequite, & inimicos seque?* Itali-
cam in his Lingam sentis. Seguite
pro *Sequimini*; Segue pro *Sequere*. Non
vos turbatis pro *Ne vos turbate*, aut
Ne vos turberis. Atque heic occurrit
mihi Alciatus Legum celeberrimus
Interpres in suo Antiquario, quod
manu exaratum adservat Ambrosiana
Bibliotheca, ubi haec scribit. *Ме-
диолани in Sanctae Valeriae aedicula tu-
mulus Contii conspicitur, qui se Biboar-
cham ridiculo nomine inscripsit. Injuriam
quidem vetustatis est semisarcus, sed post
tot Secula hunc in modum legi potest.*

B. M.

B. M.

EGO CONTIUS

ME BIBOARCHA

FECI.

Sed virum oculatissimum heic sua a-
cies defecit; non enim animadvertisit,
quantum a Latii puritate atque ortho-
graphia recesserit Italicum vulgus post
Constantinum Magnum, quo tempo-
re haec Inscriptio enata videtur. Il-
lius auctor *bibo pro vivo* posuit, Nea-

A politanorum more, de quibus faceta
illa exclamatio:

Felices, quibus vivere est bibere.

Saepe etiam in Christianorum, ipso-
rumque Ethnicorum titulis vetustis
occurrit haec formula SE BIBO, BI-
BERE, SE VIVVS, SE BIVVS, &
horum similia non sine Soloecismis.

B Ac proinde nihil aliud heic dicitur,
nisi Contium *se vivo*, hoc est viven-
tem sibi *Arcam* sive tumulum para-
sse. Apud Turrigium Par. II. pag. 414.
de Crypt. Vatic. legitur Inscriptio po-
sita Romae in aede Sancti Nicolai in
Carcere, digna sane quae legatur.



DE DONIS **DI** ET **SCE** **DI** GENITRICI MARIAE,
SCE ANNAE, **SCE** SIMEON, ET **SCE** LUCIE,
EGO ANASTASIU MAJORDOMU OFFERO BOBIS
PRO NATALICIES BESTRE BINEA TABULUM R. P.
IN PORTU, SEU BOBES PARIA II. JUMENTA, SU
PECORA XXX. PORCI XX. FURMA DE RAME LIBRAS
XXVI. LECTU SISTRATU IN UTILITATE PBR. (idest Presbyterorum)
SEU ALEO LECTO SISTRATO AT MANSIONARIIS
EQUI SEQUENTIBUS.



IC REQUIESCIT IN ANTE.

Nulla temporis, quo insculpta fuit
Inscriptio, nota occurrit; attamen
formula illa *de donis Dei* referenda
videtur ad Seculum Christianae E-
pochae VI. aut VII. uti ex aliis e-
xemplis ab Illustriss. Fontaninio al-
latis in Dissertat. de Disco votivo in-
telligi potest. Ita apud Bosium Rom.
Subterr. Lib. III. Cap. IV. haec In-
scriptio Romana legitur: IC QUI-
SCET CUTINUS IN PACE QUI

C VIXIT ANUS PM. XXC MC. DE-
POSIT. ONORIO ACUSTOC. LAU-
RENTIUS AMICUS DOLISI SCRI-
BET. Haec circiter Annum Ch. 396.
scripta. Mutinae & apud Insubres
Mercurii dies nunc appellatur Merco-
re secunda syllaba brevi. Quam an-
tiqua sit ejus nominis corruptio, pro-
der Inscriptio An. 1675. Mediolani
effossa

HIC

HIC REQUIESCIT VIT.....
 LES SEMA QVI VIXIT AN...
 PL. M. IIII. ET BENENAT....
 QUI VIXIT AN. PL. M. IIII.
 D. PRIDIE IDUS AUGUSTAS
 DIE MERCURIS DD. NN.
 TEUDOSIO XI. ET VALENIA
 NO PUERO FLORENTISSIM
 O CE SARE

Pertinet Inscriptio ad Annum Ch. 425. Pariter in Inscriptione reperta in Coemeterio Romano Priscillae, atque edita a Boldetto Lib. II. Cap. III. de Coemet. Martyr. legitur DOMITIA &c. DEFUNCTA EST IDUS MAZAS.

Interea sat nosse potuimus, quanta olim fuerit corruptio Linguae Latinæ in Italia, immo & in Urbe ipsa, ita ut per ipsa quinque priora Secula a Christo nato non solum a primaeva pulchritudine ipsa defecerit, sed etiam barbariem quamdam, sive exoticum colorem, apud vulgus contraxerit, tum quod ad eam inficiendam diversarum gentium colluvies in Urbem dominam ante ipsos Barbaros confluxerat, tum etiam ob ipsarum Linguarum naturam, quae mutationi apud rudem populum quotidie obnoxiae sunt. Hoc antea Sanctus Hieronymus nos monuit. Quod si in ipsa Urbe, & felicibus Seculis, Quintilianus testatur Lib. I. Cap. 6. *vulgo imperitos barbare loquutos, & Tota saepe Theatra, & omnem Circi turbam exclamasse barbare:* quanto frequentius & gravius id factum putemus Saeculo Quinto, quo vel ipsum Romanum Imperium a Gothis, aliisque barba-

A ris populis concussum declinare mirum in modum coepit? Quanto plus etiam extra Urbem, atque in ipsis Italicas Provinciis, imminuta fuerit Latini sermonis dignitas, quando ne multa quidem praecedentium veterum Linguarum vocabula inde unquam avelli potuerant? Varrone teste Lib. V. de Lin. Lat. *Quiritare urbanorum est, Jubilare rusticorum.* Nempe suae voces erant rusticis, a civili sermone diversae. Lib. VI. idem Varro scribit: *In Atellanis (Fabulis) licet animadvertere, Rusticos dicere se adduxisse pro scoto pelliculam.* Infra idem: *In Atellanis Obsonium vocant Manducum.* Praeterea *Rustici pappum Massum, non Mesum, dicunt.* Audi nunc Pompejum Festum Lib. 16. de Verb. signif. *Orata genus pisces appellatur a colore auri, quod Rustici Orum dicebant, ut auriculas Oriculas.* Durat adhuc apud nos vox *Orata*, uti & *Oro* pro auro, atque alia hujusmodi nomina. Neque enim Galli tantum didicere AU. exprimere per O., sed & Veteres idem in more habuerunt. Priscianus Lib. I. *Transit quoque AU. in O. productum more antiquo: ut Lotus pro Lautus; Plostrum pro Plaustro; Cotes pro Cautes.* Ignota est Palladii aetas, qui nobis Commentarios de Re Rustica reliquit. At certe ante Seculum VI. floruisse videtur. Sunt autem illius verba Lib. 2. Cap. 1. *Ablaqueandae sunt vites, quod Itali excodicare vocant.* Si vera haec Palladii sententia, videat Cl. V. Marchio Johannes Polenius in elegantissima editione Frontini de Aquaeduct. an in lege a T. Quintio Crispino Consule, atque a Populo Romano latâ An. Ch. 44. difficultas occurrere possit: *Arbores, vites, vepres, fentes, ripae, maceriae, salicta, arundineta tollantur, excidantur, effodiantur, Excodicentur.* In aliis editioni-

tionibus erat *Excoricentur*. Si Latinorum vox minime fuit *Excodicare*, sed Italicorum, exoriri dubitatio potest, an rite ei locus sit factus in lege ac decreto Populi Romani, ac praeferum quum *Excodicare* non sit tollere, excidere &c. quod poscere lex ipsa videtur. Fieri tamen potest, ut Latinior vox quam putarit Palladius, *Excodicare* fuerit; atque ita sane legitur etiam in MSto Codice Frontini adservato in Estensi Bibliotheca. Interea vidimus ab antiquis Scriptoribus *Rusticos* & *Italos* a *Latinis* distingui, multaque vocabula in illorum ore perdurasse, quae in censum Romanae, sive Latinae Linguae minime veniebant. Cujus rei & alterum exemplum nobis suppeditabit *praelaudatus Sanctus Hieronymus Cap. IV. in Ezechiel.* Ibi haec ait: *Quam nos Vitiam* (nunc *Vezza* Mutinensis, *Vecchia Tuscis*) *interpretati sumus, Septuaginta, Theodotioque posuerunt ζαγης*, quam alii *Avenam*, alii *Sigalam* putant. *Aquilae autem prima editio, & Symmacius ζιας*, sive *ζιας* *interpretati sunt, quas nos vel Far, vel gentili Italiae Pannonicique sermone Spicam, Speltamque dicimus.* Vide, quanta olim foret disceptatio de illius leguminis nomine. Nobis diversa legumina sunt *la Vezza*, *la Segala*, *la Spelta*. Ad nos in praesentia quod attinet, antiquitatem vocis *Spelta* videamus, quae adhuc apud nos perdurat, uti & apud Germanos, qui *Spelz* dicunt. Hanc autem non a *Latinis* acceperunt regiones istae, sed ab ipsis *Italiae incolis*, qui ante Romani Imperii propagationem heic habitabant, ac dominabantur. Quare intelligas, vel post additam *Romanae Reipublicae Galliam Cisalpinam*, quam *Italianam* Saeculo Ch. Quarto appellare mos fuit, gentem hanc quibusdam

A peculiaribus ac vetustissimis vocibus suis uti perrexisse. Ita *Parenti* nunc nobis appellantur *Cognati*, *Affines*: quod minime Latinum est. Idem *Sanctus Hieronymus Lib. 2. Apol. ad Rufinum*, vocem hanc suo quoque tempore in usu fuisse testatur, scribens: *Nisi forte Parentes militari Vulgarique sermone Cognatos & Affines nominat.* Et *Sanctus Gaudentius Episcopus Brixianus Sancto Hieronymo synchronus in Serm. II. ad Neophytorum Brodium pro Jure carnium elixarum memorat*, scribens: *Ut immaculatus Dei Agnus hostiam mundam tradiceret, sine unctione, sine sanguine, sine Brodio, id est jure carnium &c.* Attamen *Glossema a quopiam appositum heic fuisse merito animadvertisit V. Cl. Paulus Galleardus Canonicus Brixianus in elegantissima editione Operum Sancti Gaudentii.* Sed quot deinde putes novorum verborum agmina in Linguam devictae Italicae gentis illata fuisse a Septentrionalibus populis, qui heic per tot annos infondere tanquam in proprio solo?

B C D E Itaque poscat aliquis, quo revera Seculo tanta acciderit Latini sermonis perturbatio, & tanta peregrinitas inventa in voces, in phrases, in syntaxim, & in reliqua ejus viscera, ut inde nova Lingua emergerit, quam nunc *Italicam* appellamus, in varias Dialetos divisam, sed ab *Italis omnibus intellectam*. Id sensim factum; immo ab ipsis vetustioribus Seculis arcessenda corruptionis hujus origo est. Censuit autem doctissimus vir concivis meus *Ludovicus Castelvetrus in Additam. ad Bembi Libros de Lingua Vulgari, Langobardis in Italia regnantibus*, potissimum accidisse, ut *Latina Lingua antea corrupta, & a novis hisce hospitibus amplius foeda evaserit in alteram Linguam.*

Verum quae vulnera sub Langobardis inficta fuerint antea dominantis Linguae Latinae, is tantum nobis explicare posset, qui iis temporibus vivens memoriae prodidisset, quali & quam vitiato sermone tunc Italiæ populi uterentur. Incompertum sane est, ne dicam falsum, eo praeceps tempore, quo Gothi & Langobardi in Italia dominati sunt, natam, atque ad culmen suum perdustram suisse Vulgarem Italicam Linguam, quam ad exprimendas cogitationes nostras nunc usurpamus. Complurium Seculorum opus ista mihi creditur, & quo longius a Romanorum aeo abibant homines, eo etiam plus ab eorum Lingua discessere. Ceterum a veri similitudine minime abhorret, sub eorumdem Langobardorum imperio adiectam non leviter fuisse Latinae Linguae corruptionem. Tunc immanis turba promiscui sexus, Germanicam Linguam a teneris unguiculis edocta, in Italiam effusa est, & Provinciis fere universis dominari coepit. Didicere illi quidem debellatae gentis Linguam, utpote dulcirem, & nimis altis radicibus stabilitam; nam ut ut exhausta habitatoribus tunc Italia fuerit, longe tamen major Italicorum superstitem, quam Langobardorum novorum hospitum numerus fuit. Didicerunt, inquam, sed ita ut nova ipsi quoque vocabula in sermonem Italicum infulerint, & ad immutandam gravius quam antea pronuntiationem & desinentiam Latinarum vocum, inscitâ potissimum ubique grassante, operam suam & ipsi contulerint. Quod certum est, non immerito barbaricis iis Saeculis tribuere in primis licet nonnullos Linguae nostrae usus a Latinorum sermone diversos.

Tom. VI.

A Exempli gratiâ quum apud Langobardos, Germanicae originis populum, vigerent Articuli nominibus praepositi, facile hunc usum aemulati Itali, coepere & ipsi Articulis locum dare in patria Lingua, hoc est adhibere *Il*, *La*, *Lo*, *Le*, *Li*, *I*. Quod quomodo factum fuerit, Castelvetrus nuper memoratus Etymologiarum acutissimus investigator, primus recte excogitasse videtur, atque ex eo postea in suum Opusculum de Orig. Linguae Vulgaris derivavit Celsus Cittadinus. Videlicet ex Latino pronomine *Ille*, *Illa*, *Illi*, *Illae*, Italici Articuli sensim manarunt. Vultus enim quum exempli caussa dicere soleret, *illo caballo*, *illa asta*, *illae feminae*, abiciens primam, aut alteram pronominis syllabam, tandem dicere incepit compendii caussa *il cavallo*, *lo cavallo*, *la asta*, *l' asta*, *li cavalli*, *i cavalli*, *le femmine*. Quam Castelvetri sententiam egregie confirmat pronomen *Loro*, sine dubitatione efformatum ex *Illorum*, sublatu nempe *IL*. Idem quoque confirmare possunt Litaniae sub Carolo M. circa Annum 790. scriptae, atque evulgatae nostris diebus a Clarissimo Mabillonio inter vetera Analecta pag. 171. novissimae editionis: quod etiam animadvertis Du-Cangius in Glos. Lat. ad vocem *lo pro ille*. Ibi a populo acclamatum legitur: *Adriano Summo Pontifice & universale Papae vita (pro Pontifici & universalis) Redemptor Mundi. Tu lo adjuva.* Ita legit Du-Cangius, at in nuper memorata editione habetur: *Tu lo juva.* Idem in subsequentibus precibus repetitum videoas, uti & *tu los juva*, quum in plurali loquuntur. Quae certo indicant, ex *tu illum juva* efformatum primo fuisse *tu illo juva*, at tandem *tu lo juva*. Exemplum alte-

F f

rum

rum exhibuit nobis Campius in Append. ad Tomum I. Hist. Eccles. Placentinae pag. 455. videlicet in Diplomate Caroli M. Augusti, spectante ad Annum Ch. 808. ubi legimus: *Inde percurrente in la Vegoila, ex alia vero parte de la Vegoila usque Castellioni &c.* Vetusta etiam Secula pro Illi Dativo, ut ipsum ab Illi Nominativo distinguerent, invexisse videntur Illi, unde postea effluxit Lui: quae vox occurrit in Formulis antiquissimis Marculfi Lib. I. Cap. XVII. ubi haec verba: *Sicut constat, antedicta villa ab ipso Principe memorato lui fuisse concessa.* Bignonius tamen & Menagius non immerito ab Illius efformatum putant Lui. Ceterum Mutinenses aliquique Lombardi dicunt Sti servitor, sti cavai, sta carrozza, pro Ilti, Ista, hve, ut Italica Lingua habet, Questi, Questa. Quid autem moverit Italicam, Gallicam, & Hispanicam gentem ad ejusmodi Articulos addendos nominibus, quibus Latina Lingua caret, exemplum, ut dixi, populorum Borealium fuit in finu suo habitantium. Audiebant enim Meridionales populi, Latinorum filii, Gothos, Langobardos, Francos adhibere particulas rem aliquam certam designantes, ac dicentes *Der Koenig*, idest *Hic Rex*; *Die Frau*, *Haec Mulier*; *Das Grab*, *Hoc Sepulcrum*, cum variatione aliqua in casibus ac in numero plurali. Quare & ipsi Lo, La, Li, coeperunt dicere pro Ille Rex, Illa Mulier, Illi milites &c. Ita & Galli usurpare coeperunt Le, La, Les &c. & Hispani El, La, Los &c. Multi quoque ex Graecis & Arabibus Italiam, ac Regna Christianorum Meridionalia incolebant. Notissimum vero est, Graecis suos Articulos esse. Sed & Arabes Al habent, idem illis, ac nobis Il, La, Lo (& Hi-

A spanis El) significans. Matthaeus Silvaticus in Pandectis Medicinae Anno 1317. scriptis ait: *Al & El articulus apud Arabes significat id, quod apud nos vulgariter addimus praeponendo nominibus La, Le, Li, Lo.* Arabicus autem articulus Al mihi videatur a Tuscis servatus adhuc in voce Altalena (*Dinigata* Mutinenses appellant, peregrino sane vocabulo) significante ludum puerorum, sedentium videlicet super tabulam suspensam inter duos funes, quam undulare faciunt. Ita ludum hunc describunt Florentini Vocabularii Scriptores. Sed iis addendum fuit, ludum hunc etiam a pueris confici, sedentibus utrinque super tabulam librataam super trabem, atque ita dispositam, ut quum unum tabulae caput deprimitur, alterum erigatur. Haec prima ludi institutio, atque inde nomen Altalena, ex Latino *Tolleno*, *Tollenonis* (quod & Menagius recte antea animadvertisit) praeposito fortassis articulo Al Arabum more, nempe *Alt-Tolleno*, sensim corruptum, & conversum in *Altalena*. Quae animadversio dubitationem ingerere potest, an articulos nostros ex Arabica Lingua majores nostri fuerint mutuati. Qui etiam nunc nobis est Il, apud veteres non raro El fuit, quo El Arabes usos, nuper nos docuit Matthaeus Silvaticus. Sunt qui putant (atque inter eos Bouhoursius in Entretien II. d' Ariste) Articulos nullos fuisse Gallicae Linguae usque ad finem Saeculi IX. An certa sit illius sententia, ex inopia monumentorum veterum Gallicae Linguae, nemo facile decernat; uti neque nos innuere possumus tempus, quo in nostram Linguam Articuli iidem investi fuerint. Quod etiam ad nomina indefinita indicanda nos usurpamus dicentes *Un Cavallo*,

una Città, ex Germanorum Lingua accepimus, cui est idem Articulus unitatis, nempe *Ein*, *Eine*, *Uno*, *Una*, ad reliquorum fere Occidentalium Linguas propagatus. Articulos autem, ac Signa casuum non immerrito censebat amicus olim meus Hubertus Benvoglientus, ex necessitate quapiam in Linguam nostram inventa; ea quippe declinationibus caret, ac diversitate casum, ita ut nisi particulae istae accederent, non levis in sermone confusio consequeretur. Id quod, ut ille ait, jamdiu animadvertisit *Bartholomaeus Benvoglientus*, qui sub Pio II. Pontifice Praepositi munere functus est in Cathedrali Senensi, in *Libello de Analogia*, qui sine Auctoris nomine luci traditus postea fuit. Haec autem Signa casuum, hoc est *A. Di. De. Da* mutuata est Lingua nostra a Latino *At*, *Ab*, *De*, & partim etiam ex ipsa Germanorum Lingua. Idque est antiquissimum. In Charta Lucensi archetipa scripta Regnante *D. N. Carolo Francorum Rege & Langobardorum*, Anno Regni ejus in Dei nomine quod *Langobardiam coepit*, Quarto, Kal. *Julias*, Indict. *Quintadecima*, idest Anno 777. Ideo ego *Magnari filius Magnenti havitator in Paterno offero adque cedo a Deo omnipotenti*, & ad Ecclesia Monasterii Beati Sancti Reguli Martiris Christi, ubi Corpus ejus requiescit in loco qui dicitur *Waldo &c.* Nunc in Cathedrali Basilica Sancti Martini corpus illius Martyris honoratur. Vidisti offero a Deo omnipotenti, & ad Ecclesia &c. Italicum sentis, Offro a Dio onnipotente, e alla Chiesa &c. Ita da saepissime occurrit in aliis antiquis membranis. Quod & de aliis Latinis prae-positionibus & vocibus factum. Cum quoque evasit *Con*. In antiquissima Inscriptione Romana apud Turrigium

A Par. II. pag. 457. delle Grotte Vaticane haec verba sunt: LOCUS SERI-
NI SUBD. REGI. (idest Subdiaconi Regionarii) QUEM COMPARAVIT
AB ISPECIOSA ABBA (hoc est a Speciosa Abbatissa) CON TUTA CONGREGATIONE SUA. Animad-
verte jam tum immutatum Latinum Cum in Italicum *Con*, & Latinum
Tota in *Tuta*, unde Italicum *Tut-
to*. Ita Latinae voces sensim aliter inflexae, pronuntiatae, translatae ac distortae, in novas veluti voces no-
vae Linguae evaserunt. Cujus rei alterum exemplum dabo. In Legibus Alamannicis Cap. 45. Tom. I. pag.
69. Capitular. Baluzii occurrit *pau-
sare arma sua jofum*. Nunc dicimus posar giù le sue armi. Antiquum La-
tinorum vocabulum est *pausare* pro quiescere, quod postea vulgus transitum fecit. Praeterea Vossius Lib. 2.
Cap. 27. de vitiis serm. & Du-Cangi-
gius animadverterunt, vocem *jofum*, seu *jusum* (unde postea exiit nostrum *ginso*, *giù*, & Lombardice *Zò*) a San-
cto Augustino, a Notkero, ab Ignato Casinense, atque ab aliis usurpa-
tam fuisse. Menagius verò censet ef-
fluxisse illam a Latino *deorsum*: quod nescio an certum sit. Pergebant ni-
hilominus Itali veteres Lingua suam appellare *Latinam*. De Bulgaris in Beneventanam regionem translatis,
regnante Grimoaldo Langobardorum Rege, haec habet Paullus Diaconus Lib. V. Cap. 29. de gest. Langob.
Qui usque hodie quamquam & Latine loquantur, Linguae tamen propriae usum minime amiserunt. Appellat *Latini-
nam*, quae a Populis Apuliae tunc usurpabatur: quod & longe serius fecit Otto Frisingensis Lib. II. Cap.
XIII. Mediolanensisbus *Latini sermonis elegantiam tribuens*; immo fecere suis etiam temporibus, hoc est postremis

E

paene Seculis, Dantes, Petrarcha, Boccaccius, qui Italicam Linguam, Latinam appellarunt. Ita & Graeci recentiores maternam Linguam adhuc vocant *Graecam*; & Franci diu Romanam vocarunt Linguam Gallicam, quae nunc in usu est, ut infra animadvertiscas.

Itaque non immerito opinemur, praecipue sub Langobardorum regno Latinum sermonem, antea in barbariem multam prolapsum, gravius corruptum atque immutatum fuisse, ita ut faciem novae Linguae Lingua Italici populi tunc praeferre coeperrit. Nam quod nonnulli sensisse videntur, eam ipsam Italicam Linguam, qua nunc utimur, a Latina seu Romana adeo diversam, vel floriente Romani Imperii fortunâ, vixisse, somnium est nulla confutatione dignum. Immo ipsis quoque Langobardis regnantibus multum aberrat immutata majorum nostrorum Lingua ab ea facie, venustate, atque stabilitate, quam Seculo XIII. in ejus monumentis incipimus intueri. Siquidem vocibus Latinis passim, & cruditate undique adhuc scatabant; & nondum in eam penetrarant quamplurimae aliae voces a Francis, ac Germanis Italiâ potitis, tum a Normannis, Provincialibus, aliisque populis subinde in illam intrusae. Quod tantum suspicari non injuria possumus, temporibus Langobardorum & Francorum in Italia regnantium, ita immutata, dissimilisque ab antiquo Latinorum sermone evaserat Italicum Lingua, ut vulgus Latinam difficile jam tum intelligeret, multumque diversa a Latina appareret familiaris illorum Lingua. Huc, nifallor, referenda sunt Sexti Pompeji Festi verba, qui in Lib. de Verb. signific. haec refert: *Latine loqui a*

- A *Latio dictum est: quae locutio adeo est versa, ut vix ulla ejus pars maneat in notitia. Incerta & ambigua est aetas Festi; sunt tamen quae indicant eum floruisse ante Macrobius, & stante adhuc Latinâ Linguâ. Proinde ad eum referre hujusmodi verba nequam auderem, sed quidem ad Paulum Diaconum celebrem virum, qui post excisum Langobardorum Regnum diu etiam vixit sub Carolo Magno. Is enim Libros Festi in Epitomen contraxit, & multa de suo addidit. Ita ille revera scribere potuit, quem suo jam tempore Latinorum Lingua pessum iisset. Haec tamen verba a Merula, Lipsio, Morhofio, ac aliis laudata, in editis Festi Libris oculos meos effugere. Quod verò Latinae Linguae in Italia accidit, idem in Gallia ac Hispania temporibus iisdem factum animadvertere possumus. Ante Francos & Gothos, earum regionum vulgus minime puram Latinorum Lingua usurpabat; sed illam pronuntiatione corrumpens, ei propria sua vocabula immiscebatur. Quare Goths, qui Hispaniam, & Franci, qui Galliam invasere, populi & ipsi e Germania egressi, quum antea vitiatam, ac non leviter immutatam reperissent Linguam Latinam earum gentium, Gallicis etiam & Hispanicis antiquis vocabulis infectam, sensibilis in dies & ipsi ita corruperunt, ut inde novae due Linguae exsurrexerint. Attamen & Franci Vulgarem illam suam Romanam appellare non desierunt, quod a Romana originem traxerit, ut multis exemplis ostendit Du-Cangius in Gloss. Latino, & constat ex celebri jureamento Ludovici Germaniae Regis relatedo a Nithardo Lib. III. Hist. apud Du-Chefnius Tom. II. Hist. Franc. Proderit illud heic repetere; conceptum*

ptum quippe fuit Anno Ch. 842. A Romanā Lingvā, idest Vulgari, quae tunc apud Franco-Gallos erat in usu, ubi multa occurunt Italicae nostrae similia. Carolus autem Calvus Tenditē Lingvā suum protulit sacramentum. In minus eruditorum commodum en ejus juramenti verba. *Pro Deo amur, & pro Christiano populo, & nostro commun salvamento dist di in avant, in quant Deus savir & podir me dunat, si salvareio cist meon fradre Karlo, & in adiudha, & in cadbuna cosa, si cum om per dreit son fradre salvar dist, in o, quid il mi altre si fazet. Et ab Ludber nul plaid numquam prindrai, qui meon vol cist meon fradre Karle in damno sit.* Haec ita Latine reddidit Du-Cangius cap. 36. Praefat. ad Glos. Lat. *Pro Dei amore, & pro Christiano populo, & nostro commun salvamento in antea (ego potius redderem ab hac die in antea) in quantum Deus sapere & posse mibi dederit, salvabo (addendum puto ita salvabo) hunc istum meum fratrem Karolum, & in auxilio ero, & in unaquaque causa (idest re, Gallis chose, & Italica cosa) sicut homo per dictum (seu jus & rectum) suum fratrem salvare debet, in eo quod ille mibi alter ficeret (legit Du-Cangius in o, qui id in un' altre si fazet) & cum Lothario nullum placitum umquam capiam, quod mea voluntate huic isti meo fratri Karolo in damno sit.* En qualis tunc fuerit Romana, idest Vulgaris Franco-Gallorum Lingua, multo propior quam nunc Italicae nostrae. Anno quoque 860. pertractata est pax inter duos hosce Reges aoud Confluentes, cuius acta adfert Baluzius Tom. II. pag. 144. Capitul. Reg. Franc. ubi legas: *Haec eadem Domnus Karolus Romana Lingua adnuntiavit, & ex maxima parte Lingvā Theodisca recapitula-*

*vit. Et infra: Tunc Dominus Karolus iterum Lingvā Romanā de pace commonuit. Atque hinc habes, jam ipso Saeculo Ch. Nono adeo immutatam fuisse in Galliis veterem Latinorum Lingvam, ut jam in alteram plane diversam pertransisse dignosceretur. Neque aliam temporibus iisdem fuisse opinor apud Italos ejusdem Linguae fortunam; hoc est jam invaluisse suspicor eam corruptionem, ob quam nova Lingua, Vulgaris nempe, nimium a Latina dissimilis foret. Quod de Galliis dixi, alter testis confirmatum veniat. Floruit eodem Seculo IX. celebris apud Gallos, tum apud Germanos S. Adelardus Corbejenfis Abbas. Ille verò, uti scribit S. Gerardus Abbas in ejus Vita Cap. VIII. in Act. Sanct. Bollandi ad diem II. Januarii: *Si Vulgari, idest Romanā Lingvā, loqueretur omnium aliarum putaretur inscius. Si verè Theutonicā entebat perfectius; si Latinā, in nullā omnino absolutius. Testantur hoc quanplures ejus Epistolae.* Luculentissime autem idem confirmatum videoas a Concilio Turonensi III. quod celebratum fuit Anno 813. vivente adhuc Carolo Magno, apud Labbeum Tom. VII. Concil. pag. 1263. Ibi monetur quilibet Episcopus Can. 17. ut habeat Homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subjecti erudiantur &c. Additur infra: *Et ut easdem Homilias quisque aperte transferre studeat in Rusticam Romanam Lingvam, aut Theotiscam, quo facilius cuncti possint intelligere quae dicuntur.* Idem repetitum videoas Can. 2. Concilii Moguntini Anno 847. habit Tom. VIII. pag. 42. Concil. En quo in loco Latinorum Lingua foret apud Gallos sive Francos Seculo Christianae Aerae IX. Ut populus Homilias intelligereret, quas nunc appellamus le Prediche, opportunum, immo*

immo necessarium censuere Patres, eas a Latina transferri aut in Germanicam, aut in *Rusticam Romanam Linguam*: quo nomine nemo non videt designari Vulgarem Linguam, quae jam tum in Gallia a populo in quotidiano sermone usurpabatur. Non dum extincta penitus erat Latina Lingua, sed eam *difficile* rude vulgus intelligebat, atque eo pervenerat, ut transferre necesse esset ejus sensa in Linguam vulgo notam. *Rusticam* autem appellabant Galli Vulgarem suam Linguam, ex Latinâ corruptâ enatam. Idem quoque de Italica factum indicare poterit Bobiensis Monachus, qui Miracula Sancti Columbani Abbatis circiter Annum 950. literis mandabat, edita a Clariss. Mabillonio in Act. Sanct. Benedictin. Saec. 2. pag. 41. Montem Bobio proximum ille describit his verbis: *Alter verò, qui est ad Iaevam, nuncupatur Rustica Lingua Grop-poaltum.* Italicam vocem habes in *Groppa-alto*. Idem Cap. 27. ferramentum nominat, quod vulgo *Manuariam* vocant, hoc est securim, sive bipennem. Restat adhuc vox *Mannaja* apud Tuscos, apud nos Lombardos *Manara*. Sed fortasse nil aliud Scriptor iste significat, nisi Linguam a rusticis usurpatam, quae eadem fortasse fuerit, atque ab Urbanis ac Nobilibus usurpata, sed rudis prae illa. Attamen non praetermittam, me animadvertisse, vel a Graecis inferioris aevi adhibitam fuisse vocem *Manara*. Nicetas Choniates, qui circ. Annum Ch. 1200. florebat, *τὸν μαράθα*; in Andronico commemorat. Quod idcirco adnotatum volui, ut qui Graeca *Glossaria* tanti faciunt, ac saepe nobis obtrudunt, intelligent, multas ibi voces esse, non origine Graecas, sed ex Italico, Siculo in primis,

A mutuo acceptas; ac proinde facile falli, qui e *Glossariis Graecis Ety-mon* tot Italicarum vocum desumunt, uti in *Dissert. sequenti* prodam. Ad nos redeo. Quod supra vidimus constitutum pro Episcopis in *Turonensi Concilio*, pro Presbyteris inculcatum nunc audi Lib. VI. Cap. 185. Capitularium Regum Francorum editionis Baluzianae. Nullus sit Presbyter (idest Parochus) qui in Ecclesia publice non doceat Linguâ, quam auditores intelligent, fidem omnipotentis Dei in unitate & trinitate simpliciter credere. Scilicet tunc populi Regibus Francis subiecti, aut Teutonica Linguâ utebantur, aut Vulgari, quam Galli Romanam, & Romance postea appellarent. Fontaninius Archiep. Ancyranus in *Praefat. ad Lib. de Eloqu. Ital. novissimae* editionis censuit, vulgares Linguas Hispanicam, Gallicam, atque Italicam aequa appellatas fuisse Romanas, quod a Linguâ Romanâ vitiata singulae descenderent. Et sane Hispani Romance suam Linguam appellarent. Gallicam quidem ejusmodi appellatio olim apud Italos designare consuevit. An verò & Italicam, non adeo certum. Quae in hanc rem exempla adducuntur, Gallicam tantummodo indicant. Alioquin gravi ambiguitate laborassent, uti quum Thesaurus Brunetti Latini translatus dicitur *de Latin en Romans*; ambiguum enim fuisset, num in Italicam, an in Gallicam aut Hispanicam Linguam liber conversus fuisset. Idem de ceteris exemplis dicendum est. Brunetus ipse in Cap. I. interrogantem inducit, cur ipse, quum Italus sit, in *Romana seu Francica Lingua* scripserit: quibus ex verbis intelligis, nihil aliud nobis *Romanam* Linguam fuisse, quam Gallicam.

Aposite contra ad hoc ipsum argumentum attulit idem Clariss. Fontaninius Epitaphium Gregorii V. Papae, ubi is dicitur :

*Usus Francigena, Vulgari, & voce Latina,
Instituit populos eloquio triplici.*

Tum addit, fuisse qui pro *Francigena*, sed perperam, legerunt *Franciscas*; iisque temporibus vocabulo *Francigena* designatos *Teudicos*, seu Germanos, *Teutonicos*ve. Sed miror ego, cur doctissimus vir tam confidenter affirmet, illuc legi *Francigena*, atque ea de caussa censoriam virgam sibi in alios arripiendam censuerit. Is utique pro sua sententiâ Cardinalem Baronium adferre potuit. Verum *Francisca* habet Du-Cangius in Gloss. ad vocem *Francisi*, Epitaphium hoc laudans. Leibnitius quoque Tom. I. pag. 576. Script. Brunsvic. ex antiquo Compilatore Hamerslebiense idem Epitaphium referens exhibet nobis *usus Francisca, Vulgari, & voce Latina*. Quid? quod Petrus Manlius, sive Mallius, qui sub Alexandro III. floruit, & monumenta Basilicae Vaticanae collegit, edita a Clarissimis PP. Soc. Jesu Antuerpiensibus in Act. Sanct. Tom. VII. pag. 37. non aliter scribit, eamdem epigraphen producens, quam *usus Franciscā*. Neque aliter eamdem epigraphen legit Onuphrius Panvinius, qui primus in Notis ad Vitas Romanorum Pontificum a Platina scriptas Venetiis Anno 1562. evulgatis, protulit *usus Franciscā*. Paria habet Torrigius in Lib. delle sacre Grotte Vaticane. Hic autem prae ceteris fide dignus videtur, quum delectus fuerit ad collocandas in sarcis Cryptis decenti loco tabulas marmoreas inscriptas ex antiqua Basilica Vaticana erutas. Sed quid ul-

A tra Lectorem moror? Oculatum temitem habeo amicum meum, qui inspecto marmore ipso ad me scripsit, illic legi *Francisca*, non verò *Francigena*. Quo vocabulo veri videtur simile significari eo in loco Germanicam potius, quam Gallicam Linguam; hic enim Pontifex supra appellatur *Lingua Teutonicus*. Innumeris autem exemplis ostendit Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum ad vocem *Francia*, tam Galliam, quam Germaniam Transrhenanam *Franciae* appellatione olim fuisse donatas, quum illa *Francia Occidentalis*, haec *Orientalis* appellarentur. Certe Gregorio V. pater fuit Otto Dux natione Saxonius, vel Franconicus, qui diu in Italia versatus est, quo tempore Marchiae *Veronensi* praerat, uti fidem faciunt Ditmarus, Annales Hildesheimenses, & Chronographus Saxo. Mihi de ipso erit sermo in Dissert. XLI. de Nominib. Quo tamen in loco natus, innutrituive fuerit Gregorius V. adhuc fortassis ignotum est. Ad nos quod attinet, *Francisca* olim appellata fuit non minus Gallica, quam Teutonica *Lingua*, uti etiam animadverti ad Ermoldi Nigelli Lib. I. Par. II. Tomi II. Rer. Italic. Du-Cangius *Franciscos* tantum appellatos fuisse Gallos arbitratur. Sed Ermoldi versus omnino persuadent, Germanos quoque eadem voce olim designatos, quum idem fuerit *Franciscus*, & *Francus*. Quod autem contendit praelaudatus Fontaninius, sub *Francigenae* nomine Germanos duntaxat venisse, id ille sane mihi non persuadebit. Quum Donizo in Vita Mathildis Lib. II. Cap. XVIII. Tom. V. Rer. Ital. scriperit:

Francigenam stratam tenuit Rex, pace peracta,

memi-

memini, me ad eum locum censere, illuc designari viam Aemiliam, quam nos Claudiam appellamus. Dubitare nunc subit, an eo nomine potius significetur Via, per quam e Lombardia Pontremulum itur, atque inde Florentiam, Senam, & denique Romam. Utcumque sit, nihil aliud Francigena Via fuit, nisi quae ex Italia in Gallias dicit. In Chartis etiam Senensibus Seculi XIII. occurrit *Strata Francigena*, quae Florentiā Senam tendit. Ad haec Willelmus Brito in Libris Philipp. *Francigenas nostros* appellat, qui nunc nobis sunt i Franzeſi. In Chronicō Parmensi Tom. IX. Rer. Italicar. Galli appellantur *Francigenae*, & *Francisci*. In parte inedita Chronicī Mediolanensis, cuius alteram partem dedi in Tom. XVI. Rer. Italic. Cap. CXXX. haec leguntur: *Sciendum est quod ultra montes fuit duplex Francia. Una dicitur Francia Orientalis, ubi est Magancia caput Regni, unde & dicitur Francia Meganciae. Et binc natus est Carolus Magnus cum tota sua posteritate. Alia dicitur Francia Occidentalis, ubi est Parisius, quae quondam dicta fuit Provincia Gaudiana, & postea dicta est Francigena, a Franchis superata.* Sed rursus Donizonem audi, ita de Mathilde Comitissa scribentem in Praef. ad Lib. II. de ejus Vita.

Haec apices dicitur, scit Teutonicam bene Linguam.

Haec loquitur laetam quin Francigenamque loquelam.

Vide, quo sensu olim acciperetur vox *Francigena*. Bobiensis quoque Monachus supra mihi memoratus Cap. IV. narrat, *Francigenam orationis cauſa venisse Bobium, & reverſum postea in Franciam*. Heic etiam

A Galliam designari facile intelligas. Sed quod litem dirimere potest, Epitaphium adfero positum Silvestro II. hoc est ipsius Gregorii V. Successori, quod Cardinalis Baronius ad Annum 1003. evulgavit. Ibi legitur:

*Primum Gerbertus meruit Francigena
Sede*

B *Rhemenſis populi Metropolim patriae.*

Remensis Civitas profecto sita est in Gallia; illa verò disertis verbis *Francigena Sedes* appellatur. Ipse quoque Gallus natione fuit.

Nunc in semitam regredior, ac repeto ex Epigraphe sepulcrali Gregorii V. Papae versus illos

*Uſus Franciſca, Vulgari, & voce
Latina,
Inſtituit populos eloquio triplici.*

C Ergo tres Linguis Gregorius didicerat, atque inter eas *Vulgarem*, hoc est *Italicam*, quum nempe ejus pater Otto Dux Veronensem, sive Tarvisinam Marchiam regeret. Ex quibus patet, temporibus Gregorii V. qui Anno 999. finem vivendi fecit, jam ita recessisse Italicorum sermonem a Latino, ut alias ab eo haberetur, & Linguam diversam constitueret apud *Vulgus*, unde nomen sumvit, idest, apud populum, qui nullam aliam nisi maternam Linguam addiscere consuevit. Nobilibus, & aliquā Literarum tinturā respersis praeter *Vulgarem* suis videtur etiam aliquis usus atque intelligentia Linguae Latinae, quam cum *Vulgari* facile confundebant, quum aliquid consignandum erat: quod praecipue a Notariis factum. Qualis vero ea fuerit Seculo VIII. IX. & X. hoc quidem

dem libens fateor me adhuc ignorare. Profecto quum olim eruditionis gratia Italicas Civitates peragrarem, & complura Archiva inviserem, nihil mihi enixius erat in votis, quam aliquod fragmentum Vulgaris Linguae nostrae reperire inter veterum Chartas. Exploratum est, Christianae plebis Pastores, aut Episcopos, aut Parochos nunquam, saltem post renovatum in Francis Augustis Romanum Imperium, in tantam prolapso ignorantiam atque ignaviam, ut prorsus a publicis concionibus sive Homiliis abstinerent. Has autem, si Latine tantum ad populum fuissent habitae Seculo IX. X. & XI. quis ex vulgo intellexisset? Mercatoribus etiam, aliisque Latini sermonis imperitis, si quando accidebat, ut epistles ad amicos darent: num excoigitare possumus, eos nunquam vernacula Linguâ usos, quando Latinâ carebant, ad illas conscribendas? Itaque sperandum erat, aliquas Linguae hujus reliquias al quando iri detestum. Verum frustra ego perquisivi: frustra, ut vereor, perquirerent & alii. Quod tolum proferre possum, vide *Compositiones* quasdam ad Musiva tingenda, aliaque ejusmodi Artium fragmenta, Seculo VIII. scripta, atque a me edita in *Dissertat. XXIV. de Artibus*, ubi Vulgarem Italicam Linguanon leviter Latinae intermixtam agnosces. Sed ne ea quidem Vulgaris Lingua fuit. Ad haec quae-dam illius vestigia in aliis monumentis eorum temporum occurunt, ex quibus pauca delibare in praesentia juvat. In Notis ad Legem CCC-XIV. Rotharis Regis Par. II. Tomi I. Rer. Italicar., quum expenderem vocem *tornaverit*, post alios memoravi & ego, quae Auctor Miscellae referit Tom. I. pag. 114. Adversus

Tom. VI.

A Chaganum Hunnorum Regem Com-mentiolus Christiani exercitus ductor in insidiis positus egregium facinus editurus erat. Sed ex improviso clamante quodam e Christianis *patria voce*: *Torna, torna, frater*; sive ut melius dicam *torna, torna, fratre*; Graecus enim Theophanis textus habet τόρνα, τόρνα, φάτετε, aut *retorna*, ut habet Theophylactus Simocatta Lib. I. Cap. XV. Hist. idest *volta, volta, frate*: Christianus exercitus ambiguâ voce, subitoque metu percussus, in fugam est vertus. Si Theophanis Chronologiam sequimur, acta haec fuere Anno Christianae Aerae 579. Et quanquam aperte non appareat, ejusmodi verba ex hominis Italici ore erupisse, attamen quum earum sonus Italicam Linguam omnino referat, multi verò Italici in exercitu Graecorum Caesarum militarent, non injuria opinari possumus, ad Linguanam nostram pertinere: quod & Lipsius sine dubitatione sensit atque affirmavit. Hanc vocem *Tornare* Carolus Dati Florentinus, & Menagius a Latino *Tornare* deducunt, quod nos Itali *Torniare* & *Tornire* appellamus. Addendum iis fuit, Graecos quoque eadēni voce usos fuisse. Neque contemnenda eorum conjectura. Certa tamen an sit, dubitari potest. Animadvertendum quippe est, an *aetio Turni* satis respondeat significationi Italicae vocis *Tornare*. Deinde quaerendum, an *Ritornare*, & *Tornare* Italicum, pro *Reverti*, ex Germanorum veterum propriâ voce descendisse potuerit: quod vocabulum in Italianam Gothi aut Langobardi adixerint; Saxones in Britanniam, ubi *Turn Return* in usu est; Franci in Galliam, ubi *Tourner Retourner* adhuc perdurat; & Gothi in Hispaniam ubi *Tornar* aequa ac apud nos usurpatur.

G g

Jam

Jam vidimus, ipsius Rotharis Langobardorum Regis aeo, idest circiter Annum 643. *Tornare* idem quod nunc significasse. Hickesius quoque in Grammatica Franco-Theotisca auctor est, Scardicis & Islandicis populis at *Turna* esse *Convertere*, *Circumagere*, & inde natum Italicum *Torneamento*, & Gallicum *Tour* pro *Gyro*, & *Tourner*. In Charta Vultrensis Chronicus Part. II. Tom. I. Rer. Ital. scripta Anno Ch. 855. legitur: *Si nos per quodlibet ingenium Returnare quaesierimus.* Hinc habes apud Italos antiquitatem vocis.

Quod si Chartas, temporibus Regum Langobardorum, ac Caesarum Francorum, scriptas, percurrimus, eadem vestigia Linguae nostrae offendimus. Certe non alias sermo quam Latinus adhibitus tunc fuit, quem literis consignanda erant Acta publica, & privatae gentis contractus. Neque alium usurpare licuit. Notarii ipsi Legibus eruditissime jubebantur, ut scribatur in Lege Langob. 94. Lotharii I. Augusti. Ac propterea Literis aliquam dare operam cogebantur, ut saltem Leges Latine scriptas intelligere possent, simulque scribere Latine temporis illius Chartas. Adfunt autem in eorum scriptis Barbarismi & Soloecismi innumeri. Quaeri ergo potest, num iis temporibus populus loqueretur, uti Notarii scribebant. Inter tot tenebras antiquitatis, mihi certum, immo certissimum videtur, jam tum a Notariorum sermone longe diversam fuisse vulgi Linguam in Italia. Quod in Gallia factum vidimus ex juramento Ludovici Regis Anno 842. idem quoque in Italia contigisse pare est credere. Et sicuti in Gallia, Germania, Anglia Tabelliones non Vulgari, sed Latinâ utebantur in con-

A scribendis Chartis, parem quoque in Italia morem servatum fuisse merito credendum est, quando & ipsum continuatum per plura deinde Secula intuemur, quibus nemo dubitat quin jam Lingua Italica in populo vigeret. Grammatica vero, & Liberales Artes nimium exciderant; & quamquam sapientissime Carolus M. in Gallia potissimum, atque etiam in Langobardico Regno, eas restituendas curarit; quamvis etiam Lotharius Primus idem conatus fuerit, ut in Additam. ad ejus Leges Par. II. Tomi I. Rer. Ital. pag. 152. ostendi: attamen longe lateque regnare ignorantia perrexit in Italica gente, si paucos excipias Monachos & Clericos, qui aliquanto impensiore cura literis addiscendis vacabant. Proinde mos fuit Notariis eam sibi levem Latinae Linguae parare notitiam, quae satis esset ad mandandos chartae contractus: quod facile erat, quum tunc longe plures quam nunc superessent Latini sermonis reliquiae, tam voces, quam formae dicendi, & imperitis insuper praesto essent Formulæ, a Marculfo aliisque Tabellionibus in usum aliorum conscriptæ. Quum vero Grammaticae expertes ac ineruditii Notarii forent, nil mirum, si a materna Lingua identidem mutuabantur verba ac modos dicendi, quoties nempe meliora nequam suppeditabat exigua in iis Latini sermonis supellex. Quare sparsam in eorum Chartis nos nostram Linguam introspicere possumus, & inde aliqua ex parte agnosceremus, qualis apud ipsum vulgus esset materna eorum Lingua. Complures ejusmodi membranas ego haec tenus dedi; plures etiam producturus sum, prout argumenta ferent. Sed in praesentem rem juvat aliquot adhuc exemplis idem

idem confirmare, ne aliunde petendum Lectori sit, quod heic matreries exposcit. Itaque tres Chartas

A profero, quas olim descripsi ex insig-
ni Tabulario Archiepiscopii Lucen-
sis, ubi earum authentica adservantur.

Gregorius Mauricii filius se ac sua omnia offert Ecclesiae Sancti Donati,
a se aedificate in loco Asulari Lucensis agri, servato sibi Jure
patronatus, & usufructu bonorum, Anno 759.

IN Dei nomine. Regnante Domino nostro Desiderio & Adelchis Regibus Anno Regni eorum Tertio, & Primo, Quarto Calendas Januarii per Indictione Tertia decima feliciter. Manifestum est mibi Gregorio filio quondam Mauricii, quia pro remedium anime mee in proprio territorio..... Ecclesiam construere visus sum in honore & vocabulo Sancti Donati in loco qui dicitur Asulari; & per hanc paginam dotalium offero Deo & tibi predicta Ecclesia Sancti Donati memet ipsum una cum omnibus rebus meis tam casa habitationis meae cum fundamento, curte, orto, vel alia recta &c. & tibi supra scripta Ecclesia, quens mibi in omnibus rebus meis heredem constituo, excepto duas petiole de terra mea, una petia &c. Iste predicte petiole in mea reservo potestate; nam alias res meas in integrum sit in potestate supra scriptae Ecclesie, sic tamen ut dum advivere meruero, in mea sit potestate in ipsa Ecclesia Sacerdotem ordinandum, & usumfructuandum supra scriptas res & regendum una cum ipso Presbitero, quem inivi ordinavero, & pro anima mea de ipso usufructu vel res mobile potestatem habeam eleemosinam faciendum recto moderamine. Et ille Presbiter, qui in ipsa Ecclesia a me in vita mea fuerit ordinatus, & super me vixerit, in ipsam Ecclesiam vel in supra scriptas res dominus & rector die vite sue & gubernator esse inveniatur. Sic tamen absque ulla fensis iudicis habitare debeat, & per singula ebo-

B mada quatuor peregrini omni tempore die uno pascere debeat, post vero ejus decepsu volo atque instituo, ut prefata Ecclesia cum res ividem pertinente sit in potestate Ecclesie Sancti Martini, ubi est domo Episcoporum, vel Pontifici, qui ividem fuerit ordinatus, ordinando, & defendendo, sicut Deo placitum est. Et qualiter tractaverit vel ordinaverit, in presentia Dei mecum exinde judicium habeat, ita ut supra dixi, non ut ividem femina quilibet habitare debeat, & qui Presbiter ividem fuerit ordinatus, ut jam superius dixi, per singula septimanio die uno quatuor peregrinos ividem pascere debeat. Et hoc volo ut Acculo puer, qui a me liver & absolutus a servitio factus est, si caste tonsa capite Deo servire voluerit, habeat licentia introiendi in ipso Monasterio, & lavorare, & servire ividem sub potestate de Presbitero, qui ividem fuerit ordinatus. Et hec omnia qualiter a me statum vel offertum est, omni tempore inviolabiliter debeat permanere, & neque ad me, neque ab heredibus meis, neque ad nullo homine posse disrupi: set qualiter nunc presentia a me decreatum est nullatenus aliter possum instituere, & presens pagina dotalium, & alia similis iste emissa in Ecclesia Sancti Martini Osprandum Diaconum scrivere rogavi. Actum Luca.

Signum manus Gregeri, qui hanc pagina dotalium fiendam eligit &c.

Ego Osprandus Diaconus pestradicus complevi & dedi.

Charta Rixolfi Presbyteri, per quam Ecclesiae Sanctae Mariae & Sancti
Donati a Regnolfo Abbe ejus patre in agro Lucensi aedificatae,
donat omnia sua, ut ex redditibus pauperes alantur, servato
sibi ac sororibus suis jure patronatus, Anno 765.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi. Regnante domino nostro Desiderio, & Adelchis Regibus anno regni eorum nono, & septimo, mense Decembrio..... solus indignus Presbiter previdi Dei timore, & remedium anime mee, & evangelica precepta se..... adimplere, quod res, secundum Deum, filio suo imperaverit ad..... pater meus, ut omnia substantia nostra offeramus domino, & Ecclesie beate sancte Marie semperque Virginis, & beati sancti Donati Episcopi Co..... nos in proprio territorio nostro a fundamenta fabricis construximus, ego supra scriptus Rixolus unus de minoribus Presbitero..... consentiente mihi domino pater meus Regnolus Abbas offero tibi domino, & supra scripte Ecclesie sancte Marie, & sancti Donati, quem..... ter meus edificabam, omnem substantia nostra in qualibet loco quecumque habere vissim sumus Casis, terris, vineis, olivetis, silvis, castanietis, pratis, pascuis, culto, vel inculto, serbi, & ancille, cavallis, bovis, mobilia, vel immobilia, & semoventibus, ut dixi, omnia, & in omnibus ad nos pertenentes in integrum offere videor; in tali enim tenore,.... pater meo sic consentientem mihi, ut dum ego Rixolus Presbitero in hoc seculo vivere meruero ec..... dilectissime, & res sororis mee christina, Regnipineta, Plaita vivere meruerimus, in nostra serbamus potestatem ipse jam dicta Dei Ecclesie studendum, & res ipsorum ad ususfruendum, & secundum Deum, ad ipse sancte loca caste, & juste serbiendum, & vivendum, nam non vin-

A dendum, vel naufragandum, aut alibi trahendum. Similiter in mea potestate serbo CL. soledis pro anima patris mei, dando de res nostras & C. soledis pro anima matris mee, dando duodecim hominis pro anima nostra ad liberandum. Ego supra scripto Rixolus Presbitero in mea potestatem referbo in vita mea constituere rectorem & gubernatorem, qui post decesso matris mee, & tibi sororis mee ipse..... meminere dibeas, sed gubernare. Oblico me, atque manus mea facio matris mee, & sororibus..... vivere secundum Dei preceptum, & ipse Ecclesie regere & gubernare in bona cura..... & si me dominus de hoc seculo antea vocare jussere, quam ego rectorem & gubernatorem post decesso in ipse sancte loca constituam, consentienti mihi pater meus, volo, & decerno, ut post mortem matris mee Luciferge, & sororis mee christine, Regnippet, Plaita, Episcopus Civitatis nostre Lucense potestatem habeas in jam dicta Ecclesie sancte Marie, & sancti Donati, quem nos a fundamenta fabricis construximus, in ambas Presbitero uno ordinare, qui secundum Dei preceptum vivat, & per omnem septimanam tres diebus XXIII. pauperi prandere dibeas. Prandium eorum tali sit per omne septimanam Scaphilo grano pane cocto, & duo congia vino, & duo congia de pulmentario faba & panico mixto, bene spissio & condito de uncto, aut de oleo. Et nullus de heredis nostris contra hanc decretionis mee pagina aliquando aliquid agere presumas. Et si presumperit, Dei omnipotensis anathema sit super illos, & insu-

B

C

D

E

DISSERTATIO TRIGESIMA SECUNDA:

473

insuper sit componiturus soledis mile Episcopi, qui tunc fuerit; & hanc mea decretationem inviolavelis maneat firmata rem nunc temporibus & futuris; & nulli liceat nolle quod ego semel voluit, per Dominum nostrum Jesum Christum Filium ejus, qui cum Deo Patre vivit, & regnat, in secula seculorum. Amen.

Ego Rixolfus Presbitero hanc decretionis me paginam dotalium, consentientem pater meus Regnolfs, propria manus mea escripsi. Altum Lucam Regnum, & Indictione suprascripta feliciter.

Signum manus mea Rixolphi Presbitero, qui hanc paginam decebat, testem.

Regnolfs Abbas in ante presentia testium, per quem hanc paginam scriberad esse videntis..... dedit hanc paginam fili mei me consentientem scribere, quia ego pre egritudine mea non potuit scribere.

Oblatio omnium suorum bonorum, facta ab Aliperto, & ejus filio
Rotpero Presbytero Ecclesiae Sancti Fridiani, a se aedificatae
in pago Septiniana agro Lucensi, Anno 768.

IN Dei nomine, regnante domino nostro Desiderio Rege, anno Regni ejus Duodecimo, & filio ejus idem domino nostro Adelchis Rege, anno Regni ejus Nono in ipse Kalend. Augusti, per Indictionem Sextam. Manifestum est mihi Aliperto filio quondam Asfridi, bavitator in Vico Septiniana, quia ante os annos, una cum filio meo Rotpero Presbitero a fundamentis in proprio nostro construximus Ecclesiam in honorem Dei, & Sancti Fridiani in ipso loco ubi, & in ipsa sacrationis Diem in presencia venerabili Andreati Episcopi, & de Sacerdotibus ejus, & cuncta Congregatione populi offeruerimus nos medi possumus, cum omnibus rebus nostris mobilia & immobilia, seu semoventibus in ipsa Dei Ecclesia in prefinito, qui & ipse Epi-

A Signum manus Regnolfi consentientis filii suis testem.

Ego Martinus Presbiter, rogatus a Rignolfs Abas, & Rexolfs Presbiter, in hanc pagina dotalium, me teste scripsi.

Ego Magnipert Presbiter, rogatus a Rignolfs Abbas, & Rexolfs Presbiter, in hanc pagina dotalium, me testis subscripti.

B Ego Rachipertus Clericus, rogatus ad Rignolfs Abbas, & Rexolfs Presbiter, in hanc pagina dotalium, me teste subscripti.

Ego Aunualdus Clericus, rogatus a Rignolfs Abba, & Rexolfs Presbiter, in hanc pagina dotalium, me testem subscripti.

C Ego Rixolfs Presbitero hanc paginam dotalium, post testibus rovoratam deplebis, & obtulit Altissimo.

D scopus per absolutionem Domini venerabilis Perelei in Dei nomine Episcopi, cuius Diocese esse videtur ipsam Ecclesiam, sacravit; modo viro (sic) per hanc Cartulam nos qui supra Aliperto, & Rotpero Presbitero offerrimus Deo, & tibi Ecclesia Dei, & beati sancti Martini, ubi est Domus Episcoporum in Civitate Lucense, presata Ecclesia nostra Sancti Fridiani, cum omnibus rebus nostris mobilia & immobilia, seu semoventibus omnia quidquid nobis pertinet, & presenti pertinet, ut supra diximus, sicut antea in ipsa Ecclesia nos ipsos cum rebus nostris offeruimus, omnia in integrum sit in potestate Ecclesie Sancti Martini, & de ejus Pontificibus, in tali vero tenore, ut dum unus ex nobis advivere merueremus in

no-

nostra reservamus potestatem in casa ipsius Ecclesie habitando, regendo, & consumfructuando omnia suprascripta res, & per singulo anno, ex ipsis rebus reddere debeamus in Ecclesiam Sancti Martini uno solido valentem oleo. Et si Teupertulo Clerico nepote nostro super nos vixerit, case, & servi, seu voluerit eidem Ecclesie, & ad honorem Presbiterii pertingere potuerit cum voluntate Pontifici suprascripte Ecclesie, sic licentiam habeat habitare in casa ipsius Ecclesie serviendo in omnibus officiis bonis, nam post predictorum offertores decessu, omnia quicquid habere & possidere videmur, sit in potestate jam dicte Ecclesie Sancti Martini in prefinito, nisi tamen modo de rebus mobilibus, & de consumfructum in nostra sit potestate pro anime nostre remedium despensandi; nam de aliis rebus nostris & Ecclesia, ut supra statuimus, omnia in integrum a presenti die in suprascripto tenore, sit in potestatem Ecclesie Sancti Martini, & de Rectoribus ejus, & neque nobis, neque ab heredibus nostris, neque a nullo homine presens Cartulam posse disrumpi, sed omni in tempore stabilem permaneat, & pro confirmatione Osprandum Diaconum scrivere vogavi. Atum in Vico Valeriana ad Ecclesiam Sancti Fridiani.

Signum manus Aliperti offortori, & Conservatori.

Ego Rodpert Presbitero in hanc Cartula a nobis facta, sicut supra legitur, manus mea suiscripsi.

A Ego Deusduna Presbitero, rogatus ad Alipert, & Rotpert Presbitero, in hanc Cartula me testi subscripti.

Ego Stabilis Presbiter, rogatus &c.

Ego Saxo indignus Presbiter, rogatus &c.

Ego Deusdedit Subdiaconus, rogatus &c.

Ego Agiprandus Diaconus, rogatus &c.

B Ego Osprandus Diaconus post tradita complevi, & dedi.

C Qui intento oculo hasce Chartas expendet, multam barbarae loquitionis segetem inveniet, & Priscianum saepe vapulantem. Sed prae ceteris animadvertisse potuerit in prima illas voces: Ecclesie Sancti Martini, ubi est aomo Episcoporum. Hinc autem ad nos fortasse venit vocabulum Duomo. Et infra h:beat licentia introiendi in ipso Monasterio, & lavorare, & servire ividem sub potestate de Presbitero &c. Haec omnia vulgarem Linguan redolent, ac praesertim postrema, quae sonant sotto la Podesta del Prete. In tertia Charta quis, & cuius Urbis fuerit Andreatus ille, sive Andreas Episcopus, qui per absoluti nem Domini Peredei Episcopi eam Ecclesiam sacravit, aliis inquirendum relinquo. Atque ita apud Tuscos Chartae scribebantur. Perspiciat nunc Lector, quam emendato sermone Notarii apud Insubres iisdem temporibus uterentur. En Chartam, quam authenticam vidi, & descripsi e nobilissimo Tabulario Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Majoris Mediolani.

D E

E

Totonis de Vico Campilionis Testamentum, quo Xenodochium instituit, atque illud relinquit Mediolanensi Basilicae S. Ambrosii, & Thomae Archiepiscopo, constituendo distributiones varias ibi faciendas, Anno 777.

IN Christi nomine. Domino Excellentissimo Karolo Rege in Italia, Christo propitio, Anno Tercio, Octavo die mensis Magi, Indictione Quintadecima, Ecclesia beatissimi Christi Confessoris Ambrosii, in qua ejus sanctum Corpus requiescit, in qua sanctissimus Dominus Thomas Archiepiscopus Mediolanensis Ecclesiae. Ego in Dei nomine Toto filius bone memorie Aretis de locos, qui vocatur Campilionis finis Scepriensis, presens presentibus dixit. Dum homo in hoc seculo fuerit constitutum sic diebus pro anime sue remedium considerare, ne cum venerit Redemptor noster ad judicandum, paratum eum inveniat de suo bono dispositum; nunc autem ego jam dicto Toto, spontanea voluntate mea instituo, & decerno a presenti die ovitus mei esse diebus domum habitationis mee in nostro loco Campelionis, Christo propicio, Xenodochium confirmante me inibi, omnibusque rebus mei tam domo collatis, olivetis, massariis, Aldiones, monilibus, & inmovilibus..... ubicunque meo jure quidquid pertenuisse noscuntur, in integrum habeat bona post meum dicessum, cuncta que iudicatum erant, deveniant in potestate dominacionis ejusdem Ecclesie beati Ambrosii, & etiam prefati Domini Thome Archiepiscopi ordinandi, & defensandi, & pro anima mea, & parentorum nostrorum remedium per ipsius Pontificis ordinacionis, vel per quem ab eo inibi ordinatus fuerit Praepositus, pascantur inibi omnitempore pauperes omnibus diebus Veneris, quod erit per singolas eodemata die anno nomina duodecim insimul, & Qua-

A dragesime tempus similiter die Veneris, & die Mercuris ipsi pauperes inibi reficiantur, unde nobis manet gaudium sempiternum. Iterum confirmo, ut debeat qui tunc in ipso Xenodochium ordinatus fuerit Praepositus, dare per singulis annis oleum per luminaria ex ipsis rebus meis in nostra Basilica Sancti Ambrosii oleum libras viginti, seo & in Oratorio Sancti Zenoni in loco Campillionis oleum libras duocenti, & pascantur inibi ipse Praepositus Xenodochii Sacerdotes, & pauperes qui per festivitatis ipsius oracoli inibi convenerint, & illuminentur ibi que ex ipso oleum per cotidianas noctes candelas quatuor, & omnibus diebus & candelo uno ad ipse Dei oracolum ab ipsa luminaria non minuetur, & in festivitate ejusdem oracoli plenius omnibus quattuor candelis ejus alumenentur pro dilectione ipsius almifaci loci, & pro animarum nostrarum Saluis, & statuo ut detur omnibus annibus..... ipse Praepositus in Basilica Sancti Nazarii nostre Civitatis Mediolanensis in qua ejus sanctum requiescit corpus oleum libras decem & in Basilica Sancti Victoris a corpore similiter libras decem in quam nunc Deus dedit dicitur Custos esse videtur, simulque & in Basilica Sancti Laurentii foris Porta qui Ticinensis vogatur libras decem; Et confirmo ut omnes servos, & ancillas meas sint aldiones, & pertinentes mundum eorum ad ipso Xenodochium habentes per caput unusquis mafcolis & femine solidus singulus, & ita volo ut illi homines meis qui consueti sunt cum suas anonas operas mibi facien-

B

C

D

E

faciendi instituo, ut quando que opera fuerint faciendi, ut cum anona ejusdem Xenedochii operas ipsas perficiant, & confirmo ut nostras Oratorio Sancti Zenonis potestati Beati Ambrosii atque Domini Thome Archiepiscopi vel ejus Successoribus subjaceat, qualiter mibi pertinuit cum omni pertinentia sua in integrum juxta suas que providencia ordinandi, & defensandi cum reliquis cunctisque rebus meis quam eidem Domino Thome Archiepiscopi & per ipsum sancte ejus Mediolanensis Ecclesie subdidi, nam dum me quem supra Totoni Dominus omnipotens in hac vita servare jusserrit, cuncta vero superius comprehensa quas de rebus meis statui in mea manet potestate sicut usque modo faciendi quicquid volvero, si aliter non ordinavero vel distribuero de rebus meis sint qualiter superius a me confirmatum vel instidutum erat taliter omni tempore presens judicatum meum deveat permanere omni mea parentum repedicionem cessantem. Nam igitur judicatum meum Thoma descrivere rogavi subter propria mano confirmo testibusque a me rogatis obtuli ruorandum. Actum Mediolani sub die & regnum, & in dictione suprascripta quintadecimam.

Ego Toto in hunc Judicatum a me factio relegi, & subscripsi, & a testes obtoli rovoranda.

Ego Oeo..... in hunc judicato rogatus a Totone testes subscripsi.

Ego Marinus in Dei nomine Vicedominus in hunc judicato rogatus ad Totone &c.

Ego In..... Scavinus in hunc Judicato rogatus fuerat Ozone, & subscripsi.

Ego Odelpertus Subdiaconus Sanctae Mediolanensis Ecclesie in hunc Judicatum rogatus a Totone testes subscripsi.

Signum ✠ manus Garibaldi filio quondam Placito da Porta Argenta testis.

A Ego Thomas suprascriptus hujus paginam Judicati rogatus a Totone post tradita complevi & dedi.

B Unum heic tantummodo adnotatum volo, nempe ex vernacula Lingua descendere subscriptionem testis illius, qui signo Crucis rem suam confecit, Notario adnotante haec verba; Signum manus Garibaldi filio quondam Placito da Porta Argenta. Is autem in Vulgari sermone, ut facile patet, appellabatur Garibaldo figlio del quondam Placito da Porta Argenta. Ita & alibi reperimus da pars, & in designandis agrorum finibus da uno laio, uno capu, da mane, da sera da duabus partibus, & hujusmodi. Et in Bullar. Casin. Tom. II. in Diplomate Desiderii Regis Anno 772. in carpino groppo, in rovere arsa, usque in alia rovere verde pertusata &c. In Memoratorio conscripto ante Annum 884.

C a Berthario Abbatte Casinensi, uti auctor est Leo Ostiensis Lib. I. Cap. XLV. Chron. Casin. occurrit Fossum de la vite. Et in Charta Lucensi Anni 753. occurrit una Torre de auro fabrita. Et Charta Anni 1034. edita infra in Dissert. de Monast. Erect. scripta dicitur in loco ubi sto-degarda dicitur. Sed dimissis bene multis hujusmodi fragmentis, quae ex ipsis Chartis in hoc Opere a me productis colligere possem, satius duco adtexere in hanc eamdem rem adnotata a Cl. V. D. Virginio Valsecchio, Priore Benedictino, & sacra-

D rum Literarum in Pisano Gymnasio Professore eximio. Is ergo per epistolam haec sibi animadversa fuisse significavit. In Charta, inquit, Anno XVIII. Liutprandi Regis Indict. XIII. scripta, hoc est Anno 730. ubi de finibus agitur, baec legi: Uno capite tenente in terra Chisoni, & alium capite tenente in terra Ciulloni, de uno

E

uno latere corre via publica , & de alium latere est terrula Pisinuli plus minus modiorum dua , & staffilo . *Ibi purum putum Italicum corre via publica habes . „ In altera exarata Anno 803. hoc est III. Imperii Caroli M. haec alia occurvant : tenentes uno capo lato uno tenet alio caput alio lato lato uno petia que dicitur a Longagnolo . Aliam Chartam vidi scriptam Anno 816. hoc est III. Imperii Ludovici Pii Indit . IX. in qua haec leguntur : Avent in longo pertigas quatordice in transverso , de uno capo pedes dece , de alio nove in transverso de uno capo duas pedis , cinque de alio capo . It Charta Anni 1015. id est Secundo H. nri . I. Imp. Inai . XIII. haec animadverti : In loco & finibus Porto Pisano prope Rivo majore , ubi dicitur Orciano ... qui uno capo tenet in predicto Rivo majore , alio capo tenet in terra Chomitorum quod est Plebe Baptismalis sito suprascripto Porto Pisano prope Livorna . In altera Anni 1084. stilo Pisano legitur : De rebus meis illis , quae videntur esse in e la Plebe di Radicata , & in loco & finibus Ripalbella . Vulgus bodie quoque dicit in nella v. g. piazza . Nota articulum La. & signum casus Di. Charta Anno 1098. scripta haec praefert : Petia de terra , quod est orto latus uno habet in terra Comitore . Supra est Chomitem , id est Comitum . „ Ita eruditissimus Valsecchius , qui & addidit Epistolam ad se scriptam ab amantissimo utriusque D. Guidone Grandio Abbatte Camaldulense , ac in eadem Academia Pisana Mathesis Professore , quem & Mathematica , & erudita Opera celeberrimum ubique faciunt . Inquisivit ille quoque in hoc idem*

Tom. VI.

A argumentum , & ecce quae ad amicum Valsecchium is scripserit , lubenter , ut spero , legenda .

B *Hac de re , inquit , in meis Anna- libus Monasticis ad annum 24. S. Ro- mualdi fusiis dispiuto , usus Autore A- nonymo Vitae B. Petri Urseoli Discipu- li S. Romualdi apud Cl. Mabillonum Saec. V. Benedict . qui num. 15. eundem Petrum nativo idiomate loquentem inducens sic habet : Ait Abbati lin- gua proprie nationis : o Abba frusta me : hoc est virgis caede me : cre- dule mihi (idest credere mihi) merito debo verberari , quia non restiti dae- monum temptationibus . Quae verba Lat- inam syntaxim plane servant , nonnisi duobus barbaris vocabulis inquinantur . Nibilominus , quemadmodum fieri nequit , ut repentina mutatione Latina illa cor- rupta Lingua in Italicam degeneraret , sed invaluisse paulatim oportuit hunc nostrum loquendi modum , nec unius for- te Saeculi cursum tam generali idioma- tum apud Italos omnes conversioni suffe- cisse : ita negari non potest , quamplurima Linguae hujus adbuc veluti balbu- tientis vestigia ex antiquis monumentis peti posse , ut in Praefatione ad Lectio- rem in secunda editione Epistolae no- strae de Pandectis , observari . Constan- tinus Porphyrogenitus Imperator Orien- tis de administr . Imper. cap. 28. nar- rat , Langobardos ad Beseventi acquisitionem procedentes , ut cives illos sibi conciliarent , & ad optatam deditio- nera faciliores redderent , Arcem aedificasse , quam vulgari nomine appellarunt Città nova . Pervetus sane Italicae linguae exordium , si ad Langobardorum tem- pora referri debeat . In Archivo Camaldu- lensi apud Coenobium Fontis Boni a- dest Donatio facta a Willhelmo Episco- po Aretino Anno 1013. mense Junio Indit . XI. Monasterio S. Mariae de Pratalia cuiusdam Demiss & Vineae in*

H h

avo-

avocabulo Prato sicut ex ante recto & tenuta fuit per Dominico Presbiter &c. ac poenam sibi imponit Episcopus, si ejusmodi donationem intemurum pere, tentare, aut disfacere presumserimus; ac demum subdit: Azzono scrivere rogavi. Actum Arizio feliciter. In Testium subscriptionibus habetur. Singno manibus Farolfo filio quondam Teudelasi, qui Teuzo fuit clamatus, ex Italico nimirum vocabulo Chiamato; & in fine habetur: pro se suscrivere roga verunt. In mei vro bhus Coenobii Archivo extat Charta cuiusdam venditionis factae, Rengnante Domino nostro Henrico, gratia Dei Imperatore Augusto, Anno Imperii ejus in Italia quinto, quinto Idus Martii, Indictione prima, atque adeo Anno 1018. a Sindruda Muliere Joannis &c. cum notitia de duos propinquiores parentes mei, iudest Consanguineorum, Italice Parenti, de quibusdam terris, quarum fines recensentur hac phras: que uno capo tenet in terra &c., & alio capo tenet in terra &c. lato uno &c., & alio lato &c. subscribunt inter alios Tentus, & Bonitius propinquiores parentes suprascripte Sindrade. In eodem meo Archivo alia venditio habetur, Rengnante Domino nostro Enricus, gratia Dei Imperator Augusto, Anno Imperii ejus in Italia septimo, Idus Julii, Indictione tertia, adeoque Anno 1020. facta ab Ugone Vicecomite, filio b. m. Gherardi, qui fuit Vicecomes, ubi similiter confinia praedii venditi vocabulis uno capo, & alio capo, uno lato, & alio lato describuntur (prout passim usurpatur in aliis etiam Chartis annorum 1024. 1029. 1031. 1033. 1041. 1046. 1047. 1050. 1057. 1058. 1064. 1065. 1067. 1070 1072. 1073. 1074., & innumeris posterioribus, quas,

A ne nimius sim, recensere supersedeo) ubi & habetur in terra, & padule meo: quod pariter verbum altis Chartis insertum legitur. Rursus in Charta anni 1029. regnante Domino nostro Chumradus, gratia Dei Imperatore Augusto, Anno Imperii ejus in Italia secundo, quinto Idus Martii, Indictione duodecima, habetur venditio facta a Ghisla Muliere Balduini de quibusdam terris in loco, & finibus, ubi dicitur Civitate vetera prope Ecclesia, & Monasterio Sancti Zenonis prope loco, qui dicitur a le Grotte. In donatione quadam Anno 1031. (styllo Pisano) regnante Domino nostro Chumradus, gratia Dei Imperator Augusto, Anno Imperii ejus in Italia quarto, nonodecimo Kal. Septembbris, Indictione tertiadecima, facta B. Bono Abbatii bhus Monasterii, memoratur terra posita foras Civitate Pisa, ubi dicitur Civitate vetera prope loco, qui nominatur ad la Rivolta; quae rursus in alia Charta Anni 1040. dicitur alla Rivolta, ut & in aliis Chartis Annorum 1090. 1096., & deinceps in aliis pluribus Documentis. In Charta Anni 1037. Regnante Domino nostro Conrado, gratia Dei Imperatore Augusto, Anno Imperii ejus in Italia decimo octavo, Idus cuiusdam, Indictione quinta, habetur mensura Genuarii terrae, iuxta pedem Liutprandi Regis, per longitudo de uno lato pedes viginti, & de altero lato per longitudo pedes similiter viginti, & per traverso de uno capo pedes nove, & de alio vero capo per traverso pedes similiter nove, & tenet uno capo in via &c. Simili phras in Charta Anni 1046., qua B. Bonus Abbas in epiphiteum accipit ab Eritio filio Enighi quamdam terram, illius mensura enuntiatur a legitimo pede, qui dicitur Liutprandi, per logni-

lognitudo duno lato pedes octoginta & octo; de alio verò lato, per longitudo pedes similiter octuaginta & octo; & per traverso de uno capo pedes duodecim & dimidio pede; & de alio capo per traverso pedes duodecim. In alia rursus Charta Anni 1047. extat donatio eidem B. Bono Abbatii, facta de quadam terra in loco & finibus Selva longa, cum via andandi & regrediendi cum capras & boves, & aliis bestiis carcatis & incarcatis, vos & omnibus vestris hominibus ad amandum ad ipsa terra usque ad viam publica &c. Actum in loco & finibus Selva longa prope Ecclesia Sancti Bartholomei Apostoli. Insuper in Charta praelaudati Archivi Camaldulensis Fontis-boni de Anno 1054. tempore Eri, gratia Dei magnus Imperator Augusto, Imperii ejus settimo, mense Aprilis, Indictione settima, habetur Guido Comes filio quondam Alberti Comitis, qui lege vivente Rubuaria, cum calamario quasonem terre & ramum arboris, & fistugum nodatum, de terra levans, offert Monasterio S. Mariae Agnani, ejusque Abbatii Rainierio quamdam terrae portionem sicut recta & tenuta fuit per Urso Massajo &c. Actum in loco Casentino Judiciaria Florentina & Fesulana.

Redeo ad Archivum mei Coenobii, in quo ad Annum 1064. stylo Pisano, Gerardus & Opitbo germani filii Cunisii, Chartam conventionis celebrant cum Ildebrando filio b. m. Balduini de quadam terra laboratoria, que est in loco Ponticello, qui uno capo tenet &c. ubi & hoc continetur, quod ipsa fossa debet esse per traverso pedes duo a justo pedes, qui dicitur Liutprandi Regi; & in Charta Anni 1065. pariter Pisano stylo quidam Morecto Notarius Domini Imperatoris filio b.

A m. Lamberti, offert Monasterio S. Michaelis, & Rustico ejus Abbatii quasdam terras in loco & finibus ad la Leuna, qui locis in aliis Chartis Annorum 1073. & 1118. expressius dicitur alla Leona. Rursus Anno 1074. item Pisano more Vualdrada relicta, que fuit quondam Boniti Judex, offert Hospitio pauperum & peregrinorum edificato infra Civitate Pisa prope Ecclesia Sancti Martini & Frigiani portionem suam de terris & casis murata una, & aliis non muratis. Anno 1078. Pisano, Leo Abbas hujus Monasterii in emphyteusim concedit quasdam terras in loco & finibus Sciano, ubi dicitur Campo de Pero &c. tenentes ambas capitula cum uno lato in terra Vuallandi &c., & in aliquamto de ipso lato tenet in terra de filii quondam Villani, & de suorum consortibus: cum patre census reddendi a suprascripta Ecclesia e Monasterio Sancti Michaelis, vel infra ejus clostra &c. constituta poenâ, si in solutione deficeret, arrientum optimum libras vimti. Eodem Anno conventio habetur Leonis filii Ursi, ac Gislae jugalium, cum Manfredo filio Vuilletmi de quibusdam terris in loco & finibus Colingnola, ubi dicitur Campo del Arno. Anno 1080. Ugo filius b. m. item Ughi, offert Monasterio Sancti Michaelis, ubi nunc Dominus Leone Abbas preesse videtur, quasdam terras positas in loco & finibus Mezzana &c., latus uno tenet in Via Carraricia &c., & est pro mensura ad justa seminatura steriorum &c., quae eadem vocabula passim & in aliis Chartis Anni 1081., & subsequentium temporum occurunt. Item Anno 1083. Leo Abbas possessionem, & investituram accipit quarundam terrarum in loco & finibus Ghetiano, quas detinet Bonaccio Massario ad manum sua ad

laborandum, & de una alia lentia (dicimus enim Italice una lenza di terra) ibi posita.

In Archivo Monialium nostrarum S. Petri de Luco in agro Mucellano duae Chartae habentur donationis & venditionis Anni 1085. Gotidii Comitis, & Cunizac Uxor filiae Comitis Origani, factae Tagido Comiti filio Pagani Comitis cum finali clausula: Actum in loco, qui dicitur Fonte buona. In meo rursus Archivo ad Annum 1086. donatio occurrit in loco & finibus Colognola, ubi dicitur Casato, & alia rursus in loco & finibus Fasiano cum terra, que est Casalino. Item alia donatio Anni 1096. exhibet quaedam bona cum Claffatello comunale &c. Ad Annum verd 1097. Pisani contratus habetur cum mentione terrarum in loco Sambra, ubi dicitur Corticelle, nec non in loco & finibus Pecore, itemque in loco & finibus Fasano, cui inter testes subscriptus Ugo quondam item Ughi Codicone. Alia donatio Anni 1098. Pisani exprimit terras in loco Colongnola, ubi dicitur Castagno, & ubi dicitur all Orto, & in loco Macajo, ubi dicitur Capo Arduconi. In quodam Brevi testamentario Anni Pisani 1100. facto a Bernardo quondam Gerardi memoratur Cassina, que tenet lo Blanco, & mea pars de abituro meo de Travaldia &c., & quae habet a Blentina

A & a Palaja, & a Fontana. In praefato Archivo S. Petri de Luco habetur contractus venditionis factae a Bernardo, & Theodorico filiis Ugonis Comitis, ac Gemma Bernardi uxore, filia quondam Ubaldi Comitis, Anno 1102., cuius pretium se recepisse fatentur a Petro de Casa vecchia vice prelibate Ecclesie & Monasterii. In praefato rursus Archivo meo Pisano in Chartis Annorum 1104. & 1105. idem Monasterium positum fore porta dicitur; & in contractu donationis Anni 1112. inter testes habetur Teudericus quondam Martini Bocca dura.

B Sed desino ulteriorum temporum monumenta persequi: haec enim abunde sufficere arbitror ad Viri Clarissimi propositum illustrandum, cui per Te obsequii mei significationem referri velim. Vale.

C Dabam ex Museolo nostro IV. Kal. Januarii MDCCXXVII.

D Hactenus Clariss. Grandius, quae Saeculum XI. respiciunt. Sed ne insalutatum abeat Saeculum X., atque ut constet, eamdem barbariem, sive mixturam Latinae & Vulgaris Linguae eo quoque Saeculo in Chartis viguisse: unum tantummodo specimen stili, & dictio Tabellionum temporis illius proferam. En ergo Chartam, ex Archivo praeclarissimi Monasterii Cavenensis petitam.

Donatio facta a Johanne & Guaimario Principibus Salernitanis Monasterio Sancti Magni, Anno 994.

Nos Johannes & Guaimarus Viri gloriofissimi, divina largiente clementia Longobardorum Gentis Principes, concessimus tibi Andreeae benemeribili Abbas Monasterium vocabulo Sancti Magni, quod constructum est in loco Ta-

E rano actus Lucaniae pertinentiae Principatus nostro Salerno, cum Casis, & Cellis, & Codices, & pannos, & animaliis, totum pertinens jam dicti Monasterii, seu & vineis, & terris Bagatibie, & silbis, & castanietis, totum pesti-

pertinens jam dicti Monasterii, & cum Ecclesis videlicet sibi subiectis Sancto Primo de Canniclo, & Sancto Fortunato, & Santa Maria de Campo Rubio, & Santa Maria da li Pluppi per as fines. A parte Orientis incipiente ab ipsa Serra de ipsa via de Cilento, & descendit ab ipso Flubio, qui descendit in fines Sancti Felicis, & pro ipso Flubio de ipsa Molina, & badit in Flubio de Justra; & rebolente in partem Septentrionis, & saliente per ipso Flubio de Justra, & badit in ipso Flumicello, qui descendit de Sancto Flaviano, usque in fine Sancti Flaviani; & salientem per ipsa fine Sancti Flaviani per ipso bassone; & salit in ipso cilio Montis, & badit in ipsa via, que badit a Cilentis; & descendit in fine de Battollisi, & pergit per ipsi Termiti per ipsa fine de Battolla; & badit in ipsa via, que benit de Battulla, & rebolente in pars Occidentis pro ipso vassone, juxta ipsa via; & descendit in ipso Flumicellum, & salientem in ipso Castelletum Battulani; & pergit rectum per ipso serrumcello usque in via, que pergit ad Sanctum Archangelum, & rebolente per ipsa via usque in ipso bassone, unde aqua decurrit; & rebolentem in partem Meridiei, & salientem in via had ipsa Fontana, & pergit per ipsa via usque in ipso piano de Castello Milissa, & ascendit per ipsa via de ipsa serra usque in ipsae petrae priori fines. Pariterque concessimus tibi jam dicto Andreae Abbatii molina, quae pertinent eidem Monasterio, & construta sunt in ipsis Fluviiis, cum transita & exita ad ipsa molina. Haec namque omnia suprascripta tibi, qui supra Andreae Abbatii concessimus ad securiter, & firmiter illud ad abendum, dominandum, possidendum, atque frudiandum, tu & Successores tui omni tempore, & de ip-

A so frudio omnia faciatis, quodcumque bolueritis, & de terris, & sylbis eidem Monasterio pertinentibus. Et etiam de vineis licentiam abeatis exinde dare ad laborandum, & frudiandum, & dominandum pro parte eidem Monasterio, & neque ad nostris Judicibus, Comitiis, Castaldeis, vel Ministris abeatis exinde aliquam requisitionem, sed omni tempore securo nomine illud abeatis, & possideatis, atque dominetis, seu frudietis in jam dicta ratione absque omnibus publicis requisitionibus, aut cuiquam omnibus. De Anno Decimo Principatus Domni Joannis Gloriosi Principis, & Sexto Anno Principatus Domni Guaimarii ejus Filio Glorioso Principibus, mense Junio, VII. Indictione.

B Praeter alia animadverte heic Santa Maria da li Pluppi, quo nomine arbores populi designantur. Nimirum quum certa locorum quorumdam nomina, aut cognomina, sive agnominia, memoranda olim erant, interdum vernaculae Linguae voces ad evitandas ambiguitates usurpabantur. Idque diligenter velim animadveritas, ut solenne indicium Linguae a Latina diversae. Ita Ingo Episcopus Mutinensis apud Sillingardum in Catal. Episcop. Mutin. multa donans Coenobio Benedictinorum Sancti Petri, Anno 1029. inter cetera largitur iugera duo in Mutina in loco, qui dicitur *a la Cruz*. Simili ratione, ut animadverti Cap. 24. pag. 226. Part. I. Antiq. Esten. in Charta Guidonis Marchionis Anno 1052. scripta occurrit in Cingnano usque al Fechano fine al capo del Monte. Ibi verò pag. 243. intuere eamdem appellationem in alia Charta Anni 1058. Latine redditam ab altero Notario his verbis: & Cingnano usque al Fizano, & usque ad caput de Monte. Idem habes in Charta subsequentis Anni

1059. In Mutinensi Charta Anni 767. memorantur *Sortes in loco ubi nuncupatur Rio Torto Terreturio Feronianensi*, nunc *Ritorto* in Provincia del Frignano. In Lucensi Anni 793. occurrit *Monasteriolum Sancti Quirici in loco La Ferraria*. In testamento Almerici Marchionis spectante ad Annum 948. occurrit fundus, qui vocatur *due Rovere*, deinde fundus, qui vocatur *Campo de Albaro*, tum fundus de *Termine de Petra*. Ibidem quoque est mentio *Corrigii*, qui vocatur *de Rovere*. In altero autem illius Testamento legitur *cum toto Corrigo Rovereti*, ita ut videoas illud Italice, hoc autem Latine pronuntiatum. Quae evidenter ostendunt, aliam tunc fuisse Linguam populo communem, & cum lacte haustam, a Latina, qua Tabelliones, prout melius poterant, in conscribendis publicis contractibus utebantur. Rursus Agnomina, sive *Supranomina* veterum consideranda sunt, quae indicare & ipsa possunt, qualis eorum temporum Lingua foret. In Charta Audiberti Abbatis Veronensis Anni 845., quam in Dissert. XXXI. de *Placitis & Mallis evulgavi*, memoratur *Lupo*, *Suplainpuno nominatus*. In hoc Agnomine elucere videamus Vulgarem eorum temporum Linguam; is enim, ut conjicio, appellabatur vulgo *Soppia-in-pugno*. Ita in Charta Mutinensi Anno 918. scripta occurrit *Lampertus filius quondam Leonardi*, qui supernominatur *Cavinsacco*, idest, ut opinor, *Caput in Sacco*. Ita in Charta Lucensi Anni 941. habetur *Johannes Clericus*, qui *Rabia* vocatur. In altera Anni 1073. nominatur *Tocca-coscia*. Uti & ad Annum 905. occurrit in alia Charta *Johannes*, qui *alio nomine Branca curta* vocitabatur. Ad Annum 1025. *Johannes Canza-casa* in Gharta Mutinensi. Ita

A alibi *Robateza*, idest *expilans Foenile*, & Petrus dictus *Cavazochi*, idest *ef-sediens subterraneos arborum stipites*. Innocentius III. Lib. III. Epist. 45. commemorat *truncos arborum*, quos ipsi *Zozos*, vel *Capitones* appellant. Vide & Chartam Anno 1019. scriptam, quam edidi in Dissert. XV. de *Manumiss.* ibi occurrit *Cacatoffico* filio b. m. *Petri Massario*. Eadem intelligas ex aliis ejusmodi Agnominibus. Quod ergo major aut minor barbaricarum vocum & soloccismonrum copia deprehendatur in quibusdam Latinis veterum Chartis, inde factum tantummodo videtur, quod majorem minoremve ejus Linguae peritiam sibi comparassent Notarii, non verò quod Vulgarem Lingua adh.berent ad contractus scribendos. Sed quo quisque minus Latini sermonis tenebat, eo propius ad Vulgarem in scribendo accedebat. Quod in Charta Cremonensi intueri possumus, scripta Anno 1097. & a me edita Cap. 25. pag. 251. Part. I. Antiq. Estent. ubi imperitus Notarius haec in subscriptionibus addit: *Marchio Alberto filio Opicio de alio Filolo Opicio*, & ala (idest alia) male re *Lavilia*, det pro suo avere contrafatto de suo avere omnia busco, & *Castella*, & *terra*, & *aqua*, & *omnia*, que erant inter *Poyono*, & *omnes servi* & *franci* & *omnia que abebat*. Heic habes Tabellionem omnino rudem, qui quanquam hospes in sermone Latii, nihilo tamen secius illo utitur, ut aliquò pacto sua sensa exprimat, dilabens propterea in voces ac formulas Linguae Vulgaris. Neque a me quisquam expectet, ut prodam, an Seculo VIII. IX. & subsequentibus Vulgaris haec Lingua eadem, exempli causâ, fuerit Florentiae ac Senae, quae postea illic-

B

C

D

E

Sae-

Sæculo XIII. fuisse deprehenditur; A & num Neapoli, Romæ, Venetiis, ac Mediolani eamdem homines loquerentur Linguam, quae ab aliquot Seculis in iis Urbibus viget. Heic enim quum me monumenta veterum deficiant, obmutescere cogor. Petrus quidem Damiani in Opus. XLV. Cap. VII. de docto quodam viro Gallo Romæ degente haec scribit: *Scholastice* (idest, ut opinor, Latine) disputans, quasi descripta Libri verba percurrit (neque enim nisi Latine scribebantur Libri). *Vulgariter loquens*, Romanæ urbanitatis regulam non offendit. Ergo urbanus & elegans Seculo IX. videbatur Romanorum sermo Vulgaris; Sed qualis-ne tunc iste fuit? Num idem, ac nostri temporis? Minime credo. Naturam enim ac genium Linguarum considerans, quae sensim mutationem patiuntur, veri simile reor, Italici Populi Linguam, quo propius accessit ad fontes, sive ad Secula Latinitatis, eo minus tum verbis, tum modis dicendi, a Latina matre potissimum sua, dissensisse; quo verò longius ab ipsa discessit, eo etiam evidentius dissimilem se prodidisse, non solum quod plurimas voces ab exteris populis manantes amplexa fuerit, sed etiam quod novum colorum, novas terminationes, novasque dicendi formulas acceperit. In eum tandem statum Lingua ista devenit, quem Sæculo XIII. intuemur, sed quem longe antea eadem consequuta fuisse videtur, quanquam monumenta desiderentur praecedentium Seculorum. Nulla quippe Lingua, nisi per gradus diversos, animati corporis ad instar, statum suum attingit, a quo etiam in alium subinde per quam facile deflectere potest, sive meliorem, sive deteriorem, prout

B eruditorum studia, aut gentis barbaricae ac ruidis commercia, ad eam expoliendam, aut inficiendam conveniunt. Eruditos Germanicae nationis viros audivi affirmantes, ita suam Linguam ab antiqua Seculi VIII. & IX. discessisse, ut vel ipsi Literarum gnari in vetustæ illius fragmentis intelligendis aquam sibi nimium haerere fateantur. In Concilio Liptinensi habito in Gallia Anno 743. habentur formulæ quædam Teutonicâ Linguâ scriptæ. Habetur & Ofridi Evangeliorum Paraphrasis, ut & alia vetustissima Opera Germanice scripta, atque a Schiltero edita, a quibus nimium distare videoas Germanicam nostri temporis Linguam.

C Et profectò consideranti mihi naturam ipsam Linguarum, duo observanda videntur, quae certum me faciunt, ipsis Langobardis ac Francis rerum in Italia potitis, aliam a Latina, aut saltem plurimum discordem ab ea fuisse Italicae gentis Linguam. Ut supra animadvertisimus, cujusque Linguae viventis est id proprium, ut in Dialectos varias scindatur, nullumque sit Regnum, immo neque Provincia, in queis etiamsi communem Linguam omnes intelligent, eam quoque singuli populi uniformi consensu atque ratione loquantur. Mirum, quantum a Calabria Dialecto ac Neapolitana dissident Florentinorum, Genuensium, Mediolanensium, Taurinensium, Bononiensium, Venetorum Dialetti. Idem in Gallia, in Germania, in Hispania, in magna Britannia, aliisque regionibus accidere exploratum habemus. Quod nunc manu tangimus, praeteritis quoque Seculis contingit oportet. In Hebraeorum quoque Lingua non eadem omnibus erat

rat Dialectus, ut a sacris Libris edocemur, & potissimum Matth. XXVI. Quum ergo, exempli causâ, intuemur Latinam Linguam Seculo VIII. & IX. adhibitam in publicis Chartis, in Libris, in Concionibus, minime inde excogitandum est, eam fuisse populi Linguam, seu Linguam a populo Italico in communis commercio usurpatam. Expende eorum temporum Chartas, scriptas tam in Campania, quam in Etruria, Liguria, Venetia, Aemilia &c. Unam audis Linguam Latinam, Soloecismis saturam; neque ulla insignis diversitas occurrit inter Linguam Latinam Tabellionum Neapolitanorum, Lucensium, Mutinensem, Veronensem &c. quae tamen Urbes, ut Linguarum natura nos docet, tunc etiam diversâ inter se Dialecto utebantur. Consequens igitur est, Latinam illam Linguam non ab infantia, magistrâ matre aut nutrice, fuisse acceptam, sed a studio aliquo, aut usu hominum non prouersus illiteratorum postea accessisse. Et quum certo certius sit, Germaniam quoque, Galliam, Angliam, & alias gentes tunc eadem Latinâ Lingua, barbarismis ac soloecismis multis immixta, non secus ac Italia, publica consignasse Acta, quamvis populis iis alia plane a Latina foret vernacula Lingua: ita ex quo intuemur omnia Italicorum scripta iis Saeculis non alio quam Latino, ac fere pari ubique sermone expressa, continuo cogitandum nobis est, aliam a Latina fuisse tunc revera vernacula Italicae gentis Linguam. Nam si Vulgari Lingua usi fuissent, miram diversitatem loquela sentiremus in Chartis variarum Civitatum ac Nationum, ex varietate videlicet Dialectorum. Itaque statuendum est, po-

A pulum in communi usu Linguam propriam, propriamque Dialectum ab aliis diversam habuisse, eodemque tempore Notarios, aliosque literarum aliquantulum gnaros Latinam paene uniformem adhibuisse in publicis actis.

B Alteram animadversionem addo. Quaecumque sit cujusque populi Lingua, sive Dialectus elegans aut aspera, illud experientâ constat, naturalem quamdam Grammaticam singulis populis inesse ad suas cogitationes rite exponendas; ita ut vel rude Vulgus ac Rustici indocti, quum loquuntur, minime errent in concordantiis Nominum, Verborum, Temporum &c. Neque enim, dicis causâ, femineum adjectivum cum masculino nomine conjungunt; non plurale verbum aut epithetum cum singulari connectunt; non unum tempus pro longe diverso usurpant. Atqui in Chartis, etiam Langobardorum Regno vigente scriptis, nulla Grammaticae ratio habetur aut naturalis aut artificialis; omnia dissona, omnia inter se pugnantia. Dum aliquo pacto sensa sua exponant sermone, qui videatur Latinus, nil pensi iis est, an foeditissime ubique in Grammaticas regulas peccent, & pejeri nonnunquam dictione utantur, quam qui postremis hisce Seculis ludendi gratia Macharonico stilo Poëmata composuere. Finge tibi aliquem ex vulgo nostro, literarum prouersus expertem, qui tamen Latina verba saepe a sacris Oratoribus, aliiisque literatis viris audivit, consilium capere loquendi Latine. Loquetur sane; sed Soloecismis ac Barbarinis orationem implebit, & Vulgarem Linguam ridendum in modum in Latinam contorquebit, nullâ casum, numerorum, verborum, nomi-

C

D

E

nominumque ratione servatā. Idem A ferme actum ab antiquis iis Notariis, quos tamen aliquam Latinis literis operam dedisse par est credere. Scribebant enim, exempli causā, Anno Lotharii &c. & Domni Ludovici filio ejus Regem in Italia, ut ex Charta in hoc Opere mihi edenda constabit. In vivente Lingua ex cogitari tanta deformitas nequit. Idem animadvertis in altera hac formula Anno 839. adhibita, ut in Dissert. XIII. de Homin. liber. ostendi: *Post pena composita, hos libelli conveniētē in sua permaneat firmitate.* Non absimilis haec subscriptio in

B Charta evulgata in Dissert. XXI. de Ital. statu. Ego Radeberto Presbitero rogatus ad Aliberto Presbiter mano meo subscripti. Hisce additam volo Inscriptionem Veronensem, quam corrupte Panvinius & Moscardus in Hist. Veron. tum Ughellius jamdiu evulgau- runt, sed emendatam ad fidem archetypi rursus protulere Clarissimi viri Franciscus Blanchinius, tum Fontaninius in Comment. de Disco votivo, & demum Marchio Maffejus in Verona illustrata. Circiter Annum Christi 725. eadem marmore inscripta fuit.

† IN N̄ ANI IHV XPI DE DONIS
SCI JUHANNES
BAPTESTE EDI
FICATUS EST HANC
CIVORIUS SUB TEMPORE
DOMNO NOSTRO
LIOPRANDO REGE
ET V̄B PATERN̄O
DOMNICO EPESCOPO
ET COSTODES EJUS
V̄V VIDALIANO ET
TANCOL PRBRIS
ET REFOL GASTALDIO
GONDELME
INDIGNUS DIACONNUS SCRIPSI

In altera parte lapidis
*** URSUS MAGESTER**
CUM DISCEPOLIS
SUIS JUVINTINO
ET JUVIANO EDI
FICAVET HANC
CIVORIUM
VERGONDUS
TEODOAL
FOSGARI

Fieri non potest, ut vulgus, si Latinam Linguam tunc retinebat in usu, in tam enormes sermonis discordias erumperet, qualis sane spectatur in iis verbis: *edificatus est hanc Ci-*

vorius, &c. Ita in Dissert. XIV. de Servis notas Chronologicas retuli complurium Chartarum Lucensi in Urbe scriptarum ab An. Chr. 736. usque ad Annum 742. Ibi, ut alia omit tam,

tam, legas: Regnante piissimi Domino nostro Liutprand & Hilprand vir excellentissimis Regibus &c. In altera Regnante Domnos nostros Liutprand & Hilprand viri Rex excellentissimis Regibus &c. Si haec vernacula Lingua fuisset, nunquam uno tempore, ac una in urbe tam discordes iidem Notarii fuissent; sed quod nunc in corruptioribus Italicae Linguae Dia-

A lectis usuvenit, omnes cumdem directionum ordinem & structuram servassent. Atque heic binos integros contractus hactenus editis adjungendos accipe, quos ante annos ferme mille in membranis authenticis scriptos ac adservatos vidi in eximio Archivo supra laudati Archiepiscopii Lucensis.

B

Oblatio aliquot fundorum facta a Sichimundo Archipresbytero Ecclesiae Lucensi Sancti Petri, Anno Ch. 740.

IN D^ei nomine regnante Dominos nostro Liutprand, & Hilprand Deo juvante regibus anno Regni eorum Deo propiciantem XXXIII. & Quinto Mensis Februarii per Indictione Octava feliciter. Sichimundus venerabilis Arcipresbyter tibi Ecclesia D^ei adque Beato Sancto Petro patrino meo p. p. sal. di. Dum enim vel si indignum Sichimund ex infantia devotus desiderans Domino Iesu Christo vel eju^{que} liminibus prumis queam modo deserbere unacum ejus clementia traxi ut de parvis rebus substantiola mea vel adquisitulo me quamvis in modico meo ante tribunal eterni Judicis salvare possim. O lie in Dei nomine ego qui supra Sichimund Arcipresbyter per hanc dotis titulo offero Deo adque Beatissimi Sancti Petri, ubi ego quamvis indignus ex infantia deserbere visus fui, idest parte meam de Casa hic prope Silice ubi cummanire videor, cum solamento vel cum omnia adjacentia sua, cum movile vel immovile, seeo semovenientibus, omnia usilia alia, scherpa meam tam pannis, eramen, vel auricalco, codicis, vel omnia quidquid in meo domino esse videtur, tam borto, senile,

Casas massaricias cum omnia ad se pertinentem, cum familias suas, cum territoriis cultis & incultis, quod a me ubique pertinere videtur, simol & terra vaccua hic prope Civitate, meam vinea, cum silvis vergariis, castanetis cultis & incultis movilia vel immovilia, serbis, vel ancillas, omnia & in omnibus que ex..... parenti advinet, seo quem per qualivet.... cunquire potui. Similiter & res illas qui fuerunt quondam Find.... advinet per conjugem meam Auria tam Casas, terra, vinea, oliveta cultis & incultis, omnia & in omnibus jam dixi &c. Et post transito vero meo si quod superius in eodem tenure possedeat ipsa sancta.... & Sacerdos qui ibidem deserberet pro me Dominum exorare deveat, & luminaria Sanctorum Dei faciat, & Missarum &c. & Gaudentius quamvis indignus Presbyter scrivere rogavi, & subter signa sancte croci scripsi &c. Atum Luca, Regnum, & Indictione suprascripta feliciter.

D
E
Ego Sichimund venerabilis Arcipresbyter in hac facta Domino & Santo Petro sicut superius legitur propria manus mea subscripti & firmavi.

**Charta venditionis factae Tanualdo Presbytero a Causulo
honorabili viro Lucensi, Anno Ch. 746.**

TN nomine Domini Dei nostri Iesu Christi regnante domino nostro Ratbris Rege anno felicissimi Regni pietatis ejus Tertio, in medio Mense Decembris, per Indictione Quintadecima feliciter: Constat me Causulu v. b. filius quondam Radualdi bac die vendedisset, & vendedi, tradidisset, & tradedi secutis in presentia testibus qui super presente chartula suvfruturi sunt propriis manibus meis contradedi tibi Tanualde venerabili Presbytero de beato Iano Regulu ter parti in Teuipaschu, qui vocatur Terstuarius--Casa, Terra, Vineis, cultu, vel incultu, Silvis, & pascuis, quo dixi, que ad me, vel duis germanis meis pertinet, exceptu quarta parte quen tenu filiis quondam Radiperti; nam alia res omnia tibi vendere visus sum ipse tres parti que ad me pertene tibi in integro vende visus sum unde suscep ego pro ipse tres partis auris solidas numero dexem & octo in fenitum & deliveratum capitulu, ita ut de meo exivit dominio in tua mano esse potestate vendedidi derelinquendi quiquid de ipsas res agere, facere, vel judicare volueris in tua set potestate, & neque ego heredi meus aliqua tibi generaret molestias, & quod fieri non credo, nec si ipsa res ego aut meus herediti tibi in antea fecero, aut de qualivet homine non defensavero, ispondeo ego qui supra Causulu v. b. vel meus hereditis componitur tibi Tanualde venerabili Presbytero vel ad successoris tuo in duplum, ipsa suprascripta res de quod agitur meliorata. Quam venditionis chartula Aldipert amico meo iscrivere roga vi. Atum Luca finibus Massa. Regnum & Indictione suprascripta feliciter.

A

Signum ✠ manus Causulu v. b. vendituri, & tradituri.

Signum ✠ manus Ratpert u. D. Sotceru ejus testis.

Signum ✠ manus Tuirepert u. D. filius quondam Arichis testis.

Signum ✠ manus Elprandi u. D. testis.

B

Signum ✠ manus Rechuli u. D. filius quondam Vitaliani testis,

Signum ✠ manus Bonari u. D. filius quondam Ausadi homo Pisanus testis.

Ego Aldipert u. D. iscripsi & post tradita complevi & dedi.

C

Ne propera, quælo; sed sigillatim verba, constructionem, concordanrias, & reliquam faciem Latini hujus sermonis perpende. Ego ex hoc corruptissimo stilo nullam dicendi formulam vitiatam repetere volo, sat ratus, quemque suopte ingenio agnitorum quod supra innuebam. Videlicet fieri non potuisse, ut ejusmodi Lingua in usu populi foret, quum nihil Grammaticae præferat, quatenus carere nullam viventem Linguam antea statuimus; atque adeo reliquum esse, ut opinemur, Notarios coactos secundum morem Latinis literis, quarum imperiti erant, contractus ejusmodi scribere, prout potuere, hoc est tot Soloecismis ac Barbarismis usos, & confusâ foedissime Vulgari Linguâ cum Latinâ, munere tandem suo, sed perquam infelicitate, funestos fuisse. Atque ita rem se habuisse, & Linguam adeo corruptam familiarem populo, usitatamque minime tunc fuisse, evidenter intelliges, ubi multas ex his antiquissimis Chartis simul componas.

D

E

nas. Quoties haec in iis materna Lingua fuisse, ipsissimae dicendi formae, eademque plane struetura, hoc est iidem errores in singulis iis Chartis occurrent; neque enim, exempli caussâ, viginti Mediolanenses Notarii contractum unum vulgari suâ Dialecto sribentes, inter se nunc dissentirent. quod est ad naturalem Mediolanensis Linguae Grammaticam atque syntaxim. Verum in vetustissimis Chartis cujuscumque Civitatis Notarii nulla lege Grammaticae utuntur; nulla inter eos stata dicendi & construendi forma sublucet, exceptis ex Formulario desumptis, quae plerisque communia erant. Atque adeo unusquisque monstra verborum, peculiaremque structuram deformatem orationis suo marte procudebat, imperitiam ubique prodens Latini sermonis, quam identidem supplebat, verba, phrases, & syntaxim a Vulgari mutuatus. Haec sunt, quae tandem arbitrari me cogunt, jam ante mille annos aliam in Italia fuisse vulgi Linguam a Latina. Et fortassis haec ipsa consideratio supervacanea non sit in earumdem examine Linguarum, si vetustiora etiam Secula respicias.

Dixi non semel, varias fuisse vel antiquis Seculis Dialectos in Italia, en quas adhuc passim incurrimus, ita ut vix ulla Civitas sit, quae aut pronunciatione, sonitu accentuum, vocum terminatione, vocabulisque peculiaribus ab altera non distinguatur. Dialectus quoque unius Provinciae ab alterius sensibiliiori modo diversa est; eaque interdum dissimilitudo tanta est, ut sint quaedam in Italia Dialetti, quas vel ipsi Itali aliarum Provinciarum, quamquam communi Linguae utentes, nedum exteri. qui huic Linguae operam dedere, difficile intelligant. Hoc potissimum in Genuen-

A sum, aliorumque Ligurum sermone experientia docet. An idem contingat in vastis Germaniae Provinciis, & Galliae, & Hispaniae, in quibus certe non minus quam in Italia Dialetti abundant, norunt ii, qui proprius rem perpendere potuerunt & possunt. Quod novi, tanta minime fuit in Graecorum Dialetis diversitas. Sed quales forent, florente Romanorum Republica in Italia Dialetti, & quo tempore, & quomodo tam varii unius Linguae modi apud Italos invaserint, & quae caussae tantam pererint sermonis varietatem, investigare quidem cuicunque licet, decernere autem rite nemo possit. Ingeniosa tamen mihi visa est sententia supra laudati Marchionis Maffei in insigni Opere Veronae illustratae, qui, ut ostendat, Gallis Coenomanis, Brixiae ante Romanos dominantibus, nil juris ac ditionis fuisse in Veronenses, Henetorum sive Venetorum sobolem, animadvertisit, Dialectum Veronensem, Vicentinae & Patavinae persimilem, a Brixiana adhuc nimium differre: id quippe indicium est, diversos populos antiquitus in iis regionibus confessisse, certa cosa essendo, ut is inquit, che i nostri odierni Dialetti non altronde si formarono, che dal diverso modo di pronunziare ne gli antichi tempi, e di parlar popolarmente il Latino. Sternit utique animadversio haec viam ad intelligendum, cur populi Italici ab Alpibus Grajis & Penninis usque ad Brixianorum fines, & demissâ Veronâ, per Regium, Mutinam, Ferrariam, & Bononiam paene usque ad Ariminum in sua quisque Dialecto vocabula pleraque brevient; & quae Tusci, ceterique ferme populi usque ad fines Italiae vocali concludunt, ipsi per consonans terminare consue-

verint. Etenim Galli ante Romanos dominationem suam usque ad Ariminum protendebant; ac propterea uti etiam nunc Galli *Nostre*. *Aatre*, atque horum similia, suppresso E. finali pronuntiant, ita Mutinenses, Bononienses, aliquique hujuscet tractus populi pronuntiant *Nostr*, *Alt* &c. & Mediolanenses *Oter*, Gallicum AU. in O. convertentes. Haec tamen difficultatibus non paucis obsita mihi creduntur. Quaeri quippe posset, cur Etrisci, qui olim ante Gallos late dominati sunt cis Apenninum, ita ut Felsina, nunc Bononia, Etruriae caput haberetur, non eum in hisce regionibus impresserint pronuntiandi modum, quem ultra Apenninum retinent; hunc autem si impressere, quei novi hospites Galli sustulerint; neque postea Romanis rerum dominis post Gallos obtigerit Gallorum pronunciationem delere, uti antea Galli de Etruscis fecerant, & praecipue quum tot Romanorum Coloniae in Urbes Galliae Cisalpinae deductae fuerint. Deinde exploratum est, per universam Italiam, Galliam, & Hispaniam propagatum ita fuisse Latinae Linguae usum, ut non docti tantum viri, sed & plebs, & rustici denique omnes eamdem usurparint. Si statuimus, vel primis Seculis Romanae dominationis, Dialectos pro more Gallorum veterum heic invalusse, & vocum compendia, ac terminaciones jam tum auditas, quales nunc habemus: Vulgarem nostram Linguam vel ipsis iis Seculis aliquo pacto admittere cogeremur: quod sane excogitare & credere nemo velit aut possit. Si verò Latinam Linguam jam per populos Cisalpinae Galliae propagatam, & olim florentem, admittimus sensim corruptam ab indocta & rustica plebe: consequens est,

A non ex primaevis regionum istarum habitatoribus, sed aliis ex causis processisse varietatem Dialectorum, quae nunc vigent. Verum heic prorsus caecutire me lubenter fateor; & quamquam certum putem, Lombardicarum Urbium Dialectos ad morem Gallicorum & Septentrionalium populorum fuisse compositas: incertum tamen arbitror, num Langobardis, & subsequitis Francis, & Germanis heic olim dominantibus, an antiquorum Gallorum posteris tribuenda sit tanta Latinae Linguae in hisce partibus corruptio sive mutatio. Idem quoque dicendum de Veronensem Dialecto. Fortasse quod iis longe frequentius quam Brixianis commercium foret cum inclita Venetiarum Urbe, tum propter Athesis usum, tum ob maiorem vicinitatem, & praesertim postquam in Sereniss. illius Reipublicae ditionem transfere, eadem quae Venetiis forma loquendi adhaesit. Venetus verò populus, quod nunquam Italici Regni pars fuerit, neque Langobardis, Francis, & Germanis unquam paruerit, dulciorum & cultiorum loquelam, quam apud Lombardos, Latinae tamen filiam, ad nostra usque tempora servavit. Verùm repeto, quum nos heic veterum monumenta omnino deficiant, inter tot tenebras hariolari nos facile posse, certam contingere veritatem difficilimum fore.

E Porro, ut unde digressus sum, revertar, animadvertis etiam velim, Chartas ante annos nongentos & milles scriptas pluribus scatere plerumque erroribus, quam scriptae post Saeculum X. quum tamen credere cogamus, Vulgarem Linguam exempli causâ Anno 1050. longius a Latina recessisse, quam Anno 740. Ecce cur quæso? Nisi quia post Annū Chri-

Christi 800. Scholis restitutis major cura Latini sermonis fuit, non quod Notarii in Chartis tunc adhiberent Lingua vulgi. Atque heic quaeſo accipe, quanta Latinae Linguae peritiae foret in aliquot Lucensibus Episcopis Seculo Christianae Salutis Octavo. Vetustissimam pergamenam vidi in ejus Ecclesiae Tabulario hisce verbis ornatam: *Regnante D. N. Liudprand viro Excellentissimo Rege, Anno Regni ejus septimo, mense Decembrio, per Indictionem Secundam (videlicet Anno Ch. 718. verbis ex Formulario acceptis) feliciter. Urb (idest, ut opinor, Venerabilis) Talesperianus gratia Dei Episcopus Maurino Urb Accolatus famulo, & servienti suo perpetuam salutem. Quoniam bene servientium opsequia dignum semper remuneracionem sublevare deveator, & mercidis mea vacua esset, non dives &c. confirmamus in ti Basilica Beati Sancti Prospere Marthensis sita in loco, qui dicitur Interaccole &c., sicut jam antea a bone memorie quondam Marino Genituri tuo cesseramus &c.*

Ego Talesperianus umilis Episcopus ubi Cartule donationis facta in famulo meo..... propria manus mea sumscripti.

Ego Walprand in Dei nomine Episcopus in hanc Cartula donationis facta in Maurino a domino Talesperiano antecessori meo, postea mibi relecta est, cum consenso de Sacerdotis, propria manus meas suscripsi & confirmavi.

Ego Osprandus Diaconus ex autentico exemplavi, nec pluraddedi, nec menime scripsi.

Ego Peredeo in Dei nomine Episcopus qualiter..... Maurino Pbro Cartula donationis de Ecclesia Sancti Prospere, quem facta fuerat a quondam domino Talesperiano, & ipsa Cartula fecimus relegere & exemplare &c. Anno Domini Desiderj..... Kal. Janua-

A ria, Indict. Undecima. Fortasse miraris incitiam Episcoporum aevi illius. Sed mirari desine. Una cum Lingua Magistri quoque optimi Linguae Latinae perierant. Satis tunc fuit tineturam ejus aliquam possidere. Cogita feminas Lombardas nostri temporis, quae aliquam scribendo operam dederint, nullam vero aut exiguum purae & communi Italicorum Linguae. Scribunt quidem, & Italice quantum possunt scribunt, sed in Grammaticam, Orphographiam, ipsamque Linguam passim peccant. Neque ipsa Roma temporibus iisdem immunis abiit calamitate ejusmodi. Vide Paschalis I. Papae literas pro Ecclesia Ravennate ad Petronacem Archiepiscopum, editas Par. I. Tomi II. Rer. Ital. ac datas Anno 819. (si tamen pro certo ejus temporis monumento excipiendae sunt; mihi enim suspicionem creat illa ipsa tantum barbaries, & Annus Lotharii nondum a Pontifice coronati) unde haurias, quae Latinae Linguae vel apud Literatos, ac in ipso Latinitatis sacrario, conditio foret. Ipsam quoque rubiginem deprehendimus in Epistolis Codicis Carolini, alisque eorum Seculorum literis; plura tamen deprehensuri, si autographa sub oculis adhuc haberemus, neque antiqui Librarii, aut novissimi qui typis aeneis veterum monumenta descripsere, nimiā licentiā non qualia erant, sed qualia ipsi emandanda censuerunt, nobis ea dedissent. Surius praecipue heic eruditorum calculo damnatus est in Sanctorum Actis edendis, a cuius imitatione sapienter abstinuerunt ac abstinent doctissimi Patres Soc. Jesu Antuerpienses in insigni sua eorumdem Actorum collectione. Celeberrimum autem est Romae Triclinium, in Patriarchio La-

teranensi, ut Anastasius scribit, constructum a Leone III. Papa circiter Annum Ch. 798. Ejus picturam, sive Musivum habemus apud Alemannum in Dissertat. de Lateran. Parientin. Cap. 12., & apud Pagium in Crit. Baron. ad An. 796. Ibi imago Sancti Petri, ad cuius pedes genuibus flexis spectantur Leo Pontifex, & Carolus M Francorum Rex, nondum Augustus. Si Alemannum audi mus, Inscriptio haec ibi legitur: BEATE PETRE DONA VITĀ LEO NI PP. E BICTORIAM CARULO REGI DONA. At Vir Clariss. Johannes Ciampinius, Par. II. Cap. 21. Veter. Monum. accuratissime pro more Musivum illud delineatum nobis exhibens, ita Inscriptionem illam exhibit: Beate Petrus dona vita Leonii PP. e Bictoria Carulo Regi dona. Si haec ita illic se habent, Italicas, sive Vulgarem Linguam sentis. *Dona vita, e dona victoria.*

Itaque sensim Italicae gentis Lingua olim immutabatur, eoque longius in dies a Latina recedebat; & quamvis in decentem statum denique deducta per ponuli ora decurreret, pergebant nihilominus Literati ac Notarii omnes Latino sermone uti, sive Historias, sive Acta publica, & Civium contractus, sive Artium, Scientiarum, ac Religionis monumenta literis mandarent. Veneratio haec debita credebatur Linguae nobilissimae, quam Ecclesia Romana, immo & universa Occidentalis, in divinis Mysteriis retinens quodammodo sacrasse videbatur. Accedebat & altera magni ponderis praerogativa, qua adhuc etiam eadem Lingua fruitur, nempe familiarem fuisse & communem reliquis Euronae cultoribus populis, ita ut qui Latine scriberet, sua sensa non tantum ceteris

A Literatis Italiae, sed etiam gentium exterarum Latini nominis intelligentia efficeret: quod nulli Vulgarium Linguarum contingebat, & porro neque nostris temporibus contingit. Si quando vero Episcopi sermonem in Ecclesia habebant, Latine adhuc suo munere fungi consuevere, nisi quod apud aliquos mos invaluit subinde explicandi populo Latinam orationem per vernaculam Linguam. In Antiq. Esten. Par. I. Cap. 36. pag. 356. evulgavi ego consecrationem Ecclesiae Monasterii Estensis de Carreribus, factam Anno 1189. Tunc ad populum Homiliam habuit, & quidem Latinam, Godefridus Patriarcha Aquileiensis, quam ex vestigio Patavinus Episcopus Gerardus maternâ Linguâ addstanti populo exposuit. Cum praedictus Patriarcha (ita in Actis iis legitur) litteraliter sapienter praedicasset, & per eum (idest pro eo) praedictus Gherardus Paduanus Episcopus Maternaliter ejus praedicationem explanasset, & populum ibi stantem amonuisse set &c. Atque ita Latini sermonis honor illaeus adhuc nimiâ fortasse religione servabatur. Interea hinc exsurgere videtur, quid cogitandum sit nobis, quoties in sacros Sermones, aut Epistolas scriptas post Annum Millesimum incidimus. Ea Latine scripta sunt. Quei populus illorum sensum assequebatur, si in Latio hospes erat? Quei, exempli causâ, Petrus Damiani Epistolas Latinas scribit ad Sororem suam, ad quasdam Virgines sacras, aliasque Feminas, nisi & istae Latinum sermonem novissent? Sed reponendum est, Sermones ad Populum aut habitos maternâ Linguâ; aut si Latinâ, explicatos continuo fuisse Vulgari. Epistolas vero Latinas ad eos tantum datas, qui Latii Linguam callerent, eique mu-

lie-

liebrem quoque sexum olim operam dedisse. Habemus etiam Sermones Latinos Sanctorum Francisci, Antonii, Bernardini, ac aliorum, tunc certe recitatos, quum unam Vulgarēm Linguam populus intelligeret, eāque uteretur. Habemus & Literas Petrarchae, aliorumque Latinas ad ea ipsa tempora spectantes. Harum sensum qui Latine docti erant, intelligebant; qui minime, interpretem quaerebant. Verum tanta religio in adhibendo sermone jam antiquato, & compedes, quas tandem sibi imponi passae fuerant Occidentis nationes, tandem fracti fuerunt, siue quod ignorantia Latini sermonis homines ad usurpandam quoque in scriptis Vulgarem impulerit, sive potius, ut puto, quod intellexerint homines, hanc etiam aptissimam esse, & commodiorem, atque utiliorem, cui commendarentur cogitationes, & negotia vitae, ac liberalium studiorum. Johannes Marius Crescimbenius, qui originem, & progressum Italicae Poëtos Commentariis suis illustravit, in eam tententiam inclinavit, Italicam Linguam, vel sub Friderico I. Augusto, hoc est Saeculo XII. coeptam usurpari in scriptis. Sed nullum certum testem hujuscē opinionis adfert. Adferam ego quatuor versus, qui in Musivo Tribunae veteris Cathedralis Ferrariensis ad nostra usque tempora legebantur. Eos autem, antequam Templum illud novam faciem acciperet, collegit, & publici etiam juris fecit Cl. V. Hieronymus Baruffaldius nunc Centi Archipresbyter in Praefat. ad Poëtas Ferrarienses; atque in Tom. VI. Opusculor. P. Calogierà eosdem legas.

*Il Mile cento trempa cinque nato
Fo questo Templo a Zorzi consecrato*

*Fo Nicolao scolptore
E Glielmo fo lo autore.*

Si eodem Anno inscripti fuere hi versus (quod praestare ego nolim) habes antiquum Vulgaris Linguae fragmentum. Ad haec negari certe nequit, quin spectet ad Annum 1122. Charta, quam Ughellius protulit Tom. IX. Ital. Sac. in Archiep. Rossanen. Ibi fines quorumdam Casalium hisce verbis decernuntur, quamquam non satis accurate e membrana descriptis: *Incipiendo da li Finaudi, & restante vadit per Serram Sancti Viti; & la Serra ad birta eſce per dicta Serra Gronico; e li fonti aqua trondente inverso Torilliana; e eſce per dicta fonte a lo Vallone de Ursava; e lo Vallone Apendino cala a lo forno, & per dicta flumaria ad birta (scribendum puto a d'bito, a dritto) ferit a lo Vallone de li Caniteli; & predicto Vallone ad birta eſce supra la Serra de li Palumbe a la Crista custa; & deinde vadit a lo vado driteto da Thomente; & dicta Ecclesia Sancto Andrea abe ortare unum, & non aliud. Et dicta Serra Apendino cala a lo Vallone de Donna Leo; & lo Vallone Apendino ferit a la via, che vene ad Santo Jorio, & volta supra l'ara de li Meracini, & ferit a la Gunnara de li Lathoni &c. Quid? quod Commentarios suos in Dantis Comoediam adhuc MSos concinnabat Benevenutus de Imola circiter Annum 1385. At is scribit, ante ducentos Annos, hoc est circiter Annum 1185. coeptam esse adhiberi in Rhythmis, hoc est a Poëtis, Italicam Linguam. Saltem extra controversiam est, invectum fuisse Vulgaris Linguae usum Seculo XIII. subsequenti, quo se nobis objiciunt complura monumenta literis Italicis consignata. Senensis olim Urbis decus Hubertus Ben-*

Benvollientus omnium antiquissimam prosam orationem Linguae Italicae, quam ipse viderit, indicavit mihi, Epistolam scilicet An. Ch. 1253. scriptam, quae in Senensis Civitatis

A Chartophylacio adseratur. Hanc producere juvat, orthographiâ, qualis ibi est, nihil immutatâ. Inter cetera vide, quam parum solicitus esset Scriptor de geminandis literis.

Epistola Tuti Henrici Accattapane ad Rugerium de Bagnolo pro Conrado Romanorum ac Siciliae Rege Capitaneum populi Senensis, Anno 1253.

A Voi Mesere Rugiero da Bagnuolo per la grazia di Dio e di Domino Re Currao Capitano del Comune di Siena Tuto Arrigo Acatapane vi sieva racomandando. Contio vi sia, che io sono in Perošcia e gioſevi giovedi due die entrare ottobre con una grande quantitate di Cavaleri della Valle di Spuleto e delle Contrade ai lagiuso e quando gionſi in Perošcia ſi vi trovai Aldobrandino Gonzolino, unde ſapiate che io me ne voleva venire coi detti Cavaleri per chello che io voleva eſere in Siena colloro innanzi voi per vedervi e perche voi intendete i pati che ſono da me e dalloro anzi ch ellino vi ſcriveſero, i quali pati apaiono per carta a mano di Notajo; unde io facio contio che i pati ſono cotali ch ellino vi deano ſevire a voſtra volontà di die di notte con buoni cavalli domi di trenta 8 e di più e bene armati come Cavaleri & anno impromefo ſelli vera neuno ebe non piacia che li vi deano ſatisfare e di cheſto avendo di catauno buone ricolte e rendere e dinari colla pena del dopio impero io facio contio che io me ne ſerei volentieri venuto colloro Aldobrandino Gonzellino ſi mi diſſe da voſtra parte ch io non mi partiffe di Perošcia anzi vi rimanefſe per pagare i Cavaleri della Contrada, e diſemni che allui conveniva andare a Cortona per

B fare la ſicurtà a i Cavaleri di Cortona; und io volendo obedire lo ci ſono rimafio e ſtando me in Peroſcia il detto Giovedi a ſera ſi ci gionfero Abasciadori di Radicafano cadauno a Domino Papa a caſcione de la preda che tolto l'avete, incontanete ſi fece un Meſo o mandandolo la note a Bonifazio ad Aſiſi, e mandalili dicendo perchelli ne fuſe più ſavio, e averevi penſato che da fare ne fuſe anziche gl Abasciadori giognefero innanzi Domino Papa. Cheſto di ſoto ſono i nomi de Cavaleri, che vi mando.

C Subsequuntur Equitum nomina, quae omittenda censui. Supersunt & alia ejusmodi monumenta. Sed & ex iis pleraque etiam periere. Galvaneus quoque Flamma Ord. Praed. in Manipulo Florum, quem evulgavi Tom. XI. Rer. Ital. meminit ad Annum Christi 1288. Bonifini de Ripa Fratris Tertii Ordinis, qui Chronicam de magnalibus Civitatis Mediolani compoſuit. Eundem quoque commemorat in Chronicō Majori nondum edito. At iſte multa Vulgaria compoſuit, uti fidem facit ejus Epitaphium, quod Mediolani in Coenobio Fratrum Minorum Conventualium Sancti Francisci olim ego legebam. En ejus verba:

HIC JACET FRATER BONVICINUS DE RIPA
DE ORDINE TERTIO HUMILIATORUM
DOCTOR IN GRAMMATICA,
QUI CONSTRUXIT HOSPITALE DE LEGNIANO,
QUI COMPOSUIT MULTA VULGARIA,
QUI PRIMO FECIT PULSARI CAMPANAS
AD AVE MARIA MEDIOLANI ET IN COMITATU.
DICATUR AVE MARIA PRO ANIMA EJUS.

Sed primo Rhythmis, sive versibus, nunc *Rime*, Italica Lingua usurpari copta est, ac sensim deinde & prosâ oratione. Anno 1260. Historiam suam Patavinam literis consignabat Rolandinus, quam habes Tom. VIII. Rer. Italic. In Prologo animadverte haec illius verba, qualia suppeditavit mihi Codex MStus Biblio-hecae Estensis. Forte non erit inutile, vel delectabile minus aliquibus, & praecepue Literatis id, quod de modernorum injuriis, & laboribus scriptum per Latinum invenient, quam quod de gestis Nobilium antiquorum audiunt per Vulgare, quod *Dirimatum vulgo dicimus*, & Romanum. Heic sermo *Dirimatus* idem est atque *Rhythmicus vulgaris*, di *Rime* composto. Romanus vero, qui nunc *Romanzo* appellatur. Fabulosae enim Historiae a Francis constructae affluebant, in quibus gesta Nobilium, sive de' Paladini, e dell' antica Cavalleria, narrabantur. Potissimum vero ad usurpandum in scriptis Italicum idioma gentem nostram fuisse adductam puto finitimarum exemplo, hoc est *Provincialium*, *Corforum*, atque *Sardorum*.

Ad primos quod attinet, exploratum est, Poëas Provinciales, quorum Vitas Nostradamus edidit, &

A supra laudatus Crescimbenius Italico caelo donavit, vernaculâ suâ Linguâ usos in conficiendis versibus plerumque Amatoriis. Per hos autem multam sibi peperere ingenii famam, ita ut per ipsam Italiam ingenti celebritate nominis eorum Poëmata fermentur. Porro, ut arbitror, intra Annū 1100. & 1254. floruerent praeconiū ex iis Poëis; adservat enīa Bibliotheca Estensis membranaceum Codicem, magni sane aestimandum, in quo copiosissima sylloge Provincialium Cantilenarum habetur. Et scrip̄i quidem Codicis tempus ex epigraphe præfixa, ac minio exarata, colligitur: *In Jesu Christi nomine. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, Indictione duodecima, die Mercurii duodecimo intrante Augusto.* Haec sunt nomina omnium repertarum Cantionum istius Libri. Tum adferuntur priores versus cujusque Poëmatis sub suo Auctore. En priorum Poëtarum nomina *Peire d' Alvergne*, *Peire Rogier*, *Zirald de Bornell*, *Azmar*, *Bernard de Ventador*, *Peire Vidal*, *Ganselme Faidiz*, *Arnald de Marvoill*, *Folches de Marsella*, *Arnaut Daniel*, *Bertrans de Born*, & ceteri, quorum nomina ad 113. ascendunt. Subsequitur alter

Cata-

Catalogus hisce verbis: *Haec sunt inscriptions Cantionum de Libro, qui sicut Domini Alberici, & nomina repertorum earundem Cantionum. Occurrunt heic praeter supra memoratos alii non pauci Poëtae.* Deinde additur tertius Catalogus cum hoc titulo: *Iste sunt Cantiones Francigene, hoc est, ut supra differuimus, Gallico sermone contextae. Inter Italicos autem primi Siculi Vulgarem nostram Linguam Poëmatis ornare coepерunt: quae felix audacia reliquos Italiae Poëtas, ac praeципue Etruscos, ad idem praestandum brevi induxit. Uti jampridem ego animadverteram Lib. I. Cap. III. de Perf. Poësi Ital. testatur Franciscus Petrarca, Siculos in ejusmodi studio praecessisse reliquis Italibus, & dubium relinquit, num ii a Provincialibus, an Provinciales ab ipsis mutuati fuerint usum Linguae, ac Poëeos Vulgaris. Sunt qui illum in ejusmodi opinione deceptum putant, aut aliud sonare illius versus. Ego rem in medio relinquo. Eruperunt ergo per varias Italiae Urbes Poëtarum*

A examina Saeculo XIII. quorum foetus Leo Allatius, atque ante eum Junctae Typographi typis tradidere, e quibus nonnulli invitâ Minervâ Parnassum intravere, alii vero egregiis coloribus Poësim expresserunt, donec Florentinorum praeferunt Poëtarum curâ, Italica Poësis ad insigne decus assurrexit, quod Ingenia Italicorum augere in dies pergunt.

B *Sardorum quoque, & Corforum exemplum memoravi, Vulgari sua Lingua utentium, utpote qui Italicae praeivisse in hoc eodem studio videntur. Anno 1164. a Friderico I. Augusto Baraso Arboreae in Sardiniam Judex Regium titulum est consequutus, teste Morenâ, Chronicô Pisano, atque aliis: unde subsequata sunt gravia bella inter Genuenses, & Pisanos, uti Continuatores Caffari in Annal. Genuen. Tom. VI. Rer. Ital. fuse scribunt. Eo autem regnante, Archiepiscopus Turritanus privilegium Casinatibus Monachis est elargitus, quod ex Archivo celeberrimi Casinensis Coenobii accepi.*

Alberti Archiepiscopi in Sardinia Turritani Charta vernaculo sermone conscripta, qua Monasterium Montis Casini eximit ab onere quorumdam censuum, Anno 1170.

Auxiliante Domino nostro Iesu Christo, & intercedente pro nobis Beata Virgine Dei Genitrici Maria, & Beato Sancto Petro Apostolo, & Beato Sancto Gavino, Protho, & Januario Martyribus Christi, sub quorum protectione & defensione gubernatos nos credimus esse salvatos. Anno Domini Millelximo Centesimo Septuagesimo: Ego Albertus Monachus Archiepiscopo de Turuski gla fhamo custa Carta pro ca mi pregaite su Abbate de Monte Casinu Don-

D no Raynaldu pro indulgere li sus censu, ki davan sos Priors de Nurru ki ac Sanctu Gavinnu pro Sancto Jorgi de Baraggie, & pro Sancta Maria de Eenor una libra de argantu, & viginti solidos de dinares, Kandonke benniat su Missu d'esso Papa, & levavende d' essu ki aviat Sanctu Benedictu in Sardinia. Et ego Pusco Toraive Nama in Sardinia petuli boluntate assu Donnu meu a Judike Barrusone de Laccu, & a Donnu Johanne Sarga Episcopo

Scopo de Serra, & a Domnu Costantinu de Lella Episcopo de Plova ke, & a Domnu Attu Episcopo de Castra, & a Domnu Zaccaria Episcopo de Otha, & a Domnu Joanne Thella Episcopo de Grijarda, & a Domnu Goffredu Episcopo de Bosa, & a Domnu Agostine Arkaprete de Sancto Gavinu, & a rotu sos Calonicos, & ad issos parvitis bene suar carente restauramentu Sancto Gavinu, & indulgere ego custu censu, & issu Priore de Nurki Domni Raynaldum de Ficarola de Ramm de quinque homines integros ad orgatori farce su de Crifa &c. Et Ego cum voluntate de Deus, & d'essu Donnu meo Judice Parafone de Lacciu, e d'essa Mujere Donna Pretiosa de Orrubu Regina, e d'essu Fuiu Donnu Gostantine Rege, & cum voluntate d'essos Episcopos soprascriptos, e d'esso Arkaprete, e d'esso Calonicos in Tulgoli custo Censu a Sancto Benedictu, ki siat nullu Archiepiscopo pus me, neque nullu homine Kindali satbat kertu bayide kinde apat pro de usque in sempiterrum &c.

Et ego Panis Calidus Domini mei Regis Parafonis Scriptor scripsi, & complevi istam Cartam &c.

Adest Sigillum plumbeum.

Haec adfero, non tantum ut prodam, consuevisse Sardos Acta publica consignare vernaculo sermone, de currente ipso Saeculo XII. (atque antea fortassis apud eos mos idem invaluerat) sed etiam ut Lectores intelligent, quantum adhuc Latinae Linguae retineret Sardorum Lingua,

A simulque quantum ad Italicam nostram accederet. Quod luculentius etiam appareret, si diligentiori curâ descripta fuissent ejus Chartae verba. Heic enim plura sunt, quae omnino ad nostram Linguam pertinent; & ex ipsis vocibus, quas a nostris alienas dices, nonnullae revera in censem Italici sermonis sunt referendae. Ki gla sbato custa Carta, est che ha fatto questa Carta. Subsequitur pro ca mi pregait su Abbate, idest perchè, aut per cui mi pregò il suo Abbate. Reliqua etiam, si accuratius descripta fuissent, nullo negotio deprehenderentur Linguae nostrae, cum Hispanica tamen mixtae, conformia. Atque haec in mentem mihi revocant, quae Antonius Maria del Chiaro Florentinus in Historia Valachiae Anno 1718. adnotavit de Valacorum Lingua, quae multa retinet ex Latinis vocabulis, illuc olim importatis a Romanorum Coloniis, immo & ad Linguae Italicae modos sese non raro componit. Adjunt enim. Ce ai scris? idest che cosa hai scritto? N'ai facuto bine, hoc est non hai fatto bene. Adam Parinte al nostro a peccatum, videlicet Adamo Padre nostro ba peccato. Cristos a passit pentru peccatele noastre, idest Christo ha patito per gli peccati nostri. Quod Valachi, aliquique populi fecere, pro suo quisque modulo Latinam Linguam corruptentes, ita & Sardi praeſtiterunt. Nunc alteram similem Chartam accipe ex eodem Casinensi Tabulario depromtam.

Gunnarii Turritani in Sardinia Judicis Charta pro Monasterio
Montis Casici, scripta ejus vernaculâ Linguâ Anno 1153.

Auxiliante Domino nostro Jesu Christo, & intercedente pro nobis Beata & gloria semper Virgine Dei Genitrix Maria, & Beato Petro Principe Apostolorum, & Beato Santo Gavino, Protho, & Januario Martyribus Christi, sub quorum protectione gubernatos nos credimus esse salvandos. Ego Judice Gunnari di Laccon ki faco cuncta carta cum voluntate de Deo, & de fuius meus Barrasone Rege, & de sa Muiere Preziosa de Florribus Regina ad Sancta Maria de Terqu, cum voluntate Deum; & pro remissione d' effos peccatos meos, & de Parentes meos, & pro servitu bonu Kispi in Monte Casino, cando andai ad Sanctu Sepulcru ad ultra mare, Kaim'e feliciter, Abbatte Raynaldo ki fuit Abbate de Monte Casinu, & Cardinale de Roma, & pro sa Sanctitate revidi in cussa Sancta Congregatione, & procamiglole scrun si anima mia, & de Parentes mios in suo ufficio, & in ipsas orationes cantu fait facter in cussu locu, & in totu sos atteros locos is sero, Kencitimos l' Abbate & totu sos Monachos. Anno Domini Millesimo Centesimo Quinquagesimo tertio.

Nisi me amanuensis fecellit, Charta haec scripta fuit Anno 1153. Sed quid hoc rei est, quod Gunnarius filium suum appellat Barrasonem Regem, quum tamen, ut supra innuimus, is Anno tantum 1164. Regia coronâ ac titulo donatus a Friderico Aenobarbo fuerit? Num heic error cubat? Ne puta. Ego diversos homines censeo. Nam qui Sardiniae Judices olim appellabantur, & praecepit antequam Pisani aut Genuenibus in eam Insulam jus ac domi-

natio foret, Judicum quidem titulum sibi sumebant in quatuor, ut appellabant, Judicibus Sardiniae, sed Regis etiam nomen usurpavere, & tanquam Reges, seu Reguli, revera a subiecto populo colebantur, quod scilicet sui juris Principes essent, & a nullius Imperatoris aut Principis supremi ditione penderent. Vide quae jam attuli in calce Dissert. V. de Ducib. Italiæ. Ita suos Principes seu Reges olim Hispani Judicum titulo donavere, Luca Tudensi teste Aera 961. Quare apud Sardos idem erat Judicem esse ac Regem. Leo Marsicanus Episcopus Ostiensis Lib. III. Cap. 23. Chron. Casin. tradit, Legatos ex parte Baresonis Regis Sardiniae ad Coenobium Casinense missos, atque optima pallia ab eodem Rege illic oblata, precibus additis, ut ad se Fratres mitterentur ad Monasterium constituendum. Policebatur ille, maximum in Regno suo nostris utilitatibus honorem. Tum Cap. subsequenti narrat, ab ipso Sardorum Rege traditam Benedictinis Monachis fuisse in Sardinia Ecclesiam B. Mariae in Bubalis. Denique subdit: Hunc aemulatus ad bonum alter Rex eiusdem Sardiniae nomine Torchitorius, fecit & ipse Chartulam oblationis de Sancto Vincentio de Taberna &c. Acta haec fuere circiter Annum vulgaris Epochae 1064. atque adeo centum annos, antequam alter Baraso a Friderico I. Imperatore Regiam coronam consequeretur. Et quoniam Torchitorii hujus in Sardinia Reguli facta est mentio, liceat mihi producere Chartam, cuius exemplum ad medium

dum in vivis erat, misit humanissimus vir Octavius Angelus de Abramo, Patricius Pisanus, atque in e-

A iusdem Urbis Primatiali Canonicus. Veri videtur simile, agi illic de hoc ipso Principe.

Donatio facta Ecclesiae Pisanae a Torgotore Judice Calaritano.
Circiter Annum 1070.

IN nomine Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti. Ego Judigi Torgotori de Gunali cum filio meu Donnus Gostantinu Fuile dictus Porestas de Terra Kalarese, & cum mulieri mia Donna Preciosa de Lacon, facio hanc Kartza ad Sancta Maria de Pisae; quod ego donnicalia de Palma propter Deum, & pro anima mea, & pro animabus parentum meorum do illi a Georgium Coctum cum muliere sua, & cum filiis suis, & unum fratrem suum cum filiis suis, & Jacob cum muliere sua, & filiis suis, & Antiochum cum muliere sua, & cum filiis suis, & Johanni Macha cum muliere sua, & filiis suis, & Albacus Mengone cum muliere sua, & filiis suis, & Paschasium cum filiis suis, & Gitimiluni cum filiis suis, & Minkinionem cum filiis suis, & Johannem Pupusarum, & duos nepotes suos, & virum Bridium cum filiis suis, & Johannem Pera, & Petru Maca porcarium cum muliere sua, & filiis suis, & Cecilia de Arzzocu Coltu, & Janiam cum filiis suis. Et semitam Vergii nomine aquâ demtâ, & mansio- nem Guzzonis. Et ferit ad Vadum Ju- dicis, & effit ad Ruum de Cubinu ad Vium Campi de Barca, & effit ad Vadum Falsum, & vadit circa Vadum illud usque ad Cornum de Mardra, & effit Abrucum de Teula, & areeto Terili de Baccari. Et effit a Planum de Ganna. Et semitam Diligi Sedrui de Grutere, de Vanara. Et tener per re- dum via ad Campum de Sidrui. Et inde ad Funtanam Deonna, & a Fun-

B tana Cucuzzada; & ferit inde ad Cax- pum de Urgui, & vertit inde via ad Jacam de Basili, & Anuval de Iscu. Et ferit inde ad Montem Meanum. Et aliam semitam Durru, intrant illi Moriinas. Et dedit illi unam pra.... dum; & dedit illi Sancte Marie Sal- tum de Sulammi, & Aquam de Miza de Sulammi. Integrum illam dedi.... quam feci ad castigata. Et do illi do- mesticam de Cunnetum, quam habeo cun- Donnicello Comita. Et vertit ad Va- dum Darella. Et hanc Insulam de Mil- liaria, de flumen in flumine. Et dome- stica terra apud domesticam de Munto- nes de Ajena, quam parvior cum Don- nicello Comita. Et domesticam de Palu- de de longo in Cerra de Kamurra in u- num cubile, & domesticam mansione- majori, & domestica de montanea. Et vineam de Baubatini. Et do illi Pe- trum Manca cum muliere sua, & filiis suis. Et do illi donnicalia de Ajia, Arzzocco; Macca cum muliere sua, & filiis suis, & Itta nura sua; Jorgi Mac- ca, & muliere sua, & filiis suis; Mac- ca, & filiis suis; Mariani Macca cum muliere sua, & filiis suis; Gostantini Macca cum mulieri sua, & filiis suis; Cipari Macca cum muliere sua, & filiis suis; Gostantini Pulla cum muliere sua, & filiis suis; Petru Madau cum muliere sua, & filiis suis; Cipari Ma- dasu cum muliere sua, & filiis suis; & Pulla cum muliere sua, & filiis suis, & Cipari fratri suo; Stefani Man- ca cum filiis suis, & Cipari fratri suo, & filiis suis; Petru de Sipit cum filiis suis;

suis; & Iicu Coliu, & filiis suis; Nicola Coliu, & filiis suis; Arzzoccu De Pau, & filiis suis; Mariani fratri suo cum muliere sua, & filiis suis; Antiochum cum filiis suis; Arco de Pascasia cum muliere sua, & filiis suis; Jorgi Pirdigi cum filiis suis; Petru Cu-
cu cum muliere sua, & filiis suis. Go-
stantini Falla cum muliere sua, & fi-
liis suis; Gavini de Leu, & filiis sui;
Arzzoccu de Antula cum muliere sua,
& filiis suis; Gostantino Arve cum
muliere sua, & filiis suis & Cognatu.
Saltu de Sala Siannuzzat, Mienna de
Pruna, & Calattudiu Serra, a deretu
a Cucuru de Masoni Conniga, & Ajenna de Masoni Dolisadru deretu a.....
Dettuelu, & hennit deretu a Petra Dor-
rosas, & ut patet Ajenna de Fontana
fabrigada..... a deretu a Cucuru Ma-
jori, &..... Ajenna de Prunas. Sal-
tu de Conca. Risi Annuzzat da Vario-
la de Pellari, & Callari, & Maloni...
deretu a Giba de Gavallaris. Et tenet
tu dui Baccu Majori, & a deretu ad
flumen, & benit tu dui flumen deretu
Abrau de Vulbisa, & tornat a lebe de
Tennere Boi, & a deretu a Giba de
Tiuskulai, & a deretu ajenna de Ru-
gi. Et tenet a Cucuru de Petra Plu-
ma da de Aiola de Pelturi da un di
la Nugei. Et Saltu de Petra de Ka-
vallat, Kappo Assolus..... Kiannu
cum a finis ecu custu est Saltu de Pu-
stia. Et binia de Kariga. Et do
illi donnicalia de Fanari Arzzoccu cum
mulieri sua, & filiis suis; Johanne
Clopu cum muliere sua, & filiis suis;
Johanne de Oza, & filiis suis; Pella-
ri Cordula cum muliere sua, & filiis
suis..... Cordula & cum filiis suis;
Cittu de Jela cum muliere sua, & fi-
liis suis; Lura de Balari cum filiis
suis; Jorgi Folloni & cum muliere sua,
& filiis suis; ittu de Tesa cum mu-
liere sua, & filiis suis; Pellari Pipia,

A & filiis suis. Et semita de Sueriu de
Flora annuzzat da Vartabia de Bru...
nunis de sù Serra de Sancti Gregorii,
& tornat Anig z. Et semita ac Mon-
te Mijors de Sueriu de..... Anigise
de Malukis si anninzzat ad ariolas de
Sabelessi, & tenet deretus ajenna de
Pauli. Et alia semita diligi dantas de
Campiu de Zllaria. Et domestica de
Malone de Porcos. Et domestica de Ser-
va Deureu. Et domestica de Pelai; &
binea de Pilcina ae Kilbuza. Et de
illi ad Villa de Muntonis, & a Jorgi
Plantas cum mulieri sua & filiis suis;
Petru Sanna cum muliere sua & filiis
suis; Francu Gatane cum filiis suis;
Gella cum mulieri sua & filiis suis;
Arzzoccu de Kavallo cum muliere sua
& filiis suis. Et semita de Sebellu,
& alia semita de Sueriu de aquas. &
semita de arena de i Ligi, & domesti-
ca de Paulis. & domestica de Spini
Christi, & domestica de Via de Stra-
da, & domestica de Arrazza. Et se-
rit ad bau de Oliastu. Et domestica
de Bau de Garra, & binea de Majan-
ni de Seza, & le a de Santo Arcan-
gelo. Et non appat Zerga de Turbari
Gimilioni si non unus aerenu serviat ad
Santa Maria propter Deum & anima
mea & vivent cum servos de pauperum.
Et sunt destmoni Donnicellu Comita,
& Donnicellu Gunnari, & Donnicellu
Zerkis, & Donnicellu Arzzoccu, logus
Salbatori. Et ki illa devertore appat
banathema Jesu-Christi daba duodecim
Apostolos, quatuor Evangelistas, sed-
ecim Prophetas, vigintiquatuor Seniores,
trecentum decem & oto Santos Patres,
& inferno inferiori.

B

C

D

E

Nulla heic Regis aut Regni men-
tio. Torchitorius tantum Judex appel-
latur. At hoc ipsum factum videoas
a Turbino Judice Karalitano in altera
Charta; quam ad me misit idem Ca-
nonicus de Abramo. Exero & istam.
Dona-

Donatio Tolonei facta Populo Pisano a Turbino Judice
Calaritano Anno 1103.

IN nomine Patris & Filii & Spiriti
tus Sancti, Amen. Ego Turbini,
omnipotentis Dei gratia Judge Karalitanus,
dono, concedo, & in perpetuum
trado Pisani carissimis amicis nostris Toloneum de yberno & de estate, & de
Sale, ut habeant benedictum a Deo, &
& a nobis. Ita tamen ut Populus Pisanus
sit amicus mibi, & Regno meo, &
non offendant studiose neque me, neque
Regnum meum. Hujus nostre donationis
in primis testis est Deus, deinde Gon-
nari Donnicellus, & Petrus, & Ma-
rianus Donnicelli, & Torchitore simili-
ter, & Aizoccor de Curcajo, Curatore
de Ciutta, & Cunitta de Gonnale, &
Zerbis de Rovo, & Ozoor de Rovo,
& Constantino de Rovo. Et cum bona
voluntate aliorum parentum nostrorum,
& totius Populi mei hoc feci. Hic e-
tiam interfuerunt de Pisani, Petrus fi-
lius Albizzi, & Ughizione filius Uber-
si, & Leo de Babilonia, & Wido Can-
tarello, & Tebalinus, & Gerardus
filius Petri, & Alcherius, & Gerar-
dus Pandulfi, & Rodulfinus, & aliis
plures. Anno Domine Incarnationis Mil-
lesimo Centesimo quarto, in Mense Ma-
jo, Indictione XI.

„, ✠ Ego Turbini, Dei gratia Ju-
dex in hac carta subscripti.

En ut iste Turbinus Judicem Kara-
litanius sese tantum inscribit. Verum
lege, quae sequuntur, nempe: ut
Populus Pisanus sit amicus mibi, &
Regno meo, & non offendant studiose
neque me, neque Regnum meum. Do-
ctissimus olim vir inter amicos meos,
die I. Anni 1736. e vivis eruptus,
D. Gaspar Beretus Monachus Bene-
dictinus in Dissert. Chorogr. prae-

A posita Tomo X. Collectionis meac
Rer. Italic. memorata nuper Leonis
Ostiensis verba perpendens, suspica-
batur interpolata fuisse, & a poste-
ris temere addita, quum primus,
qui Regio titulo Sardiniae praefuerit,
idem ille Baraso fuerit, quem
Fridericus Anno 1164. corona orna-
vit. Sed nulla mihi de loci hujus
veritate suspicio. Immo certum fu-
turum est nobis, Anno 1064. flo-
ruisse alterum Barasonem in Sardinia
Regulum, alium ab eo, qui centum
poli annos ibidem floruit. Fortasse
Proavus ille fuerit alterius, quum
constet, non olim minus, quam no-
stris temporibus, renovata fuisse in
Nepotibus Avorum nomina. Petrus
quoque Diaconus Lib. IV. Cap.
LXVII. Chron. Casin. haec memo-
riae prodidit. Sub jam dicto Abate
Gyrardo Gunnarii Sardorum nobilissi-
mus, parentum suorum Bareonis &
Torchitorii Regum vestigia sequens, cum
licentia Archiepiscopi sui, obtulit Beato
Benedicto Ecclesiam Sancti Petri in
Murbei &c. Helena appellatur illius
uxor. Circiter Annum 1112. a Gun-
nario Sardiniae Judice, seu Rege, fa-
cta fuit ejusmodi donatio. Atque ex
his confirmatum vides, praecessisse
alterum Barasonem Regem. Is autem
Gunnarius non idem fuisse videtur
cum Gunnario, cuius Chartas nuper
didi. Itaque Ostiensis verba supra al-
lata difficultate carent, eaque aperte
innuunt, Sardiniae Judices Regio ti-
tulo vel ipso Saeculo Ch. XI. usos,
& non unum ibi fuisse eodem tem-
pore Regem. Idem quoque animad-
vertas in Charta, quam nuper dedi,
ubi

ubi Rex Baraso etiam ante coronationem a Friderico factam nobis occurrit, nisi tamen duo diversi Barafones tunc fuere, alter *Turritanus*, alter *Arborescens*. Fac tamen unus homo fuerint, & proinde petas: si Regio titulo Baraso iste jam insignitus erat, cur eumdem a Friderico rursus sibi conquassivit? Adi Chronica Pisana Tom. VI. pag. 176. Rer. Ital. Inde ciucet, *Barafonem Judicem Arborensem* a *Judicibus Turritano & Calaritano* gravi bello impeditum, fugam arripuisse, & ad Genuenses, atque ad Imperatorem confugisse. Scilicet ab iis vires ut tota Sardinea potiretur; ab Imperatore vero titulum Regium petebat, sperans, sub nomine Imperii integrum sibi Insulam subjicendam. Caffari Continuator in Annal. Genuen. Lib. 2. pag. 293. eisdem Tomi VI. Rer. Ital. auctor est, petuisse Barafonem, ut Imperator

A daret ei totam Sardiniam, & effe *Solus Rex*, & teneret Insularis Sardiniae pro eo. En quo tenderent Barafonis conatus, & impetrata a Caesare coronatio. Quod si *Solus Rex* esse cupiebat: ergo erant alii in Sardinia Reges. Hoc est erant alii *Judices*, nempe *Calaritanus*, *Turritanus*, *Galuritanus*, qui & ipsi pro Regibus habebantur. Immo idem Barafon a Friderico jam coronatus, *Judex* adhuc appellatur in *Charta Archiepiscopi Turritani*, quam nuper eduxi. Quod reliquum est, minime vacillare, quae de Barafone Ottiensis scripsit, neque adjectam illius Chronicola *laciniam ejusmodi*, superstes *Charta* evincet, ex Casinensis Monasterii Archivo deponita, atque utinam accuratius descripta. Ibi mentio est *Desiderii Abbatis*, qui postea ad Romanum Pontificatum electus, *Vicator III.* appellatus est.

Donatio duarum Ecclesiarum facta Casinensi Coenobio a Barafone Sardiniae Regulo circiter Annum 1064.

IN nomine Dei, & aeterni Misericordos, & Parente Donno Barrusono, & Nepote ejus Donno Marianus in Rennu, quo dictus ore, deinde Donicello Mariano, & Donicello Petro, & Donicello Comita, simul cum omnibus Fratres & Parentes eorum, considerabimus & memorabimus nobis de omnibus peccatis nostris, & pro mercede & redemptione animae nostrae tradimus atque concedimus Basilica Sanctae Mariae Dei Genitricis Domini de loco, quod dicitur *Gubalis*, deinde *Sancto Elias de Monte Santo* cum omnibus, quae modo habent, & antea, jubente Deo, dare illis posuerimus cum charitate perfecta, sic tradimus

D illas Monasterios nos hos a *Basilica* & *Monasterio Sancti Benedicti*, qui dicitur *Castro Casino*, & da Donno Desiderio gratia Domini Abbas, ad habendum, tenendum, atque possidendum, & faciendum, & de illis necessaria in iros Monasterios.

E Latinum sermonem, quanquam corruptum, praefert haec donatio. Vulgarem vero adhibitum videoas in altera, quam subjicio, haustrum ex ipsis supra laudati Casinensis Coenobii Tabulario. Spectat illa ad Barafonem, cui Fridericus I. coronara contulit.

Baralonis in Sardinia Regis Privilegium concessum Ecclesiae
 & Monasterio S. Nicolai de Vrgen Linguâ ejus
 vernacula circiter Annum 1182.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In gratia de Deus & de Santa Maria, & de Sancto Petru Principe Apostolorum, & de Sancto Nigola Confessore, & de omnibus Sanctos & Sanctas Dei. Ego Judice Barafune pedestando totu Logu d' Arborea simul cum mugera mia Donna Altagaburga Regina de Logu, & Archiepiscopu Comita de Lacon, & d' effos Piscobos meos, Donnu Mauvu Piscobu d' Usellos, & Donnu Ugo Piscobu de Sancta Justa, & Domnu Mariani Piscobu de Terra alba, & totu fideles meos, & Clerigos, & Laigos de Logu d' Arbaveae, cum Curiae consiliu, & cum mia boluntade fago quista Carta a Sanctu Nigola de Urgen, ch' est posta in Ficusmara de chi fabricarat Judice Gostantine Au meu, & Judice Comida Patre meus, ressit illa a manu sua, & ego pro anima ipsorum, & pro isa mia & de dominu parente meu offertolla a Dominu & a Sanctu Benedictu de Monte Casinu pro esser Monasteriu ordinandu d' Abade bonu, & de Monachos bonos, & ponio ello cum omnia Cartu act, & ad aver dare cum momanti, & ivi, & imateras Cortes suas fiat libera. Et non apat ausu, non Judice cataer de pusme, non Archipiscopu, & non Piscopu, & non Priore de Monte Casinu, non Monachu, non Combersu, nec nulla homine mortale a levar ende d' essa causa de Santo Nigola, non de spirituale, ninque de temporale, nin dentro de domu, nin de foras domu Kevia voluntate des Abbade, & des sos Monachos cantesser in Sanctu Nigola, & scusta domo de Sanctu Nigola cum om-

A nia cantu, & ad aver dare como innanti, & ivi, & ateras Cortes suas fiat libera. Et non apat ausu nullu homine mortale a imparanpende nin d' essa causa peginare de Sanctu Nigola, nin de sos servos, nin de causa issoro, & sin de l'enant d' essa causa de Sanctu Nigola da ve Galiboa fiat Corte sua au a sura, au a larga, accu inde aut..... pro causa de Regnu inne pargent sas domos, & issas domestigas, & ipsas binias, & issos saltos, & issas semidas & pradus de Cavallos ea causa de Regnu las castigent. In Mare de Sancta Justa, & in Mare de Ponte cherant piscare pro Judice piscent, & una barca in mistras, & pischi nullu homine mortale non dellis levat, & d' essa piscadura d' effus a Rius de Kirras au Ponte de Sinniscadi, como au cat aver dane, como innanti nemo non dellis levet nin ambilla, nin pischi, & sali nollis levent, ne in Ponte de Funani, nec in Piscobun, nec in Ponte de Sinnis cubi fiat bolet afriare, au dare d' essa causa sua a Sanctum Nigolæ au seru, au liberu, au malaridu, au sanu fazat illu in benedictione de Deus. Ea boluntade mia est. Et sunt testes iphus Deus, & Santa Maria, & Santo Nigolao, & ego Judice Barresone de Lacon, & Archiepiscopu Comita de Lacon, & Episcopo Mauro, & Episcopo Ugo de Sancta Justa, & Episcopo Marianus de Terralba, & de Curadores, & de homines bonos sanctos d' essa terras mea Donnigella Itochor, & Itichor de Lacon, & Gunnavi Doru Curadore Bonuacli Gosentine de la Curadore d' Usellos, Petru de Serra Curadore de Frederia-

doriant de Biwachasios, Terricu de Cam-
pu, & Golcanes suos.

Ego Judice Barrusone laudo & con-
firmo.

Ego Archiepiscopus Comita laudo &
confirmo.

Disertis verbis Baraso heic se ap-
pellat *Judicem Arboreae*, non autem
Regem. Tum conjugem suam nuncupat
Algaburgam Reginam, ut intelligas,
promiscua apud Sardos fuisse no-
mina *Judicis*, & *Regis*. Quod solum
haesitare me cogit, in *Charta* supra
evulgata Anni 1170. *Barasonis Judi-*
cis de Laccon uxor appellatur *Donna*
Pretiosa de Orru Regina, uti & in
altera *Charta* Anni 1153. Heic au-
tem illius uxori *Algaburga* est nomen.
Fortasse *Pretiosâ* e vivis sublatâ, al-
teram ille duxerat. *Barasonis* vero
filius in eadem *Charta* Anni 1170.
memoratur *Gostantinus Rex*. Atque i-
dem ille est, qui in duabus perga-
menis Vulgari pariter Lingua scri-
ptis, atque a Troncio pag. 137. *An-*
nalium Pisan. (carum tamen accurate)
evulgatis, ita inscribitur: *Ego*
Judice Gostantine de Laccon Rex &c.
Filius illius ita se subscriptit: Ego
Judice Barusone de Gallur, ki la renovo
culta Carta, ki fecit patre meu Judice
Gosantine &c. Ex quibus *Chartis* rur-
sus apparet, *Sardiniae Principes* ap-
pellationem *Judicis* & *Regis* olim pro-
uno habuisse. *Lucem* heic augebunt,
quae *Clariss. Mabillonius* adfert in
Itiner. Ital. pag. 182. ex *Archivo Ca-*
maldulensem Fontis boni. Exstat in
multis, ait ille, *una Charta barbaro*
sermone (hoc est non absimili a nu-
per evulgatis) *ae donatione Ecclesiae*
sancti Nicolai in Regno Sardiniae, Gui-
doni Priori inscripta, consentiente Dom-
ino Constantino Judice, seu Rege, cogno-
mine de Laccon, & Donna Marcusa
Regina, Anno MCXIII. Sigillum ex

A *plumbo appensum, ex una parte caput*
Regis inconcinne praefert, ex alia GO-
STANTINE REGE. Alterius vero
Constantini Regis, ejusque patris,
antiquiora monumenta evulgarunt do-
ctissimi Monachi e Congreg. Sancti
Mauri Martene & Durand Tom. I.
Veter. Script. pag. 523. hoc est fun-
ditionem Monasterii S. Georgii in
B *Sardinia, quam Anno 1089. fecit Ar-*
zo Rex (si tamen vitio caret illud
*nomen) & *Judex Karalitanus* cum u-
xore sua *Domna Vera*, & cum Con-
stantino filio suo. Subscribunt *Constan-*
tinus Rex & Judex, & Marianus Rex
*& *Judex* filius suprascripti Constantini.*
Subsequitur fundatio alterius Monas-
terii Anno eodem 1089. ab eodem
Constantino Rege & Judice facta, cui
subscribunt *Jorgia Regina, & Maria-*
nus Judex & Rex filius suprascripti
Constantini. Ibidem quoque habes Bul-
lam *Hugonis Karalitani Archiepisco-*
pi, scriptam An. Chr. 1090. in qua
Monasterio Sancti Victoris Massiliensis
C *confirmat bona quaedam, sicut*
Constantinus Rex & Judex Karalitanus
praefato Monasterio concessit. In eodem
Tom. I. Veter. Script. pag. 628. pa-
riter habetur Diploma *Mariani Judi-*
cis seu Regis Caralitani, exaratum An-
no 1112. Sed & Laurentius Vernen-
sis, sive Veronensis, in Poëmate,
hoc est Lib. I. de reb. gest. Pisan.
Tom. VI. Rer. Ital. auctor est, Pi-
sanam classem Anno Chr. 1114. in
Sardiniam advectam,..... ubi Con-
stantinus habebat Sedes, Rex clarus,
multum celebratus ab omni Sardorum
populo &c.*

E Infra memoratur *Constantino Saltarus*
Judice natus. Vide etiam, quae de
iisdem Sardiniae Regulis dixi in Dis-
sert. V. de Ducib. Ital. Neque ista
congesuisse me poenitet, quae Sardo-
rum

rum Historiae a nimiis tenebris prefae aliquid lucis ministrare possunt. Immo juvabit & alteram Chartam addere ex laudati Casinensis Coenobii Archivo itidem excerptam, ex qua non solum evidentius constabit, etiam ante Barasonem a Friderico I.

Gunnarius Rex Turritanus in Sardinia Monasterio Casinensi, ejusque Abbati Raynaldo S. R. E Cardinali confirmat omnia bona a suis Majoribus eidem Coenobio donata Anno 1147.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, Anno ab Incarnatione ejus Millesimo Centesimo Quadragesimo Septimo, Indictione Decima, octavo Kalendas Iulii. Si iusta & vana postulantibus nullus omnino justus & firmus est tribuendus effectus, juste & religiose postulationi & maxime Dei cultorum & locorum venera * bilium manus est aperienda charitatis & pietatis. Quapropter ego Gonnarius divina dispensatione Turritanorum Rex & Dominus, Vigesimo Anno Regni nostri Ierofolimam pergens ad loca Sancta visenda, ad lumen Sanctissimi Patris Benedicti declinare decrevimus, atque petitionibus Reverendissimi Donni Raynaldi Dei gratia Cardinalis & Casinensis Abbatis, & Fratrum, quos illic congregatos reperimus, quorum conversatio nobis placuit, assensum praebuimus, quibus etiam vinculo societatis, amore & reverentia Beati Patris Benedicti, & ipsius loci, quam perspeximus religione nos astrinximus, & ea quae a Praedecessoribus nostris & consanguineis, vel a quibuscumque in Insula Sardinea sub Regno nostro Turritano, Casinensi Coenobio quoquemodo data seu danda sunt, quantum in nobis est, in perpetuum tenenda & possidenda confirmamus, scilicet Sanctae Mariae de Thergo Ecclesiam Sancti Petri de Gulsubi, Sancti Nicolai de So-

A Augusto coronatum, alios in Sardinia Regium titulum gessisse, sed & illustrabitur Genealogia Gunnarii Judicis & Regis Turritani, qui primus nobis occurrit in hisce investigandis.

Bilio, Sancti Petri de Murchi, Sancti Michaëlis de Fernugio cum omnibus pertinentiis eorum, & Ecclesis eis concessis, con servis & ancillis, terris & wineis, cultis & incultis, silvis & pascuis, planiculis, montibus, & vallibus, molen dinis, aquis, ac quarumque decursibus; quidquid praeterea gloriosae memorie Atavus meus Baraso Rex, & Marianus Avus noster, Constantinus etiam Genitor noster, & Marchusa Regina Uxor ejus, & consanguinei nostri cum filiis & filiabus, & Comita cum uxore sua Muscundola, & Marianus cum uxore sua Justa, Pera filia Gonnarii, Constantinus de Carvia cum uxore sua Georgia, Foratus de Gentile cum uxore sua Susanna, nec non & aliis quique fideles, qui in eodem Casinensi Coenobio dererunt, absque omni molestatione, dilaceratione, & conditione firma & illibata perpetuo manere volumus: Amen, Amen, Amen: Fiat, fiat, fiat: Et quis ista Carta destruere aut exterminare eam voluerit, is.... & Deus nomen suum de libro vitae, & carnes suas dirumpat volatilibus caeli & bestiis terrae, & mittat in illis Dominus morteni Papellae, & deleantur de isto seculo cito, & habeat maledictionem de Deo Patre omnipotente & de sancta Maria Matre Domini nostri Jesu Christi, & de Beato Michaëli Archangelo, & qua-

tuor Evangelistas Marcus, Mattheus, Lucas, & Johannes, & de duodecim Apostolis, & de sexdecim Prophetis, & viginti quatuor Seniores, & de trecentos & octo Patres Santos, qui Canones disposuerunt in Nicaea Civitate, & de novem Ordines Angelorum, & omnes Santos & Sanctas Dei: amen, amen, amen: fiat, fiat, fiat. Et si quis ista Carta audire voluerit, & nostras ordinationes placuerit, & dixerit, quia bene est, habeat benedictionem de Deo Patre omnipotente, & de Santa Maria Matre Domini nostri Iesu Christi, & de Beato Michaëli Arcangelo, & de quatuor Evangelistas Marcus, Mattheus, Lucas, & Johannes, & de duodecim Apostolis, & de sexdecim Prophetis, & de viginti quatuor Seniores, & de trecentos & octo Patres Santos, qui Canones constituerunt in Nicaea Civitate, & de novem Ordines Angelorum, & de omnes Santos & Sanctas Dei: amen, amen, amen: fiat, fiat, fiat. Et sunt Deus omnipotens testes primus: deinde Ego Judice Gunnari, qui hanc Cartam fieri praecepi; & Dominus Johannes Sorrentinus Episcopus: & Dominus Robertus ejusdem Regis Curiae Magister; & Sigismundus filius Bulli, & Comita de Tori nepos ejusdem; & Torchetori de Sera. Hoc totum confirmatum est in supradicta Ecclesia Casinensi, praesente & praecipiente praedicto Domino Rege Gonnario, & Domino Johanne Episcopo Sorrentino, & Magistro Roberto, & aliis supra dictis in praesentia Domni Raynaldi Casinensis Abbatis & Cardinalis, & ante praesentiam Domni Mazzullini praefatae Ecclesiae Advocati.

Quod ego Jobannes Diaconus & Curiae Notarius ex praecepto supradicti Domini Gunnarii Turritani Regis scripti, praesentibus bis ad hoc vocatis testibus, scilicet Bernardo de Santa Ru-

A fina, Murino de Arpino, Ruberto filio de Albaneto..... majore, Raynaldo filio Jobannis de Majo. Scriptum in Mense & Indictione superscripta.

¶ Ego Gonnarus Judex Turritanus in domu Beati Benedicti libenter subscripti.

¶ Ego qui supra Johannes Surrentinus Episcopus signum Crucis feci, & interfui.

¶ Signum manu supranominati Magistri Roberti Turrensis subscriptum.

¶ Ego Comita de Thori manu mea subscripti.

¶ Ego Torquetore de Serra hoc decens signum manu mea feci.

¶ Ego Sigismundino filio Bollo subscripti.

C Sed jam dimissa Sardinia, cuius historia antiqua parum perspecta, mihi saltem, est, in Corsican navigatio vertatur. Ante aliquot annos Cl. Vir supra memoratus D. Guido Grandius, Camaldulensis Abbas, & in Pisano Gymnasio publicus Mathematicae professor, quasdam ad me Chartas misit, e vetustis exemplis de scriptas, quae in Tabulario Pisani Camaldulensis Coenobii Sancti Michaelis adservantur. Ad Corsican pertinent, atque ad Monasterium Sancti Mamiliani siti in Insula Montis Christi. Has nunc exercere placet, quales a praeclarissimo Amico accepi, sed professione mature praemissa, me heic plane caecutire, quum mihi nulla Corsicae Historia praesto sit, unde lumen effulgere possit ejusdem Insulae antiquitatibus. Etenim quamquam mihi ad manus fuerit Corsorum Historia a Petro Cyrneo scripta, & ex Codice MSto Regiae Parisiensis Bibliothecae deponpta, quam in Rer. Italcar. Collectione Tom. XXIV. jam edidi: attamen illic, quod est ad antiqua tempora, nihil occurrit,

rit, unde profecisse potuerim. Diu A rem, tandem exordium ex Charta autem dubius, quid primo profer- | Simonis Regis cepi.

Venditio aliquot praediorum facta ab Henrico quodam, Mathildae Comitissae uxori Guilielmi Comitis in Corsica.
Anno, si quidem verum sit, 936.

IN nomine Domini amen. Nonocente-
simo Trigesimo..... Indictione No-
na..... regnante Domino nostro Re-
Simone. Manifestum sit omnibus au-
dientibus & legentibus, qualiter vene-
runt Domino Henrico & de alia parte
Domina Matelda filia de quondam Do-
mino Neri, Dei gratia Comitissa &
uxor de Domino Guigielmo, lo quale ha-
bitabat ad locum ubi dicitur a Coco-
vello di lo Plebajo di Ampogiano.
Et isti supradicti vendiderunt suas pos-
sessions in Piagia reacente in loco qui
dicitur Pontigio juxta Poidigiam, quae
sunt terris cultis & incultis, boschis &
silvis, idest totum Pontigium cum sua
con..... sura festo la fac.... & ri-
patico, qui in se remanserunt & re-
nuerunt & dixerunt. Item vendimus i-
stas possessiones ad vos Domina Comitissa
Matelda per nos pro omnibus heredi-
bus nostris, & pro heredibus vestris
in perpetuum. Et vos promittimus per
nos & heredibus nostris non molestare
ipsam venditam, ut ipsam habeatis &

teneatis & possideatis, & quidquid fa-
cere volueritis faciatis ab ante hodierna
die. Et in merito recipimus de vobis
Domina Matelda Libras LX. & tres
boves boni & optimi & duo Napi ar-
gentei, & unum Copertorum de lecto
valoris Librarum VII. Sic quippe inter
nos bene convenimus, & amorem & ta-
lem cartam rogaverunt in manu mei No-
tarii.

C Atum ad Sanctam Luciam de la
Bacharada, testibus Domino Riccobono
Episcopo Acensi, Vivanello de Floria-
no, Guanduccio, Domino Landolfo de
Corba, Presbiter Griffi de Sancta Lu-
cia & alii plures ibi fuerunt.

Ego Manuellus sacri Imperii Notarius
scripsit.

D Ignotus nobis Corsicae Rex Simon
heic erumpit. Quo tempore is flo-
ruerit, si notis Chronologicis fidem
habere velimus, in Annum 936. e-
jus aetas caderet, quo decurrebat In-
dictio IX. Alteram similem Chartam
adtexo.

Index Legatorum ab eadem Mathilda Comitissa relictorum
variis Sardiniae Ecclesiis Anno 951.

IN nomine Domini amen. Nonocente-
simo Quinquagesimo Primo, Indicio-
ne VIII. Manifestum sit omnibus; me-
moriā recordationis facimus ut pro nul-
lo tempore perjurium non incurrat. Qua-
liter videlicet Domina Matelda uxor Do-
mini quondam Guilielmi, qui habitabat
ad locum Cucuvelli, quando venit ad

E obitum mortis suae, dixit coram me No-
tario: Ego judico corpus meum apud
Ecclesiam Sanctae Mariae de Cano-
varia, & judico ibi meum lectum
& meum mantellum & meam cen-
turam de argento dictae Abbatiae.
Item judico Ecclesiae Sanctae....
Libras XV. pro uno Calice. Item
judi-

judico Ecclesiae Sancti Nicolai de Campilli Libras VII. pro uno parimente. Item judico omnes terras & possessiones, quas habeo in Pragia in loco qui dicitur in Pontigio, Abbatiae Sancti Mamiliani Insulae Montis Christi. Item judico meas tunicas & meas massaricias & viginti cappas ad Marianam servitalem meam, quae servivit mihi annis septem. Et ista est mea ultima voluntas.

Atum in domo dictae Dominne in loco Cucuvelli. Testes Presbiter Raynucius de Monte d'Olmo, Presbiter Nigellus de Scata, Jobanello Sambuchello, Rosanello dal Querceto, & alii plures ibi fuerunt.

Berengarius Corsicae & Sardiniae Rex antiquas oblationes a se factas
Monasterio Sanctorum Benedicti & Zenobii de Ilaria confir-
mat, & novas addit. Anno, ut Charta praefert, 900.

IN nomine Domini amen. Anno Na-
tivitatis Domini Nonocentesimo.....
Indictione Quinta, XII. die Martii.
Ego Dominus Berlingarius Rex, Dei
gratia Dominus de Corsica & de Sar-
dinia dedi, quando fuit aedificata Ab-
batia Sancti Benedicti & Sancti Zenobii
de Ilaria in loco, ubi dicitur lo-
Cavo, tutto lo suo circulo, quomodo
est terminato & circumdato da ogni
parte de nostro proprio allodio de pater
meus, & de mater mea. Et damus ad
dittam Abbatiam nostram possessionem,
terras agrestes & domesticas, buschis
& silvis, castagnetis & noceris, sicut
sunt terminatae de piede in Ficatella
in Busso, & mette alle Saline, &
mette a Sancta Junta, & mette a
Verde, & mette allo Livelli, &
mette in via publica fuit Fonstaglio-
ne, & mette in Montalto, & falla

A Et Manuellus sacri Imperii Notarius
scripsit.

B Ego Presbyter Lanfrancus de Comi-
tatu Mediolanensi, Imperiali auctoritate
Notarius has cartulas exemplavi de u-
no Libro Sancti Mamiliani Insulae Mon-
tis Christi, & scriptas manu Domini
Manuelis sacri Imperii Notarii, & e-
xemplavi Anno Domini MCCCLXI. In-
dictione XIII. die VIII. Aprilis.

C Congruit Indicio IX. Anno 951.
Ad eadem quoque tempora spectat
altera Charta, ubi mentio fit Ber-
lingerii Corsicae & Sardiniae Regis.
Italici enim veteres ita Berengarii
nomen in Lingua nostra usurparunt,
finitimos populos imitati.

D per lo Rigone, & mette in Busso &
mette alle Ficarelle. Et istas posses-
siones damus vobis pro Deo de nostro pro-
prio, ut abeatis & doneatis usque in
perpetuum, in tali vero tenore, ut non
possitis vendere nec alienare istas posses-
siones damus dictae Abbatiae pro anima
mea & pater meus & mater mea &
praedictorum germanorum meorum, da-
mus cum licentia Domini Papae Ale-
xandri.

E Atum in Ecclesia Sanctae Mariae de Marana. Domino Bruno Archipresbiter
Januensis Legatus in Corsica & Sardi-
nia, & Domino Lunergio Episcopus Mar-
ranensis, & Domino Nicolao Episcopus
Acciensis, & alii plures testes ibi fue-
runt vocati.

F Ego Johannes quondam Matthaei, sa-
cri Imperii Notarius rogatus fui, scripti,
firmavi, & dedi.

Ego

Ego Buccaccius olim quondam Bran-
chatii de Pirello Plebis Alisani Corsicae
Dioecesis Aleriensis publicus Notarius Im-
periali auctoritate copiavi ea quae sic
vidi quae intellexi nec jungens nec ca-
rens aliquid res quod variat sensum vel
intellectum, licet fortassis propter ma-
lam orthographiam, sub Anno Domini
MCCCCCLIII. die XII. Augusti.

Qui continuo monumentis hisce
acquiesceret, ad Annum 900. aut ad
alium aliquem Annum Seculi X.
statueret Berengarium Corsicae & Sar-
dinae Regem; & Catalogo Episco-
porum Acciensium, Riccobonum & Ni-
colaum adderet in Charta hac memo-
ratos, uti & Lunergium in Marran-
nensem Antistitura album inferret,
Episcopos Ughellio ignotos: quod
reaple factum est in Italiae sacrae e-
ditione novissima Tom. IV. quum
nescio quis editori Nicolao Coletto,
viro de literis bene merito, noti-
fiatiam hanc ministrarit, nullis aliis
tabulis fretus, quam nunc a me e-
vulgatis. Verum ego quid plane sen-
tiendum sit de hujusmodi Chartis,
decernere vix audeo. Confitas non
facile credam: quotiescumque enim
de apographis agitur, amanuenses
imperiti errores creasse potuerunt,
quos in ipsis authenticis minime de-
prehendas. Et fortasse Buccaccius quon-
dam Branatii de Pirello plebis Alisa-
ni Corsicae Dioecesis Aleriensis Notarius,
qui Anno 1453 Chartam hanc ex-
scripsit, & malam orthographiam ibi
se reperisse fatetur, ea caruit peri-
tiâ, qua ad intelligendam veterem
scripturam est opus. Et praecipue de-
ceptum reor in Chronologicis notis
describendis. Profecto ad Annum 900.
nequaquam spectat haec Charta, sed
quidem ad Seculum XI. aut etiam
XII. Verba illa animadverte: *itas*
possessiones damus cum licentia Domini

A Papae Alexandri. Ergo Charta scri-
pta fuerit aut Alexandro II. in Ro-
mana Cathedra sedente, Anno 1067.,
aut sub Alejandro III. Anno 1172.
Et mihi postremum hoc magis arri-
det, quum Johannes Notarius se in-
scriperit *sacri Imperii Notarium*. Prae-
cedentibus Seculis Tabellionum mos
erat se appellare *Notarios Sacri Palati-*
nii, & a multis etiam Saeculo XIII.
usurpata est ejusmodi subscriptio. For-
mula autem *Sacri Imperii* non ante
Fridericum I. invicta videtur. Hoc
idem animadvertis velim in cunctis
subsequentibus Chartis. Quamobrem
praecedentes quoque duae Chartae,
quae Anno 936. & 951. scriptae in
Corsica dicuntur, ad posteriora tem-
pora sunt trahendae. Sed quis iste
Berlingerius Rex, Dominus de Corsica
& *de Sardinia*, Seculo XII. recur-
rente? Quis ille *Simon Rex* in eâ-
dem Corsica regnans? Nunquid omni-
no ficta haec nomina? Accommoda-
re haec ad Historiam Sardorum &
Corsorum, ut ut de ea parum con-
sulet, atque ad tempora Alexandri
III. Papae difficile possumus; nisi
forte, quanquam tabulis destituti,
opinemur, *Berengarium* aliquem, e
Barcinonensem Comitum sobole, ab
Alexandro III. Regnis Sardiniae &
Corsicae fuisse praefectum, ut ita e-
luderentur consilia Friderici Aeno-
barbi, qui in ea Regna auctoritatem
sibi tribuens, jura laedebat Romanae
Ecclesiae. Dubius, & nihil affirmans,
haec profero. Interim adjungam Char-
tam alteram a praecedenti minime
disjungendam, quam Notarius Anno
1354. le descripsisse fatetur, hisce
praemissis *Siz manifesto a tutte perso-
ne, che leggeranno, o che oderanno que-
sto scripto, che lo Venerabile homo Mes-
sere Frate Blasio Vescovo Aleriense ae-
re questo a me Notario infrascripto, che*

eo, sìcome pubblica, dovesse trarre exemplo della Carta dello Circolo della Badia di Santo Stefano di Venaco, e d' altre Carte, che seguono appresso che

A appartengono alla ragione della detta Abbazia. Et eo così scripsi de parola in parola, come si contiene qui appresso.

Donatio praediorum quorumdam facta Silverio Abbatii Insulae Montis Christi ab Ottone Comite in Corsica. Anno. . .

AD honorem Dei & Beatae Mariae & Beato Stefano & Beato Benedicto, Anno Dominicæ Nativitatis Quadragesimo settimo, regnando Messere Berlinghiero Re & Giudice. Sia manifesto a tutte persone che leggeranno & che odiranno questa Carta. Quando venne Messer' Otto, e Messer Domenico, e Messer Guidone de' Conti dell' Isola di Corsica, & questi vengono in presentia di Messer l' Abate Silverio Abate di Santo Mamiliano dell' Insula di Monte Cristo. E questi sopradetti Signori li dedoro sua possessione, ch'elli avevano in Venaco in l' Isola di Corsica, che sono case, casamenti, terre, vigne, boschi, e selve agresti & domestiche, le quali sono terminate & per termini sopra lo piano chiamato lo Felice, e mette allo fiume di Rissonica, & mette in Tavignano, & mette allo Poio dello Palazzo, & mette allo Vado delle Carcere, & mette allo Poio delle Tavole, & mette a Tuisano, & mette allo Vado delle Rondini, con due parte dello Gualdo delle Lentigini. Et questa possessione diamo per noi e per nostri heredi in perpetuum. Et questi Signori sopradetti facta la sopradetta donatione vengono con Messer lo Abate in presencia di Messer Sinibaldo da Ravenna Arcivescovo e Legato in Corsica, con sua licentia, e con volontà di Messer' Angelo Conte e Signore di Corsica, e di Madonna Gilia madre sua; & questi fecero Monasterio & Abadia Sancti Petri & Sancti Stefani de Venaco; &

B dedono e summiscono ea allo Monasterio di Santo Mamiliano dell' Insula di Monte Cristo con tutti li sua beni; in tali vero tenore, che quando l' Abate, overo li Frati, o li Preti non potessino stare, che la dicta Chiesa colli sua beni deggia tornare alli sopradetti Signori, overo alli sua heredi & inrede. In tali vero tenore, che ogni anno debbino rendere un cavallo infrenato & insellato che vaglia Libre Sette. E quando l' Abate velit, overo li Preti volessono tornare, deggiano havere la dicta Abazia con tutti li sua beni senza piato vel molestia & non peggiorati, sotto pena della dicta possessione. Et questi sopradetti Signori overo li sua heredi deggiano essere Patroni & Gubernatori & Defendantori contra ogni homo. Et questi patroni deggiano havere vitto e vestito, nella dicta Badia, vel in altre Chiese di Monte Cristo.

C Actum in Marrana inanzi la Chiesa di Sancta Maria in presentia di me Notario insoprascripto, & di Messer Sinibaldo Legato. Testes Prete Grisogano, Prete Antonio, & Messer Bonaparte, & Messer Manfredo di Samma, & altri più che ivi erano.

Ego Philippus quondam Arricci Notarius sacri Imperii hanc Chartam rogatus fui & scripsi, firmavi & dedi.

Chronologicae notae depravatae prorsus deprehenduntur. Et quum heic mentio fiat Berlingerii, sive Beringarii Regis & Judicis, pertinere Chartam videoas ad tempora, quibus

praecedens scripta fuit. *Sinibaldus ille Ravennas*, qui etiam appellatur *Archiepiscopus & Legatus* (scilicet Apostolicae Sedis) quinam fuerit, divinare nequeo. Archiepiscopum nullum hujus nominis agnoscunt monumenta Ravennatis Ecclesiae. Attamen significavit mihi P. D. Petrus Paulius Ginannius Prior Benedictinus, Ravennae repertas fuisse ante paucos annos Chartas quasdam, e quibus nonnulli Archiepiscopi, ignoti antea Rubeo & Ughellio, eruere, atque inter alios Petrus, & Bernardus Saeculo Ch. Undecimo. Num

A & *Sinibaldus* inter eos? Quando etiam statuamus, referendam esse Chartam hanc ad tempora Alexandri III. inquirendum superest, num Notarius primus Italico prorsus sermone fit usus, an eam Anno 1354. describens alter Notarius, Italicum fecerit, quod antea Latine scriptum fuerat. Hic sane testatur, se Chartam exhibere in antigrapho, qualem in schedulis invenerat. Ibi vero mentio fit *Angeli Comitis, domini Corsicae, & Giliae matris ejus*. Quapropter res monet, ut alteram Chartam, ubi is itidem occurrit, e tenebris educam.

Donatio terrarum facta ab Angelo Comite Domino Corsicae
Johanni Abbatii Sancti Stephani Venacensis Anno....

A L nome de Dio, Amen. Recordazione faciamo che all' Anno de Messer Domene Dio Sexto centesimo, Indictione XI. manifesto sia a tutte persone, quando venne Messere Angelo Conte e Madonna Gilia Contessa, & Madre sua in presentia di me Notaro infra scripto, & fecero offertione e donatione in mano di Messer l' Abate Joanni Abate di Sancto Stefano di Venaco, delle sue possessioni acquisite, terre culte & inculte, domestiche & agreste, che sono in la Isola di Corsica, in loco dicto Venaco, in loco chiamato Campo di Boxio, & lo Piano dello Salice, & lo Piano chiamato Tengaio, che sono terminate per termini, judichiamo & offeriamo a questo sopradicto Abate per lo sopradicto Monasterio, che non debba giamai a noi tornare non possa lo detto judicato. Lo quale judicato e terre prenominate meo & di mio padre & di mia madre.

Actum alla Casa dello Conte. Testimonii Salvaticcio de Sommenuccio di Valderustica, Prete Filippo Piovano di Ve-

C naco, & Bontessuruccio de Andrea, Gregorio quondam Benvenuticcello, & Angelo de Rulandi de Nebbia, questi & altri più che furono presenti.

Ego Albertus Notarius sacri Imperii hanc Cartam rogatus fui, & seripi, firmavi, & dedi.

Habemus in hisce Actis (qualicumque sint, me evulgare non pudet) Angelum Comitem, qui in superiori quoque Charra appellatur Dominus Corsicae. Veri videtur simile, eos ipsos, qui olim in Corsica Insula dominati sunt, Comitis titulo fuisse quidem ornatos, sed Regium etiam praetulisse nomen, Sardorum Judicum ad instar, quos aequo Reges vidimus appellatos. Simon ille Rex, cuius memoria nobis primo loco occurrit, ita me Deus amet, non aliud fuisse videtur ab eo, qui in Charta nunc adjicienda inscribitur Simon Comes, Dei gratiâ, Dominus Corsicae. Istam ergo Chartam perpendamus.

Testamentum Simonis Comitis Corsicae, per quod multa bona confert
Monasterio Sancti Mamiliiani Insulae Montis Christi Anno....

IN nomine Domini amen: Hoc est exemplum de quadam Cartula, cuius tenor talis est.

A Nativitate Domini nostri Iesu Christi aeterni Dei, Anno Octavo Centesimo Trigesimo Sexto, Indictione V. Ex hoc publico instrumento notum sit omnibus audientibus & legentibus, quod Simon Comes, Dei gratia, Dominus de Corsica, sanus mente, & infirmus corpore.... Volo facere iudicium de meis bonis acquisitis, & pater meus & mater mea in presentia Dominus Abbas Sancti Mamiliiani Insulae Montis Christi, & Silverii Abbas Sancti Benedicti & Sancti Zenobii de Ilaria, ubi dicitur, & in presentia a me Notario Marco. Item judico corpus meum apud Ecclesiam Sancti Benedicti & Sancti Zenobii de Ilaria, Ordinis Montis Christi. Item judico meas possessiones, quas ego habeo de mio proprio allodio, & denuo acquisito in Verde in loco, ubi dicitur a Brevene, qualiter sunt terminate de Sedstatiis, & mette a Radone, & alle Saline, & alle Piaggine, & mette in fiume Luppiano, dicto Barchaio, & mette ad Ecclesiam Sancte Marie, excepto CCX. mezzinate, que sunt Sancta Maria de Barchaia. Item aliam possessionem, ubi dicitur Selcacomodo, terminata da Via Vallella all' altra Vallella, & caput Sancti Martini. Item aliam possessionem, ubi dicitur Filetta lo Poggio alla Chiusa, & alla Silvella, & lo piano dell' acqua, & lo Pecastro, e li Magnuzzeli, & alle Fiche le Lorete, & Acqua Viva. Et istas possessiones cum casulis, & casamentis, horris, olivis, vineis, castagnetis, & nocetis, metis, & peris, arboribus fructiferis, & non fructiferis, terris cultis, & non cultis, do-

A mesticis, & agrestis, servis, & ancillis. Item aliam possessionem in Alixiano, ubi dicitur alla Presa allo Novale, qualiter est terminata ab uno latere la Valletta, ubi dicitur lo Casile, ab alio latere la Vallella, que dicitur de lo Piano allo Martone, da capo la Via pubblica, & a piede fiume del Riso. In tali vero tenore uxor mea Domina Pregha Comitissa beat habere fructum in vita sua, & post vitam suam debet redire ad dictam Abbatiam Montis Christi. Et ista mea ultima voluntas.

B Atum in Canavarile in domo disti Comitis. Testes Ubertino Judez de Corsica, Presbiter Blanco Plebano de Alixano, Presbiter Ansandino de Sancto Stefano, & Pietro Castaldo, & Cogollo de Monte Vajano, & Lodovico de Canavarile, & alii plures testes vocati fuerunt.

C Ego Marcus quondam Philippi, Notarius sacri Imperii rogatus fui, scripti, complevi, firmavi, & dedi.

D E Et heic vitiatas ac infidas omnino videas Chronologicas Notas. Memoratur autem in hac etiam Charta Silverius Abbas SS. Benedicti & Zenobii de Ilaria, atque is fuisse videtur, qui in Charta Ottonis Comitis sub Berlingero Rege nominatur Abate di Santo Mamiliiano dell' Isola di Monte Cristo. Quod ubi verum sit, parum distarent Simonis Comitis tempora a Berlingeri aevo. Si tam Comites, quam Reges Corsicae appellati fuere. Et alia quidem documenta produnt, fuisse olim in Corsica Comites, universae Insulae Principes: ex quibus unum subsequens Charta nobis exhibet.

M m 2

Que-

Querimonia Julii Abbatis Insulae Montis Christi coram Rolando Comite,
totius Insulae Corsicae Domino, de variis usurpatoribus jurium
sui Coenobii. Anno, ut Charta praefert, 719.

Anno Dominicae Nativitatis Septem-
no Centesimo Decimo Nono, In-
dictione II. Manifesto sia a tutte perso-
ne, che legeranno & oderanno questa
Carta: Quando venne Messer l'Abate
Giulio Abate dell'Isola di Monte Cri-
sto, & Misser Placito Abate di Sancto
Stefano, & Sancto Benedetto di Vena-
co dell'Ordine di Monte Cristo, con li
sua Frati, innanzi a Misser Rolando
Conte, per la grazia di Dio, & Si-
gnore di tutta l'Isola di Corsica, &
innanzi a Messer Giulio Giudice, &
innanzi a Messer Joanni Legato in Cor-
sica, & altri boni homini, che ivi e-
rano. Et lamentandosi de sua possesso-
ne, ch'elli avevano in Venaco, le qua-
li sono terminate, & per termini, che
indicano li nobili Signori Alberto, e
Misser Domenico Fratelli carnali, e fi-
gliali quondam Misser Guidone dellis Si-
gnori de' Corsi. Et lamentaronsi di Mar-
tinello del Lavatogio, di Rustichello
della Selva, & de Vollelo della Basa,
e de Sonello delle Mustoline, di Vin-
tello di Volivo, & di Volanduccio d'
Osigia, d'Andreuccio dello Merzeno, di
Salvuccio dello Moieno, de Salvuccio
dello Musuleo, & de Vivolo dello Quar-
ceto, de Bertuccolo dello Vignale, &
de Zavuccio dello Zoio. Et questi hu-
mini diceano, che non doveano dar sal-
vo decima alla Badia de Sancto Stefano
de Venaco. Et questi dicti Abati
diceano, che tutta la possessione era pro-
pria della Abadia. Et questi Abati
appresenaro sua Carta innanzi a Misser
Rolando, & a Misser lo Judice, & a
Misser lo Legato. Et per questo che vi-
dero & odiero, sentenziaro e scapolaro

A quella Possessione alli sopradicti Abati.
Et feceno comandamento, che questi so-
pradicti homini deggiano pagare Libre
cento de poni Danari. Et fecero coman-
damento che infra tre mesi deggiano u-
scire fora de questa possessione sotto pena
di CCC. Fiorini d'oro, & da parte di
Misser lo Legato sotto pena de Excomu-
nica, che infra tre mesi ne deggiano
B andare con tutti li sua beni, & più
non vi deggiano entrare, salvo ad vo-
luntate dellis dicti Avati di Monte Cri-
sto, cum qua est la dicta Abadia di
Venaco. Et diseno, che questi nobili Si-
gnori de Corsi & sue heredi deggiano
essere soi difensori, che sono Padroni
della dicta Badia.

C Atum a Fogata, ubi dicitur Mar-
corio, presente me Notario. Testes Gior-
gius de Campo Merli, Virvalaino de Cor-
si, Albertinello de Corsi, Ficone de Bosi,
Ursaciolo de Petra juxta, & altri più
assai.

D Et ego Nicolaus quondam Arrico No-
tarius Sacri Imperii banc Chartam roga-
tus fui, & scripsi, firmavi, & dedi.

E Et ego Leonardus quondam Laurentii
Notarius Domini Legati, Sacri Imperii
ibi fui, & vidi, & signum meum con-
suetum apposui.

Chronologicae Notae bene heic se
habent; Anno quippe 719. decurre-
bat Indictione II Verum quis credit
Chartam tot ante Secula Vulgari I-
diomate scriptam? Tot alias ex hi-
scie Chartis vidimus seram antiquita-
tem prae se ferentes, & nihilo mi-
nus corruptas, & ad posteriora tem-
pora spectantes. Quod unum exscul-
pere

553 DISSESSATIO TRIGESIMA SECUNDA.

pere hinc juvat, Rolandus iste Co- A nus dicitur. Alterum Comitem ab
mes, universae Insulae Corsicae Domi- | altera Charta accipiamus.

554

Donatio multorum bonorum facta Monasterio Sancti Mamiliani Insulae Montis Christi a Gulielmo Marchione, Domino in Corsica,
Judice Calaritano. Anno, ut Charta praefert, 1019.

IN nomine Domini amen: Anno Domini 1019. Incarnationis MCVIII. Indictione Nona, VI. Kalendas Martii. Ex hoc publico instrumento sit omnibus manifestum audientibus & legentibus, quia ego Dominus Gulielmus Marchio, & Dominus in Corsica, Judex Calaritanus, per hanc Chartulam invocabiliter do & trado omnipotenti Deo & Ecclesiae Sancti Mamiliani Insulae Montis Christi, omnes meas possessiones, quae habeo de meo acquisito allodio, & Pater meus, & Mater mea, vel praedictorum germanorum meorum in Curia de Ampograni Corsicae in Confinibus de Ampogniano in loco, ubi dicitur Cassa d' Acqua; Scilicet Nepita, & Liperi, & l' Ibbataccia, & la Silvella, & lo Poggio, prope ipsius Silvellae, & lo Leccio, & Fiumale, & le Merete. Et possessionem meam cum confinibus & terminata. Et istas possessiones damus vobis cum casis, & casamentis, casalinis, hortis, vineis, castagnetis, terris cultis & non cultis, agrestis & domesticis, silvis, sive boschis, & massaritis. Item damus vobis aliam possessionem in loco, ubi dicitur Monte d' Olmo cum XV. domos, & cum aliis suis pertinentiis cum suo circulo, domos meas, hortos, vineis, castagnetis, terris cultis & non cultis, agresticis & domesticis. Item damus vobis aliam possessionem, ubi dicitur Lumista, cum omnibus domos, casamentum, vineas, castagnetis, hortis, silvis, boschis. Item damus vobis aliam possessionem, ubi dicitur Quarelo, cum omnibus suis perti-

nentiis, & eam possessores cum aquis, mola, & molana sua. Omnipotenti Deo & predictae Ecclesiae pro anima mea & patris mei & praedictorum germanorum meorum, do, cedo, & trado, & offero. Et sit Domino Johanni venerabili Abati Montis Christi, & Monasterio Sancti Mamiliani, &c. Alii Chartulae ex parte illius Monasterii Montis Christi appropriando & investio. Quam meam donationem & offensionem habeatis & teneatis sine molestia per vos & vestris heredibus, &c. Nullus non habeat potestatem contradicere, neque molestare, & numquam intentionare Monasterium Montis Christi, & possessionem praedictam intrare. Praecipio talem Chartam scribere & rogare.

Ego Mariano Judice & Imperatoris Notarius.

Actum in Sala in Palatio dicto Domino Marchio, praesenti Landolphinus filius Gulielmo, Stephanus filius Jacobi, Falcone quondam Barsochii, & Muccio quondam Guidonis, & plures boni homines.

EInditio IX. quae heic legitur, aliena est ab Anno MXIX. Quidquid sit, tenemus heic Gulielmum Marchionem, Dominum in Corsica, & Judicem Calaritanum. Et dum verax Charta sit, fortassis ille unus ex iis Marchionibus fuit, de quibus multa ego attuli in Antiquit. Esten. Certiorum quoque me fecit doctissimus Vir Joseph Marchio Malaspina, Consiliarius Caesareus, & Sancti Marciani

Der-

Derthonensis Abbas Commendatarius, Marchionibus Malaspinis quibusdam contigisse dominari in Corsica; atque hoc ab ipso confirmatum iri spe-

A ro, si quando Historiam nobilissimae Familiae suae is luce donabit. Sed jam erumpat alter Corsicae Dominus in subsequenti Charta.

Hugo Marchio, Dominus Corsicae, & Judex Calaritanus, multa donat Ecclesiae Sanctae Mariae de Canovaria, & Simoni Abbatii Insulae Montis Christi, Anno, ut Charta habet, 1021.

IN nomine Domini. Amen. Anno Domini MXXI. Indictione III. Martii VI. Ex hac publica scriptura sit omnibus manifestum audientibus & legentibus, quod ego Ugonus Marchio, & Domino de Corsica, Judex Calaritanus, quia per hanc Chartulam do & trado & offero omnipotenti Deo & Ecclesiae Sanctae Mariae de Canovaria omnes meas possessiones, quas habeo allodio sive esequitione patris mei, vel predictorum germanorum meorum legentia meo acquisita in loco, ubi dicitur alla Cappanna, domos, casamentis, casalinis, bortis, vineis, castagnetis, arboribus fructiferis, & non fructiferis, agrestis, & domesticis, cum omnibus suis pertinentiis. Item damus vobis aliam possessionem in loco ubi dicitur Rabagium, cum pertinentiis suis, casis & casamentis, & omnia, quae ad ipsum casamentum pertinent. Item dedit tibi aliam possessionem in loco, ubi dicitur alla Verdense, domos, casamentis, & casalinis, bortis, vineis, castagnetis, olivis, & nocetis, terris cultis, & non cultis, agrestis, & domesticis de plano & monte cum omnibus suis pertinentiis. Item damus vobis aliam possessionem in loco, ubi dicitur Casanova, cum domos, & casamentis, & casalinis, bortis, olivis, vineis, castagnetis, terris cultis, & non cultis, agrestis, & domesticis de piano in monte, cum omnibus suis pertinentiis de Gargalo a Gargalo in omnibus ubi inverire possunt. Item da-

B| mus vobis alias possessiones cum domos, & cum omnibus suis possessionibus in loco, ubi dicitur Erbaia. Aliam possessionem la Croce, & lo Sancto, cum domos, & casamentis, vineis, bortis, nocetis, castagnetis, terris cultis, & non cultis, massaritiis, servis, & ancillis, & istarum, sive olivetis, cum earum pertinentiis, cum aquis Acchiola molaria sua. Omnipotenti Deo, & praedictae Ecclesiae Sanctae Mariae de Canovaria pro anima mea, patris, & famulorum germanorum meorum, do & trado & offero inrevocabiliter, & lice te Domino Simoni venerabili Abbatii Monasterii Sancti Mamiliani Montis Christi, & Rector Abbatiae Sanctae Mariae de Canovaria per hanc Chartulam, in ipsa Abbatia recipienti. Et de proprietate vestio tali jure & pacto & conditione, ut vos, & vestris successori bus pro Ecclesia & Abbatia omnia habeatis, & teneatis cum potestate, & proprietate nostra. Tamen non habeatis in aliquo modo vendendo ea, nec alienando ab aliquo modo, vel successores vestri, sed semper omni successores sint propriae dicti Monasterii, & Ecclesiae utilitatis, eam habeatis, & teneatis usque in perpetuum. Et trado, & offero praedicta omnia praedictarum intratorum ex parte Ecclesiastica. Talem Chartam omnia scrihere rogavi pro me Ruberto Judice Notario Domini Imperatoris.

A tum in domo Pandolfini, praesentibus Alberto filius Ugolino de Maria-
no, & Falcone quondam Lamberi de
Campolori, Gratiano quondam Ugonis de
Monte, & Bernardo de Bonfigli de Am-
pugnano, & alii plures testes inde
regati.

Ego Rubertus Judex Imperiali Nota-
rio rogatus fui, firmavi, & dedi.

Anno 1021. decurrebat Indictio III.* B
& nisi velimus adnotatam fuisse in

A authentico Indictionem IV. amanuen-
sem vero pro IV. (quod facile fieri
potest) legisse III. heic pariter vitia-
tas Chronologicas notas fateri neces-
se est. In altera Charta, quam e-
vulgare superfluum puto, is appellatur
Dominus Ugonus, Dei gratia, Mar-
chior Massae, Domino de Corsica, &
Judex Calaritanus. Hisce addo duas
alias Chartas ad Rogerium totius Cor-
sicae Dominum spectantes.

Oblatio multarum terrarum facta Mauro Abbatii Insulae Montis
Christi a Rogerio Comite Domino Corsicae.
Anno, ut in Charta legitur, 981.

In nomine Domini amen. Anno a
Nativitate Domini Nongentesimo O-
ctagesimo Primo, Indictione IX. die
VII. Martii. Ex hoc publico Instrumento
sit omnibus manifestum audientibus
& legentibus, quod ego Dominus Ru-
gerius, Dei gratia, Dominus de teta
Corsica, quia per hanc Chartulam irre-
vocabiliter inter vivos do, & trado,
& offero simul cum uxore mea Pantasi-
lea, omnipotenti Deo, & Ecclesiae San-
ti Mamiliani Insulae Montis Christi,
solum hoc pro remedio animarum nostra-
rum, & antecessorum, in manu Domini
ni Mauri Abbatis Monasterii Sancti
Mamiliani Insulae Montis Christi, om-
nes meas possessiones, quas habeo in lo-
co, ubi dicitur lo Reggentem in flumi-
ne de Selo, qualiter est terminata per
terminis da piede lo Ponte della Leccia,
& da capite lo Castellazzo, ex
latere la Strada & lo Molino & lo
Gargalo de Casa Luna. Quae sunt
cassis, & casamentis, melindina, terris
cultis, & non cultis, vineis, peris, &
melis, cum omnibus arboribus fructiferis,
& non fructiferis, & silvis, a-
grestis, & domesticis. Item damus vo-
bis lo Piano dello Cerchio, quomodo

C circumbatum est per suos confines. Et
hanc meam donationem, & offertionem
habeatis, & teneatis sine molestia per
vos, & per vestros successores. Quod
nullus non habeat potestatem contradice-
re, neque molestare, & numquam inten-
tionare Monasterium Montis Christi,
& possessionem supradictam intrare con-
tendere. Et supradictus Abbas possit
facere de supradictis possessionibus tam-
quam de propriis dicti Monasterii Montis
Christi. Dicitus Dominus Rogerius
rogavit me Landulfus Imperiali auctoriti-
tate Notarius rogatus fui, & rogavi.

E Atum in Ecclesia S. Salvatoris de
l' Aquao. Testes Ambrosius Episcopus
Aleriensis, & Dominus Andreas quon-
dam Ruberti de Costis, & Johannes
quondam Basilii de Musile Cansinche,
& Alberto quondam Petri de Amanda-
scis, & alios plures bonos homines
rogatos.

Ego Fregolinus de Pero Pleibus Ta-
vaniae, Notarius sacri Imperii banc
Chartulam copulavi & scripsi, & tras-
si de una Charta membrana scripta de
mano del supradicto Notaro. Lan-
dulfus. Come trovai così scripsi ne-
que jungens, neque carens. Cum bona
fide

* IV. non III. ut oratio decurrat, legendum est. Anno quidem 1021. Indictio IV. adhaeret.

fide fesi, salvo se fusse sillaba o parola. E questo abbio fatto alli preghi di Don Paulo Abate di Santo Mamiliano *Insulae Montis Christi*, *prae-sentibus testibus* Francesco da Saja,

A & Jacopo, & Mariano, tutti di Filetta. Et questo fu nell' Anno del Signore MCCCLVI. die VIII. Augosti nel Castellazzo di Casincha. *Signum meum apposui consuetum.*

Altera donatio, eidem Monasterio *Insulae Montis Christi* facta ab eodem Rogerio Comite. Anno, ut in Charta habetur, 1039.

IN nomine Domini amen. Anno Dominicae Incarnationis MXXXIX. die X. Augusti. Per infra scriptum publicum strumentum sit omnibus audientibus & legentibus, quomodo & qualiter venit Domino Ruggeri Comes in praesentia me Notario infra scripto, & testibus infra scriptis, sanus mentis & corporis sui, pro remedio & salute animae suae, & parentum suorum, dono & concedo allo dicto Monasterio Sancti Mamiliiani Insulae Montis Christi, terrae, quae sunt prope Allodio, & do vicie de supra scripto Domino Comes Rogerii. Hoc est Arnosa, col Poccio arenoso, & Plano Brincacoli, & lo Podio delle Mortelle; quomodo sunt terminata da via publica, & mette alla Bertolaccia, & descende per Senone usque in Petra rossa, & mette in Gargalo Coccianpanio, & Drinetro Sancti Marcelli, & mette in mare. Et l' altri latere Savagene, & mette alla Ficarese, & mette in mare, salvo reservato infra detto Circolo & Dovico Sancti Laurentii, & lo Dovico de Sancto Vito de Gergeno, come determinati sunt, & manifesti sunt in concessione facta per dicto Domino Comes a dicto Monasterio. Dedit & concessit dictas possessiones cum terris cultis, & non cultis, buschis, silvis, in revocando pro se, & suis heredibus omnem rationem, quod babere potuissent in dictis possessionibus; facit plenam ratificationem pro se & suis heredibus usque in perpetuum do-

B nec &c. testibus infra scriptis. Et dictus Dominus Comes juravit ad sancta Dei Evangelia per se & suos heredes de non venire con charta, sine charta, vel cum ingenio contra scripturam suprascripte possessiones. Et facit plenam refutationem in manu dicti Abbas Montis Christi. Dictus Abbas potest facere de suprascripte possessiones tamquam de propriis dicti Monasterii Montis Christi. Domino Ruggeri Comes rogavi me Presbiter Landolus Imperiali auctoritate Notarius rogatus sui & rogavi.

C Atum in Ecclesia Sanctae Mariae de Canovaria. Testes Johannes & Marinus Bosis, Ambrosius Asimucello, & alii plures homines rogati.

D In prima ex hisce Chartis congruit Indictio IX. Anno 981. sed quum subsequens Charta, quae scripta dicitur Anno 1039. ad eundem Rogerium Comitem spectet, ac praecipue quum utramque exarasse deprehendatur Landolus Imperiali auctoritate Notarius: tantum temporis intercessisse non potuit inter unam & alteram; atque adeo in alterutra ex his corruptas esse Chronologicas Notas suspicari cogor, nisi statuamus, Rogerium primum ab altero diversum fuisse.

E Sed quae mea tandem opinio sit de hisce Chartis, fortasse percontetur Lector. Jam supra monui, nullam mihi ad manus esse Historiam Sardiniae & Corsicae ab eruditio quopiam Scri-

Scriptore concinnatam, quae res antiquas eorum Insularum tabulis & monumentis vetustis egregie, ut opus esset, persequatur. Certe vel antiquis temporibus excogitari possunt Principes in utraque Insula dominati. Ut enim ex Annalibus Francorum constat, Anno 828. Bonifacius Tusciae Comes, cui tutela Corsicae Insulae tunc erat commissa, assumto secum fratre Berethario, & aliis quibusdam Comitibus de Toscana, Corsican atque Sardiniam parvâ classe circumventus, quum nullum in mari piratam invenisset, in Africam trajecit &c. Ergo tunc Sardinia & Corsica jugum Sarracenorum nondum subierant. Circiter Annum 852. complures Corsorum turmae ad Leonem IV. Papam confugere. quod Sarracenorum incursions diutius ferre non possent. Novas illis sedes Pontifex misericordiâ motus, Anastasio teste, assignavit. Sed ne tunc quidem Barbaris ea Regna cessere; neque cum Eminentiss. Baronio in Annal. ad eundem Annum 852. censendum est, Sardos Insulam suam omnino deserere coactos, quod circiter ea tempora *Vicus Sardorum Romae* fuisse deprehendatur. Erat & ibi *Vicus Saxonum*: & quid inde, amabo, inferas? Dubitationem quoque omnem amovet idem Anastasius Bibliothecarius scribens in Vita Nicolai I. de *Insula Sardiniae* circiter Annum 865. relationem venisse, quod *Judices ipsius Insulae* cum populo gubernationibus suis subje^{to}, cum proximis ac sanguinis sui propinquis incestas & illicitas contrahabant nuptias. Quare illic Legatos Pontifex misit, ut hujusmodi morbo medicinam afferrent. Quae verba evincunt, vel tunc in Sardinia Principes populi, eosque Christianos, floruisse, & eâdem *Judicum* appellatione distinctos, quam

Tom. VI.

A in subsequentibus Saeculis conservata supra vidimus. Seculo postea XI. Mugetus, sive Muzaitus, Saracenorum Rex utramque Insulam invasit, & gravem Christiano populo tribulationem intulit. At eum inde brevi Pisanorum & Genuensium vires exturbarunt, ut habemus in Chron. Pisan. & in Annal. Caffari Tom. VI. Rer. Italic. Ac proinde Gregorius VII. Papa Lib. V. Epist. IV. Anno 1077. scripsit ad Episcopos & viros nobiles in *Insula Corsica* consistentes, dolens, eos, qui illam haetenus tenuerant, nihil servitii, nihil fidelitatis beato Petro exhibuisse. Idem Pontifex Epist. 10. Lib. 8. dedit ad *Orzochum Judicem Calaritanum* in Sardinia, quod Archiepiscopum radere barbam coëgisset. Quare locus etiam suspicandi foret, Chartas haetenus evulgas ad remota Secula pertinere potuisse. Attamen veri mihi videtur similius, si non omnes, saltet plerasque, referendas esse ad Seculum XII. immo & ad XIII. Neque aliud suadet Notarii subscriptio, supra adnotata, & Dominos frequenter appellari illustres viros, & cognomina nominibus addita. Ad haec sunt mihi & aliae duae Chartae (eas, ne nimius sim, non exero) quarum altera, scripta, ut ibi legitur, Anno 1209. donationem continet factam Monasterio Montis Christi ab *Arnaldo Comite de confiniis Corsicae*. Altera vero exarata dicitur Anno MCCLX. *Indictione Quinta* (& heic in Chronologiam pectatur) in qua *Domingo Rinaldo Marchese quondam Ugonis*, qui fuit similiter *Marchio*, dedit & concessit eidem Monasterio tota la *Villa della Vesolaccia* &c. Non aliud fuisse videtur Hugo iste *Marchio*, quam qui supra nobis occurrit, quum tamén is Anno

N n

1021.

1021. floruisse dicatur, ejus vero filius Anno 1260. Imperitis amanuensis tribuendum est, quod in hisce Chartis (eas autem ab impostoribus profectas fuisse persuadere mihi neutiquam possum) pro germana veri facie multiplex confusio appareat. Erunt haec fortassis usui alicui, si quando Sardiniae & Corsicae Historiam aliquis illustrandam sibi sumserit.

Ceterum, ut eo denique regrediamur, unde discessimus, qualescumque sint hujusmodi Chartae, & Notariis subsequentibus tribui possit quidquid ibi est Italicae Linguae, attamen possunt & ipsae indicio esse, Corsicam & Sardiniam, ante reliquas Italiae Provincias, usas Vulgaris Lingua fuisse in publicis Actis

A conscribendis, aut saltem Latino sermoni multas interseruisse Italicae Linguae voces & formas dicendi. Proinde finitimorum exemplo Vulgaris Lingua nostra, quae usque ad Seculum XIII. in ore tantum hominum versabatur, vivere etiam coepit illo ipso Seculo in Libris & scriptis. Ea verò Florentinorum potissimum studio deinde expolita, summum honoris locum in Europa consequuta est atque retinet. Manent tamen & hanc sua fata; Secula quippe venient, quibus ipsa quoque in senium verget, & excidet. Quid enim stabile, quid diuturnum in fluxis hominum rebus, & praecipue in vocibus? Latinae & Graecae Linguae funera intuemur: temere meliora speramus de nobis.

B

C


DE ORIGINE,
S I V E
ETYMOLOGIA
ITALICARUM VOCUM.
DISSERTATIO
TRIGESIMATERTIA.

N n 2

DIS.

DISSESTITO

TRIGESIMATERTIA.



N praecedenti Dissertatione de *Origine Italicae florentis Linguae latiori* quodam excursu egi; nunc mihi pressius aliquid addendum de *Origine Italicarum Vocum*. *Etymologiarum* studium & cura vulgo indocto prope inanis labor videri solet, quasi exiguis Eruditionis fructus inde consequatur. Sed aliud est Sapientum iudicium; nam ut in mores antiquorum universos fertur Eruditionis amator, ita etiam amat dignoscere, unde sermonis sui copiosa supellex originem traxerit. Laudati sunt ea de causâ multi ex antiquis, iisque insignes Scriptores. Quintilianus etiam teste Lib. I. Cap. 6. *Continet in se Etymologia multam Eruditionem*. Quapropter ad hocce studium se contulere, & non mediocrem ex eo voluptatem retulerunt ac laudem ambo Scaligeri, Lipsius, Salmasius, Meursius, Martinius, Johannes Gerardus Vossius, Du-Cangius, viri magni, Guillielmus Somnerus, & Hic-Kefius, ut Beccanum hominem somniis redditum, Covaruviam, Caninium, Nicotium, aliosque praeteream. Postremis etiam hisce temporibus, post Leibnitium, & Schilterum viros Clarissimos, & de Germanica Lingua

A optime meritos, in *Etymologiis Linguarum vulgarium* famam sibi comparavit Johannes Georgius Eccardus inter Germanos vir spectatae eruditio-
nis. Ad Linguam vero Italicanam quod spectat, ejus originem, atque Etymologias vocum, multi illustrandas suscepere, nempe Castelvetus, & Tassonius Mutinenses, Cardinalis Bembus, Accarisius, Monosinius, Cel-
fus Cittadinus, Carolus Datus, Fran-
ciscus Redius, Antonius Salvinius,
& praeципue Octavius Ferrarius, at-
que Aegidius Menagius, quorum po-
stremus, et si gente Gallus, nostram
tamen Linguam illustravit, edito O-
pere, cui titulus *Le Origini della Lin-
gua Italiana*, Anno 1685. Verum li-
ceat mihi dicere, multa desiderantur
in iis, qui hactenus vocabulorum no-
strorum originem sunt persequuti.
Nimis enim facile sibi persuadere do-
cti viri, vix ullam vocem se nobis
offerre, quae aut ex Graeciae, aut
ex Latii fontibus non sit arcessenda.
Hercle falluntur. Sunt & aliae gen-
tes, apud quas expiscandum est, &
unde certo colligitur non exigua mes-
sis vocum nunc in Italia usurpara-
rum. Neque meliorem viam inhere
alii, quibus visa est Lingua nostra
multum mutuata ex Provinciali Dia-
lecto, aut ex Hebraica. Ex Aramaea
quoque Lingua somniauit Giambul-
larius effluxisse vocabula multa Lin-
guæ

guae nostrae. Verum longe minus quam credimus, ex Graecis accepimus; pauca e Judaeis; & quae pauca ex Gallia Narbonensi rectâ ad nos venere, in Scriptorum potius, quam Populi usu servantur. Itaque mea sententia est, solertius quam haec tenus factum sit, investigandas esse Septentrionalium Populorum, immo & ipsorum Arabum Linguas, ut complurium vocum nostrarum fontes degamus. Nimirum & isti Populi, aut quod sedem diu in Italia tenuerint, aut quod commercio & mercaturâ sese majoribus nostris saepe conjunxerint, non exiguae suarum vocum manum in Linguam nostram intulere. Pudeat fortassis aliquos petere e Barbaris gentibus ejusmodi subsidium, non secus atque nonnullos pudet suae gentis exordia agnoscere a populis Borealibus: quasi deus tantummodo sit e Trojanis, Graecis, ac Romanis sanguinem suum duxisse: quae vetus insania est. Sed nos ultra aequum delicatuli inanibus phantasmatis pascimur, & veritate neglectâ, aut etiam contemtâ, umbras illius interdum imprudenti studio conjectamur. Nobis contra agendum est, ut non quod placet, splendidiusque videtur, sed quod verum est assequamur. Quamquam & magno in honore olim Arabes fuere; Germanica vero natio non nunc solum, sed & antiquissimis temporibus nobilissima fuit. Addo etiam, quamvis ex abjectissimis populis eduxisset Lingua nostra varias voces, quid hoc quaelo ejus gloriae obesset? Ex quo vocabula illa ad nos immigrassent, nostraque evasissent, cum nobili Lingua commixta nobilitatem accepisse dicenda forent. Plato quoque in Cratyllo suos Graecos jamdiu monitos voluit, quoties Graecorum nomen e-

A rigo apud ipsos Graecos non invenitur, a Barbaris petendam, a quibus Graeci vocabula multa sum'erunt. Antiquissimum nempe est inter se Linguarum commercium; migrationes vero vocum, non secus ac populorum, dum intenti simus, facile deprehendemus. Ergo operiosius inquirendum, quibus ex fontibus Vulgaris nostrae Linguae voces manarint. Nonnullas profecto nobis contribuerunt Hebraei & Graeci: quam in rem quia multi, & latius etiam, atque confidentius quam par esset, inquisierunt, propterea missum hoc facio. Nullus autem ambigendi locus est, quin praeципue Italicarum vocum massa educta fuerit e Latinorum Lingua; ac proinde nostram Linguam Latinae filiam non solum jure possumus. sed opus est appellare. Retinuimus innumeras voces, phrases, & dictionis ordinem in plerisque, ita ut vel populus indectus in humili sermone Latino & verba & sensus quandoque intelligat. Animadverte tamen, et si Vocabularium Florentinum tot voces collegerit ex Latio ad nos profectas, multas tamen esse, quae neque verba Populi Itali i, neque Etrisci dicenda sunt. Nimirum docti viri pro suo arbitrio, aut pro necessitate explicandi suam doctrinam subtileisque cogitationes, aut ad Eloquentiae pompa, nova verba, novasque phrases procuderunt atque procedunt, aut potius ea ex notiore Latinorum Lingua, finitimesve etiam ex Linguis mutuati sunt. Hisce vero additamentis raro aut nunquam utitur Populus reliquus; immo ne illa quidem ut partem propriae Linguae agnoscit. Ad haec facile nequaquam statuas, Lingua alicujus gentis praecellere alteri copiâ ac ubertate vocum. Extollunt nonnulli hac de causâ

sâ Graecam, Arabicam, Germanicam &c. Evidem mihi videre videor, quemlibet cujusque Urbis Populum ad usum loquelae suae fere semper habere veluti definitam quamdam vocabulorum massam, Synonimis etiam multis redundantem. Is Vocabum & loquutionum usitatarum cumulus uno tempore sermonem populi cuiuslibet constituit. Eruditidunt taxat, ingenio non vulgari praediti, & qui praecipue Linguas esteras novere, complures alias ultra numerum illum efformant ac usurpant. Quod ergo ingens Vocabulorum copia genti uni tribuatur, non inde sequitur, quamlibet ejusdem gentis Urbem tantâ segete in usu sermonis sui usam fuisse; sed quidem ex universae Gentis illius, & tam ex indoctorum, quam doctorum loquela confessum fuisse tam opulentum verborum promtuarium. Cuicunque enim Civitati fuit semper, ac erit sua peculiaris Dialectus, & Vocabum aliquot, sive paucarum sive plurium usus, quo ceterae Urbes caruere, aliis suis & ipsae propriisque vocibus instructae. Itaque quo latius sese protendit Natio aliqua ejusque Lingua, majorem quoque deprehendas in ea Vocabum abundantiam: quae dici quidem possunt Voces Gentis illius, sed non omnes sunt singularum Urbium Gentis ejusdem Voces. Ego in Mutinensium Dialecto incredibilem copiam deprehendi ejusmodi vocum, quas Florentini penitus ignorant. Parem fortassis & alii in suis Urbibus aut Provinciis animadventent. Profecto qui Vocabularia Graeca sibi contexenda sumfere, non unis Athenis usurpata Vocabula, neque unius Seculi collegerunt; sed etiam congesse ex pluribus Seculis, atque e Scriptoribus universarum Urbium,

A quae olim Graece loquebantur. Idest non tantum ex Graecia & Macedonia, & Insulis Aegaei maris, sed & ex Urbibus compluribus Asiae, & Aegypti, quarum singulis peculiariis Dialectus, vocesque peculiares fuere. Ita opulentum penus Graecae Linguae docti viri instruxere. Quod etiam de Arabica dicendum, quae olim latissime dominata est. Ad Italicam Linguam redeo, filiam profecto Latinae, atque ex istius quidem corruptione natam, sed nihilo secius nobilissimam atque formosam. Minime vero excogitandum, Linguae nostrae voces ex eo fere semper fonte petendas. Ne ipsi quidem Romani, dum rerum domini essent, obsistere poterant, ne in suam Linguam peregrinae & barbarae voces irreperent: quanto ergo facilius in nostram illaplae fuerint post tot Seculorum cursum, & ex quo gentes ipsae Barbarae suos lares huc confertissime transtulere, & ex quo diuturnum commercium fuit inter Italiae populos, ceterosque ei finitos, immo & longinquos mercaturaе causâ nobis familiares & notos? Proinde nulla est Italiae Civitas, cui praeter Voces communes universae Linguae nostrae non sint & aliae peculiares (uti etiam propria Dialectus est) aut ex Latino, aut ex conterminis gentibus deductae, quas in aliis Urbibus frustra quaeras. Sunt & aliae Voces uni ex Italiciis Provinciis communes, quibus Provinciae reliquae carent; neque enim Tuscorum aut Neapolitanorum voces quilibet populi Lombardiae usurpant, ut neque nostras illi. Ex his autem tum communibus, tum peculiariibus Vocabulis nos majorem partem a Latina olim florente Lingua accepimus; nonnullas majores nostri procuderunt; reli-

reliquas alii Populi occasione aliqua interveniente in hasce terras invexe-re. Immane Vocabularium contexeret, qui universas Italicarum Urbium & Populorum voces in unum cogeret.

Et primo opinari posse mihi videor, adhuc in Italica Lingua, ejusque variis Dialectis, multas conti-neri voces, quibus ante Latinorum, sive Romanorum dominationem usi sunt antiquissimi felicis hujus telluri-incolae. Heic enim ante Romanos dominati sunt vetustissimi quidam populi, Indigenae, Phoenices, Etrusci, Heneti, Ligures, Galli, aliaeque gentes, de quibus egit Clu-verius in Italia sua. Incertum, quantum a Latina Lingua dissideret Sabina, seu Etrusca, aliaeque in antiquorum Libris memoratae. Aliarum Linguarum certe diversarum a Latina, populos non paucos vetustissimis iis Seculis Italia nutrit, quorum vocabula omnia exsulasse, ac defecisse, postquam Romanorum imperio tota Italia adiecta est, difficile ad credendum adducar, uti in praecedenti Dissertatione jam innui. Ex iis vocabulis cur quaequo aliquot, aut etiam multa non supersint adhuc in communi Italica Lingua, aut saltem in illius variis Dialectis? Montium praesertim incolae ex his nonnulla servarint, ac praecipue nomina quaedam Artium necessaria, & flumen & locorum. Exempli causa fluviorum Rex Eridanus nunc nobis appellatur il Pd. Padum Latini quoque dixere. Atqui nomen istud a Gallis, aut Liguribus ante Romanos in hac ipsa regione regnantibus, impositum fuisse, veteres etiam arbitrati sunt. Plinium audi Lib. III. Cap. 16. Metrodorus Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit pi-

A cea, quae Pades Gallice vocetur, Padum hoc nomen accepisse. Ligurum quidem Linguâ amnem hunc Bodincum vocari. In voce Bodincus, si B. pres-sius in prima syllaba pronunties, habes Po: reliqua fortasse exciderint. In Glossario antiquarum vocum Celticarum Boxhornii occurrit Boddi, significans Mergere. Et Germanis Boden est Fundus. Sed quum penitus evanuerint vel ipsa vestigia antiquissimarum ejusmodi Linguarum, spes etiam sublata est dignoscendi, quae voces inde ad nos usque profectae fuerint. Verum quoties investigatur origo vocabuli alicujus, sive a communi Linguâ Italicâ, sive ab aliqua Civitatum Dialecto usurpati, neque ratio ulla adest illud deducendi ex Latio, Graecia, Arabia, Germania, Gallia, aut ab aliis Linguis, cum quibus affinitatem aliquam Itali olim habuerint, justa suspicio oboriri potest, ejusmodi vocem inter illas referendam, quae priscis Italiae habitatoribus in usu fuere. Suspicionem tantummodo dixi; neque enim, quod originem Vocis alicujus attin gere non possimus, continuo illa referenda est ad tam remotos fontes. Erunt alii post nos feliores, qui acie meliori utentes propius inventient, quod nos alibi frustra quæsivimus. Ita Gallorum, Britannorum, & Hispanorum Linguae servant adhuc complura, sive pauca, aliquot tamen ex antiquissimis priscae suae gentis vocabulis, quanquam ea dislin-guere a ceteris arduum, immo desperatum negotium fit. Nimirum non ita invaluit in Italiae Provinciis vi-toris Populi Romani Lingua, ut omnes penitus aboleverit Linguarum praecedentium Voces; sed aliquae ex iis in uno populo servatae sunt, & adhuc perdurant, aliae vero in aliis Urbi-

Urbibus & Populis. Exempli caussâ, si quaeras, unde ad nos venerit *Mallō*; quo nomine tunicam significamus viridem ac mollem, qua cortex nucum & amygdalarum ab arbore pendentium circumdatur (*Malla* Mutinenses appellant, & *Andare in Mallā*, quum nucum cortex ab ea tunica sponte separatur). Octavius qui-dem Ferrarius respondebit, ex *Mollis*; Menagius verò ex Graeco *Mallā*, signifi-ante *Vellus*, *Lanam*, hanc vocem prodiisse. Verum nimis lata est significatio *Mollis*, ac literae etiam discrepant; & omnino absonta est derivatio e Graeco, quum nihil aliud sit, quam *globulus*, sive *Cirrus Lanæ*, inter quem & tunicam viridem nucum nihil similitudinis intercedit. Atque heic obiter animadverte, Mutinenses hac voce, *Tūscis* ignotâ, adhuc uti, quum dicunt *un Mallone di Lana*, *di Capelli*, *di Cannape*, idest *Globum Lanæ &c.* Anastasius quoque Bibliothecarius, seu quisquis est Auctor Vitae Benedicti II. Papae scribit: *Hic una cum Clero & exercitu suscepit Mallones capillorum Domini Justiniani, & Heraclei filiorum clementissimi Principis.* Quare latior, quam putarit Du-Cangius, est significatio hujus vocis; neque propriè significat *Crinem*, sed quidem *Globum* alicujus rei, quae e filis, aut pilis, alijsve fluxis rebus constet. Dicunt etiam Mutinenses *un Mallozzo di ce-ra*, *di neve &c.* ut *Globulum* significent. Quum ergo nulla satis concinna origo vocis *Mallō*, sive *Malla* in nucibus occurrat, legitima suspicio oboriri potest, donec certior fons inveniatur, eam Vocem ad nos manasse ex antiquissimis Italiae incolis. Neque aliunde ad nos venisse opinor ego nomina nonnulla, quae in Agricultura apud Rusticos, atque in

Tom. VI.

A aliis Artibus perdurant, neque a Latii Lingua rite derivari possunt. Si petas originem vocis *Vanga* (*Bipalium* Latini dixere) hoc est ferrei illius instrumenti, quo terra foditur, pede innitente in ferreum suppeditaneum. Menagius a *Pango*, aut ab ipso *Bipalio*, sed adversâ plane Minervâ, deducendam suspicabatur. Somnerus etiam Anglicus Scriptor vocem hanc frustra a Saxonico *Fangan*, quod est manu prehendere, ipsam traxit. Rectius nobis persuadebimus, esse hanc unum ex vetustissimis Italiae vocabulis, quum Palladius de Re Rustica *Vangas*, & Sanctus Gregorius Magnus circiter An. Ch. 594. Lib. III. Dialog. commemoret ferramenta, quae usitato nos nomine *Vangas* vocamus, subdens, quosdam sues mutata mente apprehendisse *Vangas*, quibus cuncta horti illius spatia, quae inulta fuerant, coluerunt. Idem in Vita Sancti Felicis Presbyteri ad diem XIV. Januarii in Actis Bolland. videas, uti jam Vossius animadvertis, qui tamen *Vangam* non satis erudit *Ligonem* putavit. Fosori autem instrumenti hujus figuram habemus insculptam titulo sepulcrali eruto ex Coemeterio Callisti, cuiusdam Leonis Christiani rustici primis Ecclesiae Seculis, apud Fabretum Cap. VIII. pag. 574. Inscript. antiqu. Quaeri etiam posset, unde ad nos venerit nomen *Gramola*, quo ligneum instrumentum designamus, usurpatum ad conterendum & mundandum Linum atque Cannabem, & ad subigendam farinam; sive ut nos dicimus, *la Pasta*. In Dissertat. XXIV. de Artib. Ital. invenies Linum *Gramulatum*, seu *Grammulum*. Nullum hujus vocis vestigium apud Graecos, Latinos, Gallos, aut Septentrionis incolas. Num suspicabimur a sera

O o

anti-

antiquitate profectam ad nos illam fuisse? Certe quod Menagius ait: *Forse viene a Terere Lat:no*, risum tantummodo moveat. Et movebit sane, si scalam ab eo excogitatum commemorabo, videlicet: *Tero*, *Tesimo*, *Terimum*, *Terimulum*, *Rimulum*, *Ramulum*, *Ramula*, *Ramola*, *Gramola*. Sed vetusta Secula uti inventum illud, ita & ejus vocem ignorasse videntur. Plinius enim Lib. XIX. alia ratione Linum contusum scribit, inquiens: *Virgae aresfactae in saxo tunduntur stupario malleo*. Fortassis inter veterum Borealium veterum Linguarum rudera aliquam vocis hujus originem Eruditi inveniant. Carolus M. Augustus in Capitulari de Villis, Tom. I. pag. 337. edit. Baluziana enumerans *Utensilia* (quam vocem pro rebus ad esum, & potum pertinentibus male explicat Glossa in l. eos, qui *Utensilia* ff. de Decurionibus, & Budaeus in l. 2. de Nundinis, quum significet instrumenta, quibus rusticci, artifices, ceterique hominum ad sua opera utuntur) *Utensilia*, inquam, rusticalia Villarum suarum enumerans, inter alia commemorat *Andedos*, *catenas*, *Cramaculos*, *secures*, *terebras*, &c. *Gramacula* quoque legitur in Breviario rerum Fiscalium, edito per Eccardum. Accedit *Cramacula* ad nomen *Gramulae*. Verum Du-Gangius designari hoc nomine putat *Cremasteres focarios* (Mutinenses *la Catena del fuoco*) cui idem Eccardus subscribit. In Glossis vetustissimis Florentinis ab Eccardo ipso juris publici factis occurunt *Gramacula*, & Theutonice redduntur *Habala*. Ita in Glossis Fuldenibus *Cramaillas Habla*. Rete de vi vocis *Gramacula* judicabit, qui Theutonicum *Habala* mihi explicet,

A Curiositate quoque eruditorum digna est origo vocum *Cavolo*, & *Verza*. Primam usurpant Romani, Tuscii, Neapolitani ad designandam Latinorum *Brasscam*, atque ipsum nomen ex Latio venit. Nam quamvis *Caulis* generaliter quorumcumque olerum, & herbarum *Thyrsus* (unde *Italicum torso*) seu *Scapum*: peculiari tamen significatione *Brasscam* designavit. Exempla prostant apud Plinium, Horatium, & Martialem. Hinc ergo *Cavolo* *Italicum*, & *Germanicum Khol*, & *Gallicum Chou*. Sed unde *Cavolo*, seu *Calo Capuccio*? Mutinenses ejusmodi *Brasscarum* genus tantummodo appellant *Capucci*. Putarunt nonulli, olus istud hoc nomen accepisse ex *Brassca Capitata*, quod ipsa capitis humani speciem praeferat. Verum *Brassica* ista *Capitata* a Matthiolo duntaxat alii que recentioribus hoc nomen accepit, qui Latine exprimere voluerunt *Capuccio*. Hasce *Brassicas* capitatas Mediolanenses appellant *Gambusi*, Galli *Cabus*. Quaenam ergo ex ipsis primitiva vox sit, & num nos a Gallis, an Galli a nobis vocem acceperint, incertum est. Si hoc olus *Italicae* originis est, veri videatur similius, primo efformatum *Gambuso*; quam vocem Galli in *Cabus* converterint, ac Tuscii in *Capuccio*. Unde autem *Gambuso*? Num e *Crambe*, quod vulgus immutarit in *Crambus*, & denique detracto R. in *Cabus*. Plinio utique teste Lib. XX. Cap. 9. *Crambe* appellata fuit *Brassica* a Latinis. Animadvertisendum quoque, Latinum *Caulem*, hoc est *Thyrsum*, a Tuscis redi per vocem *Gambo*, & a Mutinensis per vocem *Gamba* & *Gambone*, quasi sit *Crus olerum* & *florum*. Quare sive *Crambem*, sive *Caulem* species, inde *Gambuso* manasse

B

C

D

E

potuit. Hoc autem Gallica Lingua in *Cabus*, & Tusca Dialectus in *Capuccio* postea convertisse videtur. Mutinenses pronuntiant *Capuzz*, quod parum distat a Gallico *Cabus*. Progredior. Quod olus *Cavolo* duntaxat appellatur ab Etruscis, nomen *Verza* apud nos & reliquos Lombardos retinet. *Berza* quoque Hispanis est eadem significatione. Illi ne a nobis, an nos ab illis acceperimus, nemo decernat. Sed unde *Verza*? Dantes Can. XVIII. Inf. scribit:

Abi come facean lor lever le Berze.

Hanc vocem Scriptores Vocabularii Florentini interpretantur *le Gambe*. Verum minime certa est interpretatio ista, quum Benevenutus de Imola, longe verustior Auctor, utpote Petrarchae & Boccacci amicus, explicet *le Berze*, idest *Calcaneos*. A Germanis *Ferse* appellatur *Calcaneus*. Parum autem probabili conjecturâ Burtetus trahebat a *Brassica Berza* & *Verza*. Aut ergo ex antiquissimis Linguis derivanda est vox ista, aut amplectenda Menagii opinio, qui forse da *Viridis* enatam suspicatur *Verza*, et si ab illa Octavius Ferrarius alienum se prodat. Italicae certe Linguae est *Verziere*, efformatum ex *Viridarium* *Virdarium*, *Verdarium*, *Verzarium*. *Berzarium* quoque dixere veteres. Et *Viridigarium* occurrit in Formulis Lindenbrogii Cap. 79. Italica quoque Lingua habuit *Verzicase* pro *Verdicare*; & *Verzume* pro *Verdume*; & *Verzura* pro *Viretum*. Igitur a vero non abhorret, *Brassicas*, quae pleniores loco, ubi conseruntur, Viriditatem tribuunt, *Verze* fuisse appellatas. Quod si cui ne haec quidem sententia probatur, liceat ei nomen *Verza* suspicari superstes ex

A antiquissimis Italiae Linguis; aut ad nos a populis Septentrionalibus delata. Nam in vetustis Glossis Theotiscis ab Eccardo editis, Tom. I. Hist. Franc. Oriental. occurrit mihi *Brassica*, quod nomen Germanice redditur *Wurz*.

B His autem delibatis, sublucebit, quam constantes interdum fuerint populi in retinendis antiquorum vocibus, ad Artes suas necessariis. Idque etiam in aliis rusticorum nostrorum vocabulis animadverti, ac praeципue dum dicunt: *E' tempo di solvere*, *andiamo a solvere*, idest tempus est edendi, tempus *jentaculi*, *prandii*, &c. Scilicet significant, quod antiqui Latini dixerunt (populus autem Civitatis nostrae id nunquam usurpat) *solvere Jejunium*. Ita *Dejejunare*, idest *jejunium solvere*, veteres dicebant, unde natum Gallicum *Dejuner*, *far colezione*, & nostrum *Desinare pro Prandere*. Florentini quoque rusticci *Jentaculum* appellant *Sciolvere*, *Asciolvere*, quod ex eadem Latina phrasi manavit. Pariter rusticci iidem nostri *Dogaro* appellant canalem, aquas pluvias recipientem in agris, sive a Graeco δοχη, *Receptaculum* significante, sive a Latino *Duco*, ut esset canalis *Ducarius*, Italice *Condotto*. *Ducaria* eo sensu est apud Ughellum Tom. 3. Ital. Sac. in Archiep. Pisan. In postrema Operum Gregorii Turonensis editione a Cl. Ruinarto procurata Lib. I. Cap. 25. de Gloria Martyr. legitur: *Ne forte togis (alii locis habent) occultis lymphae deducerentur in fontes*. Legendum ibi *Dogis*. Ita apud nos, aliosque populos perdurat vox *Biroccio*, carpentum binis rotis vectum, significans. Veteres quippe dixisse credendi sunt *Birotum*, seu *Birotum Carpenterum*, ut est in Lib. Miracul. San-

Eti Waldeberti Abbatis Luxoviensis, & in Actis antiquis Sanctorum Nerei, & Achillei ad diem XII. Maji apud Bollandistas. Praeterea Mutinensisbus est adhuc *Arsenzare*, quod ex *Recentare*. Latino ad nos deducatum mihi creditur. Hispanica quoque Lingua retinet *Recentar*, nobis *Rinfrescare*, *Rinovare*. In Mimicis Matii Poëtae vetustissimi legitur:

Jam jam albicasit Phoebus, & Recentatur.

Mutinensis Dialectus *Ar* pro *Re* pronuntiat, ut *Arstituire* pro *Restituire*; *Arcomandare* pro *Raccomandare*. Quod tamen interdum facit & *Florenna*. Ipsi enim est *Arnione*, quod Mutinenses appellant *Rognone*, & Galli *Roignon*, ex *Ren Renis*. Ad haec animadvertebam, quod Tusci *Adversario* dicunt, ex Latino est *Adversarius*, a Mutinensisbus dici *Arvesario*, E. tacite pronuntiato more Gallicae Linguae. Adnotavit autem V. Cl. Matthaeus Aegyptius, vivens Neapolitanae Urbis decus, in elegantissima *Explicatione Senatusconsulti de Bacchanalibus*, sive vetustissimae illius aeneae tabulae, quae nunc in Museo Augustissimi Rom. Imperatoris CAROLI VI. adseratur, veteres Latinos R. pro D. usurpasse in aliquot vocibus. Nempe ajebant *Arfuisse* pro *Adfuisse*; *Arvorsum* pro *Advorsum*; *Arversarius* pro *Adversarius*. An Mutinenses suum *Arvesario* a tam remotis Seculis acceptum ad nostra usque tempora deduxerint, alii videant: ego decernere non ausim. Hoc tantummodo novi, adhiberi hanc vocem a Mutinensi vulgo, ut *Diabolum* significant, qui & in Divinis Literis *Adversarius* appellatur. Haec autem notio praesto mihi fuit, ut doctissimo viro Antonio Mariae Sal-

A vinio, Patricio Florentino, inqui- renti quid rei esset, ac unde deflu- xisset *la Versiera*, vox apud populum suae Urbis usitata, originem illius indicarem. Neque enim aliud est, nisi Latinorum *Adversarius*, quod Tusca gens ita deformavit. Frater Jacoponus Tudertinus, qui circiter Annum 1298. complures Rhytmos composit Lib. III. Ode 25. ait:

*Il Nemico ingannatore,
Aversiero del Signore.*

G Fortassis ex Gallico *Adversaire recta* venit *Aversiero*, & *la Versiera*. Praeterea Mutinensisbus dicitur *Adraccato* de senibus pro *Adarcato*. Uti & *Fabribo* ab eis appellatur, qui Latinis est *Faber*, & Italicae Linguae *Fabbro*. At hoc etiam fortassis ab ipso Latinorum aevo ad nos venit. Johannes Vignolius in Append. ad Dissert. de Co'lumna Anton. pag. 202. Inscriptionem refert a se descriptam, & positam *M. Julio Attico Praefetto Fabrum*, sive *Fabrorum*. Fave quoque pro *Febre* legas in Rhytmis praelaudati Fratris Jacoponi. Ita in duabus Chartis Alamannicis a Goldasto editis, & a Du-Cangio memoratis in Glos. Lat. legitur *Fruniscat con cratia Dei & Sancti Petri*. Nihil aliud est *Fruniscat*, nisi *Fruatur cum gratia Dei*: quae antiquissima Latinorum vox est, repudiata a Romanis elegantioribus, sed servata a vulgo in Provinciis; *Fruniscor & Frunitum dixit Cato*, verba sunt Festi Pompeji, videlicet pro *Frui*. In Inscriptione apud Fabretum Cap. III. pag. 237. Inscript. Antiqu de duobus filiis immaturo fato sublatis legitur: **ETATE SVA NON SVNT FRVNITI**. Neque a littere in Inscriptione Romana apud Grute-

Gruterum pag. 1049. n. 6. posita
Apronianae pueræ Christianæ. Ibi
legas:

IN SOMNVM PACIS FEMINA APRONIA
NATA IIII. ANNORVM QVÆ NIHIL FRVNITA.

Ibi insculpta *Palma*, Martyrem tam
enim minime indicans, ut verba so-
nent: qua de re agam infra in Dis-
sert. LVIII. de *Christian.* venerat.

Vidisti, ut puto, quomodo vel
ipsis vetustissimis Seculis Latinae vo-
ces contra germanae Grammaticae re-
gulas flesterentur, & corrumperentur.
Id factum in ipsa Urbe: quanto fa-
cilius id in Provinciis contigisse cre-
dendum? Barbarica deinde successere
Saecula, quibus sensim permultae vo-
ces deformatae fuerunt, aliamque fa-
ciem accepere eo successu, ut com-
plures non desint voces, Latinae pro-
fecto originis, sed abstrusae, quum
difficile indicari nunc possit ratio,
qua formam adeo a priore diversam
in ore populi Italicci induerint. Quae-
rebat Aegidius Menagius vir doctissi-
mus inter Gallos, de quo jam fuit
mihi & plurimus infra erit sermo,
dum Italicae Linguae Origines ador-
nabat, unde nostrum *Bruciare* & *Ab-*
bruciare prodierit. En ejus senten-
tiam. A *Pruna* *Prunacius*, *Prucius*,
Brucius, *Brucia*, *Bruciare*. Nemo cre-
dat. Neque felicior Octavius Ferrari-
rius, qui *Amburere* fontem nostri *Bruciare*
censuit. Vix falli me putem, deducendo hanc vocem e Latino *Per-*
rero. Nempe verbum istud in praete-
rito dat *Perussi*. Fortassis etiam pro
Perustus in usu populi fuit *Perussus*;
nam & alia Supina ac Participia
corrupta fuisse tunc novimus. A *Pe-*
russo efformatum *Perussare* & *Perussia-*
re, tum *Prussare* & *Prussiare*, & de-
nique leniter pronuntiato P, atque

A in B converso (ut factum in *Brinz*
e *Pruina*, in *Obbrobrio* ex *Opprobrium*,
in *Pruno*, seu *Prunio* fructu a nobis
Lombardis immutato in *Brugna* &c.)
Brusare, *Brusciare*, & *Bruciare* pro-
diit. Eadem ratione, uti infra o-
stendam, enatum mihi creditur ex
Latino *Peramare* Italicum *Bramare*.
Nos Lombardi adhuc retinemus *Bra-*
sare, alii populi usurpant *Brusciare*;
Tusci vero *Bruciare*. Attamen *Bru-*
sare etiam usurpavit Joannes Villa-
nius Lib. VII. Cap. 73. Neque Lombardis est verbum *Abbruciare*. Hoc
ab ipsis tantummodo *Tuscis* usurpa-
tur. Haec mihi propior vero, ne di-
cam certa, origo vocis istius. Ita
Galli a *Perustulare* (Latini veteres
Perustulare dixerunt) sensim efforma-
runt *Perussuler*, *Brussuler*, ac tandem
Brusler. Considerandum nunc aliis
relinquo, an ex ipso Lombardico
Brusare arcessenda sit origo vocis *Bra-*
se, Latine *Pruna*. *Tusci* ea appellant
Brace, *Bracia*, *Bragia*. Si hic fons
revera, mirandum est, quei U in A
immutatum fuerit; neque enim audeo
huc trahere *Per* & *Assare*. Apud Gal-
los *Braise* idem significat, & inde
Embrafer, & Hispanicum *Abrasar*, a
quibus verisimiliter *Brasa*, *Brage* &c.
acepimus. Falluntur enim, qui *Bruciare*&
Brusare Italicum, atque *Em-*
brafer Gallicum, deducunt ex Graeco
Braze, significante *Ebullire*, *Agitari*.
Sonus quidem literarum similis, sed
diversa est significatio. Longe quo-
que a vero abiit Du-Cangius in Glos-
sario, quum scripsit *Bruscare* adhibi-
tum fuisse pro *Incendere* seu *Amburere*.
quam in rem unum Sanutum Italicum
Scriptorem laudat. *Brusciare*,
non *Bruscare*, scriperit Sanutus; nul-
lus enim ex Italicis *Bruscare* unquam
pro *Comburere* usurpavit. Videant au-
tem Galli, an suum *Brasser la Biere*
efflu-

effluxisse potuerit ex Per- & Assare; assatur enim hordeum ad conficiendam cervisiam. Perpendendum etiam, an scopum attigerit idem Du-Cangius, quum putavit Gallicum *Broussailles*, aut *Brossailles*, enatum ex *Bruscia* & *Brozia*. Mutinensibus la *Brusaglia* appellatur, quidquid ex arboribus & nemoribus deciditur ad comburendum, voce deductâ e *Brusare*. Quare vocem hanc a Lombardis mutuati videntur Galli. Appellamus etiam *Broccbi* & *Broccbe*, ramos arborum & virgultorum. Si Gallico more pronunties *Broches*, idem nomen habes; atque inde etiam efformari potuit *Brocbailles*, ac deinde *Brossailles*. Retinent etiam rustici nostri Latinum nomen *Stiva*, aratri manicam designans. *Segolo*, & *Messora*, quibus instrumentis ad metendum utuntur. Primum a Secundo venit; alterum a *Messoria* falce, cuius mentionem habes apud Ulpianum. *Perfello* appellant perticam superpositam foeno ad ducto in curribus. *Pressellum* videlicet a premendo. Dicimus etiam un *Regoletto di persone*; ut significemus manum hominum collectorum, & inter se colloquentium, a Latino *Recollectus*. Itidem retinemus ex Latino *Ruspari Ruspare*: quo verbo Florentini carent; & illud quidem diversum est a *Raspere*, de qua voce infra in Etymologiis sermo erit. Utuntur etiam Mutinenses, aliique Lombardiae populi voce *Gerla*, sive *Zerla*, ad significandam corbem, in qua panem coctum pistores portant. A *Gerulis* in ipsam corbem nomen pertransiit. Neque nos fugiat velim *Chirotheca* adhibita manibus ad arcendum frigus hyemali tempore, quam Tusci *Manicotto* appellant; Mutinenses, aliique Lombardiae populi, *Manizzo* seu *Manizza*. Manavit vox ex

A Latino *Manicia*, quae occurrit apud Plinium juniorem Lib. 3. Epist. 5. In Vita Sancti Filiberti Abbatis Gemonensis a Mabillonio editâ legitur: *Manicia*, quae nos peregrinâ Lingua (idest Germanica) *Wantos* vocamus. Scilicet hoc nomine manuum operimenta, quae nos *Guanti* appellamus, veteres significabant. Vide in Dissert. IX. de *Missis Chartam Anni 820*. ubi *Maniciae* occurunt. Mutinenses autem non solum cum reliquis Italibus *Pruinam* appellant *Brina*, sed etiam *Pruinam* vehementer, in arborum ramis spectabilem, & congelatam dicunt *Galaverna*. Fierine potuit, ut haec vox partim Graeca, partim Latina fuerit? Quippe *rāxa*, seu *Gala* Graecis est *Lac*. Ista etsi neutrius generis, in femininum contorta, atque addito *Hiberna* (quod postea in *Verna* evadere potuit, uti ex *Hibernum* efformavimus *Verno*) fortassis originem dedit vocabulo *Galaverna*, quasi significare per metaphoram voluerint *Lac Hibernum*. Habent etiam Mutinenses *Ancona*, vocem nempe corruptam e Graeco *Eικάνα*, quod *Icona* in accusativo reddit. Habent & vocem *Zemena*, qua exprimunt ambas manus junetas & concavas ad apprehendendam rem aliquam dissolutam, ut sunt nummi, triticum, milium &c. Eo quoque mensuram rerum ipsis manibus apprehensarum significamus. Vox ista e *Gemina* prodit, nempe *geminâ* manu *cavatâ* aliquid comprehendere. Utrâque manu *cavatâ* legitur apud Ammianum Marcellinum Lib. 16. Cap. V. Ita *Polefini* penultimâ longâ nobis appellantur *Pulli gallinarum*. *Lampridius* in Alexandro Severo *Pullicenos* eâdem significatione commemorat. *Concaedem* Caesar, Tacitus. & Marcellinus appellantur sepimentum ex arboribus

con-

concilis factum. Sepes vero in Mutinensium pagis quibusdam adhuc appellantur *Cede*. Et in Statutis Bononiensis Populi Lib. VI. est Rubrica de *Cedis non frangendis*. An vero a Tusci usurpetur vox *Cögoma*, ignotum est mihi. Mentionem illius in Vocabulario della *Crusca* frustra quaesiui. At istam Mutinenses, aliqui, ut reor, populi servant, atque est Latinorum veterum *Cucuma*, vas nempe ad aquam calefaciendam, praecipue Barbiton soribus in usu. Ita nobis est *Olla* Latinorum, Tusci minime. Habeimus etiam *Pavera*, E producto. Ita vero appellamus Calamos, sive proceras herbas, quae in lacunis aut paludibus tenui aqua imbutis nascuntur. E Graeco *Papyrus*, a Latinis quoque usurpato, vox venit. Scilicet *Papyri* in palustribus Aegypti locis nascebantur, & adhuc nascuntur. Nos Lombardi facile P. in medio vocum per V. consonans effemimus, ut *Ripa*, *Riva*; *Papero*, *Pavora*; *Sapone*, *Savone* &c. Ex *Papyru* *Papira*, *Pavira*, *Pavera*. *Lixivum* Florentini appellant *Ranno*. Unde traxerint, ignoro. Mutinenses Latinam vocem retinent, conversam in *Lissia*, seu *Lescia*. Fuit & Latinis *Lixiva*. Praeterea nobis in usu est *Prillare*, significans *Ducere in gyrum*, seu *Aggirare*. Mihi suborta suspicio est, potuisse vocem hanc ad nos venire e Graeco *Prylis*, quo Callimacus utitur in Hymno I. ad significandam *Saltationem*, seu *Choram armatorum*. Pleraque enim saltationes Gyris pe-

A raguntur. Latinorum *Sitella*, vas ad hauriendam aquam, apud Mediolanenses perdurat; quippe inde efformatum fuit *Sitellinum*, nunc *Sedelino*. Bononiensium *Calcedro* idem significans, e Graeco Χαλκόδην significante Vas aereum ad aquam hauriendam, descendit. Neque mihi praetermittenda sunt Mutinensium *Burnise*, qua voce indicant exiguae *Prunas* ignitas. Ab ipsis *Prunts* in diminutivum conversis *Prunisia*, *Brunisia*, *Burnisia* enatum videtur, nisi quod apud Britannos, fortassis ab Anglo-Saxonibus acceptum, in usu est verbum *to Burn*, *Comburere*, *Ardere*, unde multa composita. Sed videndum, an & illi a *Prunis* traxerint. Ita vix ullus est Italiae populus, qui singularem aliquam ex antiquis vocibus apud se non servarit, quae jandiu apud alios populos insueta sive antiquata frustra conquiritur. Quum ergo Italicarum vocum originem quaerimus, non paucae occurunt, quarum occulta, aut saltem incerta ac dubia sunt primordia; neque enim sufficiens & comoda ratio se offert deducendi illas e vocibus Latinis, aut Graecis, aut finitimarum gentium. Atque ex ipsis nonnullas recensere heic juvat, ut perspicacioribus ingeniis, si lubeat, aut felicioribus, campus pateat sese exercendi in ejusmodi studio. Atque ex his fortassis erit aliqua, cuius originem ad vetustissimas Linguas referendam esse non temere quisquam suspicetur.

CATALOGUS

Aliquot vocum Italicarum, quarum origo aut ignota,
aut dubia adhuc est.

A Ccivire. Vox antiquata.
Accoccare.

Addare pro *Avvedersi*, *Accorgerisi*: quae vox Florentinis, & praecipue Mutinensis ac Mediolanensibus familiaris est. Fortassis ex *Avvedersi*, *Avvedarsi* ac tandem *Addarsi* corruptum erupit.

Aguzzino. Ab Hispanico *Alguazil* hanc deducit Tassonius V. Cl. Mutinensis in Notis MStis ad Vocabul. Crusc.

Aguzzetta, vox obsoleta.

Albagia. Arabicum nomen videtur ob *Al* ejus gentis articulum; sed nullum vestigium adhuc reperi. Mutinenses dicunt *Albasia*.

Alla rinfusa. Ab *Reinfusus*. Sed quomodo vim vocis *Confusus* suscepit?

Aloco. Multa de hoc nomine habet Menagius, sed plura Ulysses Aldrovandus. Attamen obscura adhuc videtur vocis origo.

Ambascia. *Animi angor, deliquium*.

Ambasciata, Ambasciatore. Nisi sit ex Arabicō, ex Germanicō erit.

In Lege Salica occurrit *Ambascia*

Dominica. *Abbasciatum* (Du-Cangius legere mavult *Ambasciatum*) *Remedii Episcopi* legitur in Epist. Pauli I. Papae in Codice Carol. circ.

Annum Chr. 758. Hichesius animadvertisit, *Legationem a Moeso-Gothis appellari Ambyth.*

Anfanare.

Appalto. Appaltare. *Pasthen Germanis* est affittare. Efformatum inde fuisse *Appatto*, *Appattare*, *Appaltare*.

A Appiattarsi.

Arcolajo.

Ardiglione. Mutin. & Mediol. *Ardione*.

Arnia. *Alvearium*.

Arrancare, & Voga Arrancata.

Arrogere. Idest *Addere*. Florentinorum verbum, atque illud obsoleturn.

B Arzigogolo.

Attignere. E Latino *Attingere*. Sed qua ratione nunc significat *Haurire*?

Attutare. Recessit ab usu.

Avvenente. Quare ab *Adveniens*?

Babuino. Simiae genus. Fortassis ab Arabicō.

Baco da Seta.

Badalucco.

Bagaglie. Gall. *Bagage*. Hispan. *Bague*.

Bagordo. Vide Du-Cangium ad v. *Bobordicum*.

Baleno, Balenare.

Balordo, Sbalordire.

Balzano.

Baratto, Barattare.

D Barbuta. Latine *Galea*.

Bardotto.

Baruffa.

Basire pro *Spiritum exhalare*. Mutinenses *Sbasire* usurpat transitive pro *Occidere*.

Basto. *Clitellae*. Adhuc obscura videtur vocis origo.

Bazzicare.

Beccajo. Lanius. Quare Itali & Galli ab *Hircis Larios*, & *Beccheria* ab *Hir-*

*Hicorum Lanienae dixerint (si tam
men haec vocis origo) nondum
liquet.*

Belletta.

Berettino.

Bertuccia. *Simia.*

Biacca.

Biasciare. Apud Vitruvium *Calx in
lacu macerata ascietur*. Num ergo
ex *Eis*, aut *Vi* immutato in *Bi*,
atque *Aciare*, natum hoc verbum?

Bica. *Acervus alicujus rei*. Vox Flo-
rentinorum.

Bigio.

Birba, Birbone, Birbante.

Burro, Sbirro.

Boja.

Bolfo.

Boria. Num a *Boreas*?Borzacchino. *Hispan. Borzequè.*Botta, idest *Rospo*. Florentinorum vox.

Bozzima. Mutin. *Bo/ma*. Nescio cur
Menagius *Bozima* sumserit pro *Ster-
co di Bue*. Id novum in Italica
Lingua. Vide *Dissert. XLII. de
Cognominibus*, ubi *Imbo/semato Agno-
men in Charta Anni 973*.

Breto. *Sterilis*. Obsoleta vox.

Brillare. Fort. a *Bryllus*. Nisi sit
antiquissima Germanicae Linguae
vox qua Franci adhuc utuntur.

Broccolo.

Bronco.

Brusco.

Buccia.

Buganza. Mutin. *Busanca*.Bugigattolo. Mutin. *Busigatt*.Bugno. *Alvear*. Vox Florentinorum.Bulino. Gall. *Burin*.

Burattino.

Burbero, Burbanza.

Burchio, Burchiello.

Busto.

Caffo. *Impar*.

Calamita. Aliquid similitudinis in-
Tom. VI.

tercedit inter hanc vocem, & pe-
tram *Calibitam*.

Camuffare.

Cangiare. Gall. *Changer*.

Cantina.

Capriccio. Gall. *Caprice*. Phantasti-
cum consilium, & subitus horror
membrorum. Inde *Raccapricciare*.

Carcasio. *Pharetra*. Vox a Florenti-
nis minime usurpata: * *Pro qua
adibent vocem Turcasso*, quæ idem
exp. imit.

Carcioffo, sive Carciofo.

Carota. Gall. *Carcote*. Angl. *Carrot*.

Carpone.

Casca. Vox e Gallia ad nos dela-
ta potius, quam ex Hispania.

Cascare.

Catafalco.

Catapecchia.

Caviale.

Cazzuola da Muratore, *Trulla*.

Cencio.

Chiacchiera, Chiacchierare.

Chiavica.

Cigolare. Videtur a sono. Mutinen-
ses habent *Zigare*, idem ac *Gridare*.

Cinguettare. Picam Mediolanenses
appellant *Ciguetta*. Quomodo Picae
loquantur, notum est. Fortassis in-
de verbum; sed hoc verbo non ut-
tuntur Mediolanenses.

Ciottolo.

Cionco.

Civanza. *Lucrum*. Vox obsoleta. Sed
adhuc in usu Venetiis, & Patavii.

Ciuurma, Ciurmare.

Cocca. *Screna*. Coccoare.

Cocchio. Gall. *Cocbe*. Angl. *Coach*
Così. Ex *Sic* sine dubio: at quomo-
do additum *Co?* Idem dicas de
Cotanto & Cotale.

Corrotto. *Luclus in funere*.

Correggia. *Crepitus ventris*. In Lib.
Revelationum composito ab Ano-
nymo, qui circiter Annum 1100.

vixisse creditur, Cap. VI. haec leguntur: *Quo perveniens, audivi mox sonitum Corrigiunculae post me factum a fratre illo &c.* Du-Cangius interpretatur de *Nola*, seu *Campanula*, quae percutitur in *Monastryis*, quum disciplinae dari debent. Nescio, an dubitare de interpretatione possit. Covone *Manipulus*. Mutin. Covo dicitur congeries manipulorum simul ligatorum. Num a *Cubus*? an a *Cubare*?
 Crociuolo. Mutin. *Crisol*, seu *Grisol*, uti & *Hispanis*. *Chrysos*, *Aurum* significans, in hac voce sentitur. An quia cruciatur ibi aurum?
 Cruna dell' ago.
 Cucuzza.
 Cugino.
 Cupo.

Destro. *Latrina*. Florentinum Vocabulum.
 Dilimare.
 Diporto.
 Doga.
 Domandare, Dimandare. A *Demando*, uti videtur. Sed quomodo in significationem petendi & interrogandi *Demando* transierit, fortassis adhuc obscurum est.

Facchino.
 Fandonia. Num a *Fando*?
 Fardello. Gall. *Fardeau*. Hisp. *Fardel*. Num a Gallico *Hardes*, *panni da doffo*, efformatum fuit *Fardeau*?
 Farletto. * Vox ista *Tuscis ignoratur* & significatio. Nunquid legendum Farsetto?
 Fatta. Species, Genus.
 Fattezze.
 Ferrajolo.
 Filastrocca.
 Fiutare.
 Fogna. *Cloaca*. Vox Florentinorum.

A Foja. *Libido*. Num a *Voja* Lombardo pro *Voglia*?
 Forziere. Fortassis ab *Arca Fortiore*. Frappa, Frappare, Frappatore. Frasca.
 Fratta.
 Fregata. Species navis.
 Frosone. *Avis species*. Mutin. & Mediol. *Frisone*.
 Frottola.
 Frusco, Fruscolo. Dubito adhuc, an e *Frustum*, *Frustum*. Fuscello.
 Gabinetto. Galli *Cabinet*. E *Capanna* efformatum, aegre ad credendum feror.
 Gala, Galante. Hispanicas voces puto. Vide tamen, an ex *Elegans Elegantis* prodiisse potuerit, varia-to literarum ordine Galante.
 Galleria. Gall. *Galerie*.
 Garetto. Gall. *Jarret*.
 Gavazzare. *Strepere præ lactitia*.
 Gavetta. *Mataxa*.
 Gergo. Gall. *Jargon*. Menagius, suis admirandis scalis unice usus, a *Barbaricus* natam hanc vocem est arbitratus, & præ gaudio clama-vit *ip̄ra ip̄ra*. Habeat ille sibi suum Etymon. Ego adhuc abdi-tum reor.
 Ghermire, Gremire.
 Gherminella.
 Ghezzo. *Niger*, ut creditur. Vox jamdiu ex hominum commercio proscripta.
 Ghiado. Morto a *Ghiado* veteres Tu-sci dixerunt. Evanuit vox ista.
 Ghiribizzo.
 Gioja. *Gaudium*.
 Giornea. *Chlamys*.
 Gnocco.
 Gogna, idem ac *Berlina*. Florentina vox.
 Gora. *Canalis*, *Euripus*. Mediolanen-ses

- tes Guttur, seu Gelam, appellant A
Gora, sed O. presso pronuntiato.
Gota, Gena. Mutin. Gotta.
Gratcia. Annona.
Grezzo, seu Greggio.
Gretto. Parcus.
Grigio.
Grimadello. Mutin. Grimaldello. * Et
Tuscis quidem; non autem Grimadello.
Groppa. Gall. Croupe.
Guaimo. Mutin. Guaiume. Foenum
secundarium. Herba post primam
caedem renascens.
Gualdrappa.
Gualercio.
Guarire. Sanare.
Guidalesco. Ulcus in dorso jumentorum.
Guitto. Mutin. Gbitto.

- Imbandire. Tavole ben' imbandite, dixit Passavantus vetustus Linguae
Italicae Scriptor.
Indarno. Veteris Germanicae Lin-
guae vox creditur.
Inferigno. De pane dicitur, cui im-
mixtum furfur.
- Leggiadro.
Lercio.
Lesina. Hispan. Aleyna.
Lezzo. Foetor. Quomodo ex Oleo,
quod tantummodo significat Olo-
vem emittere?
- Lizza.

- Lista. Vox vetustissima, ab Anastasio
Bibliothecario, a Johanne Dia-
cono, & aliis usurpata. Communis
etiam Gallis, Germanis, &
Anglis.
Locco. Dicitur etiam Lolla a Flo-
rentinis.
Loffa.

- Macca. Idest Abbondanza.
Macco. Idest Cibo grosso. Mutinenses

adhus retinent il Macco de' Cappa-
ni, de' polli.

- Maciulla. Florentinorum vocabulum:
Idem ac Gramola.
Malandrino, Fortassis a Malandria
Aegyptiorum morbo, specie le-
pрае, uti Du-Cangius suspicatur.
Manigoldo Germani videant, an sua
Lingua vocem hanc nobis dederit,
quae ex duabus composita videtur.
Mantice. E Graeco Μάντιξ, imperter-
rite Menagius. Tu accuratius per-
pende.
Marangone. Carpenterius. Vox Mu-
tinensium, Parmensium &c.
Mariuolo.
Marmaglia.
Martello. Vox perantiqua apud Gal-
los.
Mascalzone. Numve Malo-Scalzone?
Dicimus etiam: Tu se' un Mal' uo-
mo. Mal' addobbato, Malavventuro-
so &c.
Melangolo.
Mezzo, E. aspero. Vietus.
Miccia, funiculus lineus, quo ad ac-
cendendum ignem in tormentis
bellicis utimur.
Miccio. Asinus. Florentinorum vox.
Mostaccio.
Mozzo da stalla. Ex Hispanico. Sed
unde illud?
Mufo.
Nanfa. Aqua odorifera.
Orza.
- Padire. Digerere, Concoquere cibum.
Lombardorum vocabulum. Sed &
Frater Jacoponus Tudertinus circ.
Ann. 1298. Lib. II. Cant. 23. a-
jebat:

*Il tuo stomaco si muore,
S' egli non ha che Padire.*

Paggio.	
Pajuolo. <i>Vaso di rame.</i> Mutin. <i>Pavuolo.</i>	
Palandrana. A <i>Balandrana.</i>	
Paléo. <i>Turbo.</i> Mutin. <i>la Prilla.</i>	
Palischermo.	
Palmento. <i>Calceotorium uvavum.</i> Dicitur & de Molendinis.	
Pantano.	
Papero. <i>Anserculus,</i> Mutin. <i>Pavaro.</i>	
Paragone. <i>Lapis Lydius.</i> Mutin. <i>Par-rangone.</i>	
Patina.	
Pattume.	
Pentola.	
Perno.	
Perucca. <i>Parucca.</i>	
Pialla. <i>Runcina.</i> Mutin. <i>Piola.</i>	
Picciolo, Piccolo, Piccino.	
Piloto. Vox etiam a Gallis, Germanis, & Hispanis usurpata.	
Pilottare.	
Pinzochero. <i>Bizocco.</i>	
Piuolo.	
Pizzicagnolo.	
Presciutto, Prosciutto. Mutin. <i>Per-sutto.</i> In quo principium vocis <i>Penna</i> sentitur, quo nomine Latini sunt usi. <i>Sutto</i> nobis est <i>Aciutto.</i>	
Prugnuolo. <i>Fungorum species.</i>	
Quaglia. <i>Avium species.</i>	
Rabbuffare. <i>Rabuffo.</i>	
Racchetta. Gall. <i>Raquette.</i> Florentini hanc vocem in <i>Lacchetta</i> converterunt.	
Ramarro.	
Ranno.	
Rappattumare. <i>Pacificare.</i>	
Raviuolo. Alicubi vidi scriptum <i>Raf-fiuolo.</i>	
Razza. Galli quoque habent <i>Race.</i> An utraque vox a <i>Radix</i> prodierit, justa adhuc dubitandi caussa est.	
Rischio, Risico. Galli habent <i>Risquer,</i> Angli <i>Risk,</i> Hispani <i>Riesgo,</i> & <i>Arriesgo.</i>	

A	Ronzare. Videtur a sono. Rovaio. <i>Ventus.</i> Ruffiano.
	Ruga, Rua. Galli <i>Rue.</i> Antiquis vox nota. Du-Cangius & Menagius ex Graeco Ρύην eam traxere. Sed adhuc dubito. In Charta Parisiensi Anni 780. apud Baluzium occurrit <i>Rua Sancti Germani.</i>
B	Russare. <i>Lascivire, Lustare.</i>
	Sbiavare, Sbiadato. A <i>Blavus.</i> At unde <i>Blavus?</i>
	Scappucciare. <i>Impingere.</i> Num quod <i>Capuccium</i> e capite impingentium decideret?
C	Scarabocchiare.
	Scarmigliare. Num ab <i>Excarminare?</i> Ita suspicatur egregius juvenis Senensis Joseph Peccius.
	Schiappare. Germanis est <i>Clap,</i> significans <i>Itum.</i>
	Schiccherare.
D	Schidone.
	Schiiena. Galli <i>Eschine.</i> Angl. <i>Chine.</i> Fortassis accepérunt a nobis.
	Scimunito. <i>Vestigium</i> vocis <i>Sceno</i> heic habes.
	Sciocco. <i>Zocco</i> a <i>Soccus</i> frustum ligni praeduri appellatur a Mutinensibus. Hominem quoque inertis ingenii hoc nomine donant.
	Scoglio. A <i>Scopulus</i> , sed quomodo?
	Scorruccio. Item atque <i>Corrotto.</i>
E	Scozzonare, Cozzone.
	Sdrucire.
	Sdrucciolo, Sdrucciolare.
	Semola. Idem atque <i>Crusca.</i> Lat. <i>Furfur.</i>
	Sesta. <i>Circinus.</i> * <i>Ufstatius in plur. Le Seste.</i>
	Sezzo. <i>Postremus.</i> Ab usu recessit.
	Smagare. Verbum obsoletum.
	Smargiasso.
	Smarrire. Non est certa origo a <i>Marratio.</i>
	Sor-

Sornacchiare.	A	Vanni.
Sovente. Dubito, an a Subinde. Gall.		<i>Alae volucrum.</i>
Souvent.		<i>Malum omen.</i>
Spago.		Ubina. Species equorum.
Spalto. * Vox Tuscis ignota.		Verone.
Stantio.		Vezzo. Id est Carezza; & Vezzo di perle.
Starna.		Vispo.
Strabiliare.		Vivagno.
Stroppa.		Vizzo. Lat. <i>Mollis, Flaccidus.</i>
Stropicciare.	B	Voto. <i>Vacuus.</i> Votare. Vacuare. Mutinenses aliquae Lombardi dicunt.
Stuccio. Gall. <i>Eſtui.</i> Hisp. <i>Eſtuche.</i>		<i>Vodar.</i> Galli <i>Vuider.</i> Anglis quoque <i>Void</i> est quod <i>Voto.</i>
Stucco, Ristucco.		Zacchera. Nihil simile mihi occurrit in Arabica Lingua, ut alii putant.
Succhio. <i>Terebra.</i> Mutin. <i>Trivello.</i>		Zaino.
Svenire. Pro <i>Svenimento;</i> veteres Florentini dixerunt etiam <i>Sfinimento.</i>		Zampillare.
Taccola, Taccole.	C	Zanzara. Mutin. & Mediol. <i>Senzala,</i> quasi sine aliis volitet.
Talento. <i>Desiderium.</i>		Zolla.
Tanghero.		Zucca.
Tarchiato.	D	Post Linguas priorum Italiae incolarum successit <i>Latina</i> , quae ita dominationem arripuit, ut non aliam deinde usurparint Italiae populi, quamquam non eadem una ubique foret, sed pro variis Urbibus ac regionibus variae Dialecti audirentur: qua de re sermo mihi fuit in antecedenti Dissertatione. Sensim vero immutari & corrumphi haec eadem Lingua visa est; ac tum maxime aliam faciem assumere coepit, quum Septentrionales gentes non solum in regionem istam irrupere, sed heic etiam viētrices sedem suam fixere, ac diu tenuere. Loquor de Herulis, qui sub Odoacre Italiā potiti sunt; & de Gothis, qui Theoderico duce Regnum suum heic statuerunt; tum de Langobardis; deinde de Francis, & denique de Germanis, qui nobis dederunt Reges & Imperatores permultos. Propterea sensim in desuetudinem abidere complures ex Latinis vocibus ac phrasibus, & pro iis invaluere Germani-
Tartaruga.		
Tartassare.		
Tartufo. <i>Fungorum species.</i>		
Tazza.		
Testè.		
Tinello.		
Tirare. Si a <i>Trabo</i> venit, peregrina sane metamorphosis est. Et praecipue quod contraria etiam significative adhibeatur, hoc est pro <i>Conjicio, Projicio.</i> Arabica Lingua habet <i>Tbaraba</i> significans <i>Conjiceri, longius Abjicere &c.</i> Sed ne hinc quidem sat lucis.		
Traccia. Gall. <i>Trace.</i>		
Traselare. Pro <i>Languere</i> , seu <i>Deficerere: obsoleta vox.</i>		
Tramoggia.	E	
Traseolare. Quasi extra <i>Saeculum</i> , seu <i>Mundum</i> , ferri prae stupore. Ingeniosi juvenis Josephi Peccii Senensis conjectura est.		
Trippa. Hanc etiam vocem usurpant Galli, Britanni, Hispani, Belgae.		
Tronfio.		
Truffa, Truffare.		
Turcaffo.		

Vanni. <i>Alae volucrum.</i>	A	Ubina. Species equorum.
Ubina. <i>Malum omen.</i>		Verone.
Ubino. Species equorum.		Vezzo. Id est Carezza; & Vezzo di perle.
Verone.		Vispo.
Vivagno.		Vizzo. Lat. <i>Mollis, Flaccidus.</i>
Vizzo. <i>Lat. Mollis, Flaccidus.</i>	B	Voto. <i>Vacuus.</i> Votare. Vacuare. Mutinenses aliquae Lombardi dicunt.
Voto. <i>Vacuus.</i> Votare. Vacuare. Mutinenses aliquae Lombardi dicunt.		<i>Vodar.</i> Galli <i>Vuider.</i> Anglis quoque <i>Void</i> est quod <i>Voto.</i>
Zacchera. Nihil simile mihi occurrit in Arabica Lingua, ut alii putant.		Zaino.
Zaino.		Zampillare.
Zampillare.	C	Zanzara. Mutin. & Mediol. <i>Senzala,</i> quasi sine aliis volitet.
Zanzara. Mutin. & Mediol. <i>Senzala,</i> quasi sine aliis volitet.		Zolla.
Zolla.		Zucca.
Zucca.	D	Post Linguas priorum Italiae incolarum successit <i>Latina</i> , quae ita dominationem arripuit, ut non aliam deinde usurparint Italiae populi, quamquam non eadem una ubique foret, sed pro variis Urbibus ac regionibus variae Dialecti audirentur: qua de re sermo mihi fuit in antecedenti Dissertatione. Sensim vero immutari & corrumphi haec eadem Lingua visa est; ac tum maxime aliam faciem assumere coepit, quum Septentrionales gentes non solum in regionem istam irrupere, sed heic etiam viētrices sedem suam fixere, ac diu tenuere. Loquor de Herulis, qui sub Odoacre Italiā potiti sunt; & de Gothis, qui Theoderico duce Regnum suum heic statuerunt; tum de Langobardis; deinde de Francis, & denique de Germanis, qui nobis dederunt Reges & Imperatores permultos. Propterea sensim in desuetudinem abidere complures ex Latinis vocibus ac phrasibus, & pro iis invaluere Germani-
Post Linguas priorum Italiae incolarum successit <i>Latina</i> , quae ita dominationem arripuit, ut non aliam deinde usurparint Italiae populi, quamquam non eadem una ubique foret, sed pro variis Urbibus ac regionibus variae Dialecti audirentur: qua de re sermo mihi fuit in antecedenti Dissertatione. Sensim vero immutari & corrumphi haec eadem Lingua visa est; ac tum maxime aliam faciem assumere coepit, quum Septentrionales gentes non solum in regionem istam irrupere, sed heic etiam viētrices sedem suam fixere, ac diu tenuere. Loquor de Herulis, qui sub Odoacre Italiā potiti sunt; & de Gothis, qui Theoderico duce Regnum suum heic statuerunt; tum de Langobardis; deinde de Francis, & denique de Germanis, qui nobis dederunt Reges & Imperatores permultos. Propterea sensim in desuetudinem abidere complures ex Latinis vocibus ac phrasibus, & pro iis invaluere Germani-		

manicae Linguae voces non paucae. Liceat enim mihi unam diversis iis gentibus Lingam tribuere Germanicam, sive Teutonicam, quamquam non ignorem, multum discriminis intercessisse inter eorum Lingas, uti & nunc deprehenditur inter populos superioris & inferioris Germaniae, & Daniae, Scandiae, aliarumque gentium Arctico polo propriorum, unde priores Barbarorum transmigrations Italia accepit. Ad haec ipsa Germanorum Lingua temporibus nostris a vetustissima sua valde dissimilis est, sive quod Dialectis & ipsa quamplurimis ac variis affuat, inter quas una reliquias praevaluit, sive quod hoc tulerit Linguarum natura semper inconstans, & in surdam mutationem prona. Nihil autem mirum, Septentrionalium gentium voces non paucas in Italicum sermonem irreplisse. Nam qui primo ad Italiam subigendam confluxere Barbari, centena millia fuere, praeter eorum uxores & liberos, ita ut ingenti hominum exterorum multitudine in sinu Italiae degente ac dominante, novis etiam quotidie se eis adjungentibus ad praedae ac felicitatis communionem, vix fieri potuerit, quin majorem rubiginem ex eorum barbarico sermone contraheret Italorum Lingua. Heruli, Turingi, & Rugi sub Odoacre, ut habet Miscellanea Auctore Lib. XV. Tom. I. Rer. Ital. pag. 99. multas Civitates Italiae parantes resistere, extintis habitatoribus, ad solum usque dejecere. Supervenire deinde Gothi sub Theodorico, & ipsi incredibilis hominum turba, quae Herulos sustulit; quippe, teste eodem Auctore, cum omni Ostrogothorum multitudine Theodoricus Italiam ingressus est. Procopius quoque scribit, eos huc fuisse illatos, parvulis, fer-

A minisque in plastra impeditis cum suppelletili, quantacumque deferri potuit. Ex hisce populis, etiam postquam a Justiniani Augusti copiis profligati fuerent, complures, & praesertim pueri ac mulieres, in Italia perseverasse credendi sunt. Successore demum Langobardi in imperium Italiae, ipsique pariter innumerabiles, quum gens universa Pannoniam, cui antea dominabatur, deseruerit, ac Hunnis amicis incolendam tradiderit; eisque se se junxerint aliae Germanicae gentes, scribente Paullo Diacono Lib. II. Cap. XXVI. Certum est, tunc Alboin multos secum ex diversis, quas vel alii Reges, vel ipse ceperat, gentibus ad Italiam adduxisse, unde usque hodie eorum, in quibus habitant, vicos, Geppidos, Bulgares, Sarmatas, Pannonios, Suavos, Novicos, sive aliis hujusmodi nominibus appellamus. Sed & ante Langobardorum irruptionem teterima pestilentia Italicas Urbes, praecipue Cisalpinam Galliam, latissime Civibus spoliarat. Fames quoque nimia irruens UNIVERSAM ITALIAM devastarat, uti idem Paullus testatur. Sublato deinde e vivis Alboino, Cleph ejus successor multos Romanorum viros potentes, atios gladio extinxit, alios ab Italia exturbavit. Ita post Clephonem per Langobardorum Duces multi nobilium Romanorum, idest veterum Italiae incolarum, interfici sunt, & spoliatis Ecclesiis, Sacerdosibus interfici, Civitatibus subrutis, Populisque, qui more segetum excreverant, extintis, exceptis his regionibus, quas Alboin ceperat, Italia ex maxima parte capta, & a Langobardis subjugata est. Haec idem Paullus Lib. II. Cap. 31. & 32. qui & antea alias clades Italiae illatas ab iisdem populis commemorarat. Hisce adde, quae Sanctus Gregorius M. habet Dialog. Lib. III. Cap.

38. Mox, inquit; effera Langobardo-
rum gens de *wagina* suae habitationis
eduſta, in nostram cervicem griffata est;
atque Humanum Genus, quod in hac
terra p̄ae nimia multitudine quasi spis-
sae segetis more surrexerat, SUCCISUM
ARUIT. Nam depopulatae Urbes, e-
versa Caſtra; concrematae Eccleſiae; de-
ſtructa ſunt Monasteria vivorum ac fe-
minarum; defolata ab hominibus p̄ae-
dia, atque ab omni cultore deſtituta;
in ſolitudine vacat terra; nullus hanc
poffeffor inhabitat; occupaverunt beſtiae
loca, quae prius multitudine hominum te-
nebat. Sed & iidem Langobardi, con-
tinuato per annos complures bello in
Romanos, cladibus primo illatis ma-
jores identidem addidere. Testatur eti-
am idem sanctissimus Pontifex in
cod. Lib. III. Cap. VIII. ita Cunctos
Aquinatis Civitatis habitatores & Bar-
barorum gladiis, & pestilentiae imma-
nitate vaſtatos, ut post mortem Jovini
nec quis Epifcopus fieret inveniri potue-
rit.

His igitur aerumnis cernimus hinc
attritos valde ſuisse antiquos Italiae
habitatores Lingua Latinâ utentes,
inde ſuccreviſſe mirum in modum fo-
bolem barbaricae gentis heic regnan-
tis, & Germanice loquentis. Quum
tamen longe plures ſemper abunda-
rint in Italicis Urbibus & agris in-
colae Latini, propterea primas reti-
nuit ubique Latinorum Lingua, ſed ſimul impediſſe nequiit, quin ex tan-
ta colluvione Septentrionalium po-
pulorum patentius in dies corrum-
peretur, & antiquas voces adultera-
ret, aut iis voces gentis dominati-
cis immiſceret: praesertim quod Of-
ficia fere omnia, & publica munera
tum ſacra tum profana Langobardis
dominantibus conſerrentur, & Nobili-
lum Familiae pleraque ex ea gen-
te honores conſequerentur. Immo &

A in Veronensib⁹; Vicentinis, & Tri-
dentinis montibus adhuc Vici qui-
dam ſupersunt, in queis antiqua Sa-
xonum Lingua perdurat, atque hoc
ipſo ineunte Seculo Danorum Rex,
regnantis pater, in Italiam profeſtus,
eorumque locorum incolas alloquu-
tus, plurima ibi offendit Danici
ſermonis veſtigia. Ejusmodi populo
Clariss. Marchio Scipio Maffejuſ in
Veron. ILLUSTR. cenſet Cimbrorum reli-
quias.

B Sed antequam progrediar, gravif-
ſimum obicem, in via positum of-
fendens, diſſimulare religioni mihi
ducerem. Scilicet poſtquam ego haec
ſcripferam, Veronam ſuam illuſtrata-
m, egregium videlicet opus, ſolida ac
varia eruditione contextum, & quod
quisque cum voluptate atque utili-
tate legat, ad me miſit praelaudatus
Clariss. Marchio Scipio Maffejuſ. Is
autem Lib. XI. pag. 304. ſibi con-
ſutandos ſumit, qui a Septentriona-
libus populis cenſent, plerosque nostri
temporis Italos deſcendere: quam ille
opinionem omnino falſam decernit.

C Deinde quibus poſt rationibus Bar-
barorum numerum in Italiam inve-
ctorum extenuare conatur. Sed for-
taſſe niſis multa primi voluere,
Maffejuſ niſis pauca. Certum mihi
quocque eſt, veteres Italiae habitato-
res ſemper longe praefitifſe numero
Gentibus ex Septentrione in hoc Re-
gnum dilapsiſ. Attamen ſimul reor,
longe plures, quam viſum fuerit do-
ctiſſimo viro, ſuperereſſe in Italia fa-
miliaſ, quae Borealibus Nationibus
ſuum ſanguinem debeant. Ex Gothis
a Justiniano devictis neminem in I-
talia reliquum ſcribit ille; bellum
quiope ea conditione finem accepit,
Procopio teste Lib. IV. Cap. XXXV.
ut qui ſupererant Barbari cum rebus suis
omni Italia confeſtim excederent. A Etia
haec

D E

haec fuere, si Pagium sequimur, Anno Chr. 552. Sed minime animadvertisit vir alioquin oculatissimus, respere Procopii verba eos tantum Gothos, qui proelio, in quo Teias postremus eorum Rex cecidit, superfuere. Et revera, uti Agathias Lib. I. scribit, *Gothorum superstites, instantium perpetuò Romanorum fatigari incuribus, pepigere cum Narsete, ut suas sibi terras habitare tutum esset, Romano Imperatori parituris in posterum.* Id eis Narses indulxit. Propterea Gothis post illa conventa diversè iverant, quibus citra Padum sedes fuerant, in Tusciā, Liguriā, aut alio quo vellet, atque ibi vivere assueverant. Ceteri in Castella Oppidaque circa Venetiam, quibus se multo ante tenere erant soliti. Quid plura? Bellum rursus Gothis ipsi potenti Francorum exercitu in Italiam accito, Graecis intulerunt Anno 553. At eos iterum non desidiosus Narses opprescit, & quos armatos contra se reperit, ne iterum rebellarent, omnes ad Imperatorem Byzantium misit. Reliquos vero Gothos, qui in fide steterant, eorumque familias in Italia constitutas, nusquam legimus exturbatas ex hisce regionibus. Quod & ipse Maffejus, sua ipsa scrutatus, didicisse potuerat. Vide Chartam Reatinam, ab eodem publici juris factam pag. 161. Hist. Diplomat. Scripta ea fuit Anno Chr. 557. Reate, hoc est tribus annis post Gothici belli finem. Ibi Gundibil illustris semina tutorem petit filiis suis pupillis Leudarit & Landarit in causis, in quibus Gundubulus vir illustris pupillorum pater, ante dies istos vitâ funeris aī Aliud inlustri viro, vel a Rosemund cognominato Taffone, necnon a Gunderis pulsatus fuerat. En post deletum Gothorum Regnum Gothos adhuc, & quidem Nobiles, Reatinā

A in Urbe. Ad Langobardos quod attinet, animadvertisit Maffejus, singularem olim ejus gentis proprietatem fuisse, paucos esse; sunt enim Taciti verba: *Langobardos paucitas nobilitat.* Verum a Taciti aetate ad annum Chr. 568. quo Langobardi in Italiam irruerunt, adeo populus ille creverat, ut Pannionam, & Norici partem, immo & Sueviam iplam, si fides Paullo, suo subdiderint imperio. Quum vero ex Pannonia in Italiam digressa fuerit gens illa universa, ejusque potiori parte potita fuerit, aliasque etiam Germanicas gentes ad pingue praedam pertraxerit: jure existimare possumus, ingentem exterorum copiam sedes heic sibi quaesuisse. Difficile vero mihi persuadeatur, Italiam temporibus iis, quamquam bellis ac pestilentiis exhaustam, plures tamen quam nunc habitatores aluisse. Vide, quae in Dissert. XXI. de antiquo Ital. statu supra differui. Neque certe temporibus iis Roma ipsa ostentabat tot illa decies centena hominum millia, quae Saeculis anteactis numerata ibi fuere. Adde nunc Gothis & Langobardis, Francorum, Germanorum, & Normannorum familias in Italiam subinde inventas, quorum singuli proxime gentis, & propter commoda, quibus dominantes abundabant, stirpem suam propagare consueverunt. Denique adde Sarmatas, & Alamanos, de quibus infra sermo erit: & majorem quam putet aliquis Septentrionalium gentium copiam intelliges in Italia lares fixisse, & posteros reliquisse. Sed nemo rectius de hisce judicare potest, quam qui veteres Archivorum Chartas versavit. Mihi sane in iis occurrit immanis eorum numerus, qui aut Langobardicae, aut Salicae, interdum & Bavarici-

variae gentis sobolem sese profitebantur. In quibusdam Civitatibus plures videas ad gentes illas suam originem referre, quam ad Romanam. Senensi in Urbe testabatur amicus meus Benvoglientus, supra ceteros invaluisse professores Salicae Legis. In aliis praestat Romani populi numerus.

Satis interea ex jam dictis nobis est, ut intelligamus, cur facile Germanicae Linguae voces, ac loquendi formas Lingua nostra olim adoptasse potuerit. Proinde non hac tantum luce, sed experientia quoque praeceunte didici, ex Germania pertendam esse complurium vocum nostrarum originem. Et longe etiam plures ibi reperiemus natas voces, quibus Italica Lingua nunc utitur, si prope teneremus Scandiae, Daniae, Gothiae, aliarumque gentium Borealiump Linguis; neque tantummodo quae nunc usurpantur, sed quae etiam ante mille & plures annos usurpabantur. Tunc agnosceremus, quanta verborum seges inde ad nos delata fuerit, quum non levem ego sim ostensurus, etiamsi curta supellestile in ejusmodi eruditione instructus. Quod si nuper memoratus Marchio Scipio Maffejus Lib. XI. Veronae Illustr. scribit: *Che rileva. se forse una ventina di vocaboli usiamo originati dal Tedesco? che monta ciò nel corpo e nell' impasto d' una Lingua?* Assai più ne abbiamo dal Greco, e assai più ne abbiamo dal Provenzale: meminisse tamen is dehet, se minime negare, quin ex Barbarorum in Italianam adventu immutata fuerit Latinorum apud nos Lingua. Nemo certe non agnoscat, nihil esse vocabula ab exteris Linguis ad nos profecta prae comparatione illorum, quae a Latio accepimus. At num viginti tantum

Tom. VI.

A vocibus ex Germania petitis nos uttamur, infra ego ostendam. Minus autem, quam ille putat, nos in Vulgari Lingua nostra habere Provincia- lium Vocabum jam supra monui. Primi quidem Italicae Linguae Poëtae ex Provincia complures voces mutuati sunt; sed illae neutiquam in populi nostri commercium transierunt, & Salviato ipso fatente exsulare sensim coactae fuerunt. Et profecto si unamquamque singularium Italiae ac in primis Lombardicarum Civitatum Dialectos scrutaremur, praeter adhibitas in Lingua Communi nostra Voces, alias nancisceremur ex eodem Germanico fonte derivatas. Mira proinde mihi narrare videtur nuper laudatus Marchio Maffejus Lib. eodem XI. Veron. Illustr. dum scribit, nullum in Veronensi Dialecto vocabulum haberet, quod ad Germanicam Linguam referatur. Si ipsa Communis Italorum Lingua tot Vocibus utitur ex Germania profectis: quei nullam Veroneses agnoscunt? Alia est aliarum Urbium fortuna. Exempli caussâ Mutinensisibus *Bios* est *Spoliatus*, *Merus*, *Nudus*. Mediolanensisibus *Bios* idem significat. Vox ista e Germanico *Bloss*, *Nudus*, *Simplex*, *omni ornatu desitus*, unde & *Blossen*, *Nudare*, emanavit. Mutinenses *Entino* appellant Surculum, quo fructiferae arbores inseruntur. Ea quidem vox a Gallico *Ente* rectâ ad nos processisse potuit; sed tam Gallica, quam Italica vox e Germanico *Eintbun* ad nos venere, significante *Mettere dentro*: quod Latine reddas *Inmittere*, *Inserere*. Pro *Entino* Tusci dicunt *Marza*: quam vocem a Martio mense inepte, ut mihi quidem videtur, nonnulli derivant. Habent & *Innesto* iidem *Tusei*. De ista Aegidius Menagius in Origin. Linguae

Q. q

Ita-

Italicae scribit: *Annestare*, *innestare* *inda Inserere Latina*. *Insero*, *Insitus*, *In-*
stus, *Enstus*, *Ensto*, *Nensto*, *N-sto*.
 Haec sane parum attente. Certum
 quippe est, *Innestare* ex Latino *Inne-*
ctio enatum fuisse, cuius participium
Innexus in *Innexus* barbare loquentes
 immutarunt, & inde *Innesto*, nisi qui-
 squam velit & hanc vocem ex Ger-
 manica Lingua trahere: quasi sle-
 ñendo Germanorum *Hineintbun*, si-
 gnificans *Immittere*, ad Italicum mo-
 rem exsurgat *Inentare*, & N. mutato
 in S. *Inestare*. Huic tamen derivatio-
 ni difficile consentiam ego. Ita Mu-
 tinenses *Scabiem* appellant non solum
Rogna, sed etiam *Grinta*. Postrema
 vox est purum putum Germanicum
Grind, idem significans. Ad ipsam
 vocem *Rogna*, quod attinet, senten-
 tia Ferrariae & Menagii est, arces-
 sendam ejus originem a *Rubigo*, no-
 bis *la Ruggine*. Eos & heic deceptos
 puto; nos enim ipsum *Rubigo Rubi-*
ginis in *Ruggine* convertimus, non
 in *Rogna*. Et praeterquamquod *Ru-*
bigo & *Rogna* multum inter se diffe-
 rent literarum structurā, ne *Rubigini*
 quidem sat similitudinis est cum *Scabi-*
e. At undenam tu deducis? percon-
 tantem audio. Ego potius ad creden-
 dum feror, vocem *Rogna* e Gallico
Ronger, Latinis *Rodere* enatam fuisse.
 Primo *Rongia*, tum *Rogna* dixer-
 int Itali, olim Francis subjecti, cā
 scilicet ratione, qua *Mensonge* Galli-
 cum nobis est *Menzogna*. Uti vero
 Germani a *Kratzen* nobis *Grattare*,
 efformarunt *Kratze*, *Rogna*: ita ex
Rodere (effetu *Scabiei*, quod Gallis
 est *Ronger*) nostri, aut ipsi Galli,
 hausere *Rogna*. Utitur enim & Gal-
 lica Lingua voce *Rogne*, immo &
Rogner pro *Rodere*: quod verbum
 paene certam facit originem vocis
Rogna a Ronger, sive a *Rodendo*. Prae-

A terea Mutinenses ex Germanico *Stoss*
 suum deduxere *Stuss*, & *Stussare*, i-
 dest *Percutere*, quo etiam sonus per-
 cussionis significatur. Uti & *Schinchi*,
 idest crura, ex Germanico *Schincke*
 veniunt. Inde *Stinco* efformatum a
 Tuscis. Praeterea appellamus *Ranfo*
 nervorum improvisum rigorem in di-
 gitis, aut cruribus, a Germanico
Krampff Habemus etiam *Striccare* pro
Stringere, quod est ipsum Germanicae
 Linguae *Stricken*. *Scaffa* quoque di-
 cimus, quod est *Scaffale* Etruscis, ex
 Germanico *Schaff* significante *un'Ar-*
madio, *un' Ripostiglio*. Nobis itidem
 est *Slisciare* pro *Sdracciolare*, quae vox
 enata videtur e Germanico *Glitschen*
 idem significante, nisi potius eam ve-
 lis ex *Liscio*, quam vocem infra vi-
 debis. Mediolanenses pariter *Scoss* *Gre-*
mium appellant. & *Scossale* (quod Tu-
 sci *Greminile*; Mutinenses *Grembiale*
 dicunt) a Germanico *Scbos*, *Gremium*
 significante. *Ratt* quoque *Murem* nun-
 cupent, a Germanica aut Gallica Lin-
 gua adiectum. Nobis *il Trebbio della*
Scala est locus interruptus scalae, u-
 bi quiescit. A *Treppe* Germanico
 significante *Gradino*, sive *Scalinata*,
 vox fortasse descendit. Ita *molestem*
Odorem dicimus *Tuffo*; & Germanis
Dumpf idem significat. Appellamus
 etiam *Vasca*, ingens *Labrum* aquam
 continens. A Germanico *Waschen La-*
vare (quasi sit *Vas* *Lavatorium*, sive
 ad *Lavacrum*) ego facile opinarer
 descendere hanc vocem, nisi me re-
 moraretur similis vox in Papyro An.
 Ch. 650. scripta, ac publici juris
 facta a praelaudato Cl. V. Marchio-
 ne Scipione Maffejo pag. 172 Di-
 plomat. Ibi legitur *basca cum forno*,
macina, & *rota*. Fortassis etiam su-
 spicari aliquis poterit, e *Vas* *Vascu-*
lum, & *Vascula*, efformatum fuisse
Vasca. Praeterea usitata est apud Me-
 dio-

diolanenses & conterminos populos vox *Rogia* ad significandum rium sive canalem aquae ad agros irrigandos. A Latino *Rigare* si quisquam eam deducat non obsistam. In Chartis Casauriensis Monasterii saepe occurrit *Rigos* pro *Rivus*. Quod novi, antiquissimum vocabulum videtur, si *Rogium de fluvio Piscaria* memoratum in Charta Grimbaldi Episcopi Pinensis Anno 872. scripta (quam addidi Chronico Casaurensi Part. II. Tomi II. Rerum Italic. pag. 936.) idem significat, ac Mediolanensium *Rogia*. Videndum etiam, an e Graeco Ρῶ. significante *Rivum*, sive *Canalem* descendisse potuerit *Rogia*. Teste antiquo Grammatico Festo, *Benna* appellata est a Gallica gente species quaedam vehiculi. Vocem hanc Mutinenses adhuc retinent, atque apud Germanos usitatam intelligo. Romae quoque *Valca* appellatur *Fulonica*, sive officina Fullonum. Florentiae *Gualchiera* dicitur. At istud vocabulum ex Germania illuc translatum fuit, quum Germanis *Walche* idem signifi et. Germanicum W. in GV. apud Italos transit. *Purgo* etiam appellant Florentini. Immo non Mutinensibus tantum familiare verbum est *Gualcire*, sive *Sgualcire* pro *Pestare*, *Calcare*, quod praecipue de uvis dicitur, ut inde mustum educatur; sed & Senensibus est *Gualcare*, *Gualcire*, idem significans. Purum putum verbum Teutonicae Linguae agnoscito, nempe *Walchen*, *Follare*, *Densare*, *Calcare*: quod de pannis proprie dicitur. Vide in Vocabulario Cruscano *Gualcire*, *Gualcio*, ubi non proprius sensus verbi ponitur; neque enim *Gualcire* est *Contrectare*. A *Calx*, *Calcis*, *Calcire* frustra hoc verbum traxit Menagius. Germanica sine dubitatione est illius origo. Nonnullis autem in

A locis tum hujus, tum aliarum Italiae regionum perdurat vox *Lama*, qua etiam utitur Dantes Can. XX. Purgatori, suis Interpretibus minime intellectus. *Piscinam*, *Paludem*, *Lacunam*, locum *piscosum* significat, atque est originis Langobardicae, si fides Paullo Diacono Lib. I. Cap. 15. ubi ait: *Et quia de Piscina, quae eorum Lingua Lama dicitur, abstulit.* Non audiendus Beatus Rhenanus, qui in loco *Qualamam* legendum putat. Apud nos nomen superstes lectionem vulgarem confirmat. Fallitur tamen Paullus; Latinum quippe vocabulum purum putum est *Lama*, atque illud occurrit apud Horatium Lib. I. Epist. XIII. Sed & avium *Ventriculus*, quem Tusci *Ventriglio* appellant, apud Mutinenses dicitur *Magine*. Theotisca vox est, & quidem antiquissima; nam in Glossis Fuldensibus ab Ecclardo editis Tom. I. Hist. Franc. Orient. *Stomachus* Germanice redditur *Mago*. Nunc apud Germanos *Ventriculus* dicitur *Magen*. Est quoque Mutinensibus in usu *Aver della Picca con qualcuno*. Germanica vox est *Pick*, *Pik*, significans *Rancore*, *Odio*, *Nemicizia*, *Mal' animo*. Ita nobis est *Stroppa* significans *Virgultum*. *Vimen*, a Theutonico *Stropf*. Bononiensibus quoque est *Trafia* significans *Velum sericum*, fortassis ex Germanico *Taffet* corrupto, sive ex Gallico *Taffetas*. Ad haec Mutinenses *Mummiare* appellant *Mandere sine dentibus*: quod in senibus plerumque contingit. Videtur ab Aegyptiorum *Mummiis*; sed ne in ipsis quidem *Mummiis* dentes desiderantur. Quare veri similius est, ex Germanico *Mummelen* idem significante ad nos venisse hoc verbum. Appellamus etiam *Lubina* narrationem falsam a Germanico *Lugine*, *Mendacium*; *Lugbin*, *Luginari*, *Mendax*;

quarum vocum in Glossario Theutonico vetustissima exempla protulit Johannes Schilterus. Dicimus un *Caspo di poma, di noci &c.* id est *Complexum, Nodum pomorum &c.* Fortassis ab antiquissimo Germaniae vocabulo *Kaspan* significantem *Ligatorium*. Auditur etiam apud nos phrasis, *Andare in frega*, dictum de homine libidinis flammis succenso. Christophorus Arnoldus in Epistola edita a Schiltero in Glossario Teutonico pag. 604. multis ostendit, Gothorum Deam, cui nomen *Friga*, Venerem fuisse; atque inde enatum Germanorum vocabulum *Frech*, *Libidinosus*; *Frechett*, *Libido*. Itaque foeda haec phrasis inde ad nos venisse videtur. Septentriionalium quoque Linguarum est *Braia-re* pro *Clamare*. Nos illud fortasse retinemus conversum in *Sbraire*. Sunt & alia ejusmodi; neque dubito, quin si singulas Italicarum Urbium, praeferim Lombardarum, Dialetos excuteremus, alias Germanicas voces heic & illic vigentes deprehendemus.

Neque solum inquirenti origines Italicarum vocum Lingua vetusta, si fieri posset, Gothorum & Langobardorum esset consulenda, sed & Francorum (qui & ipsi natione Germani fuere) tum Saxonum, sive reliquorum Germanorum, qui post illos pariter in Italia sunt dominati, atque heic diu interdum constitere, non militibus solum, sed & integris familiis huc ad habitandum translati. Nobis quippe sunt vocabula, quae in Gallia quoque usurpantur, fierique potest, ut sicuti Galli recentiores multas e nostris voces adoptarunt, ita ex veterum Francorum populo tunc apud nos confidente & nos didicerimus varias voces, praeter illas, quas dum Romani Pon-

A tifices Avenione sedem tenuere, Itali inde reportarunt, aut Carolus I. gente Gallus, ejusque Successores in Siciliam, Regnumque Neapolitanum invexere. Antea quoque Nortmanni, populus & ipse e Boreali Germania progressus, Linguae tamen Gallicae majorem partem adsuetus, utrâque Siciliâ potiti, nonnullas ex suis vocibus regioni illi deditis non immrito centendi sunt. Attamen ne heic quidem consistendum est. Ad inquisitionem complurium vocum in Italia adhibitarum conducere etiam poterit tum Lingua Hispanica, tum Anglica. Ecur? inquires; neque enim Italiae cum Britannica gente fuit unquam commercium, si mercatores excipias, & Societatem Anglorum, qui Seculo Christi XIV. Italicas Urbes infestarunt. Verum Mercaturae ac Militiae multa nomina debemus aliunde ad nos delata, nomina videlicet ad earum officium spectantia. Alia tamen potior causa se offert perscrutandi Hispanicam quoque, & Anglicam Linguam. Nimirum Hispaniam Goths, Germanicagens; Britanniam Dani, Saxones, & Nortmanni, Germanae itidem nationes, olim sibi subdidere, diuque illic sunt dominati, innumeris ex sanguine suo posteris ibi relicti. Quare si voces non paucas a nobis usurpatas, in Hispania quoque & Britannia offendimus, exiguâ tantum mutatione inter illas & nostras: non id factum, quod ab iis populis easdem rectâ acceperimus, sed quod a Germaniae populis olim dominantibus in singulis hisce Regnis tam illi, quam nos, ipsas didicimus.

E Atque ut luculentius intelligas, quanta populorum, & consequenter Linguarum commixtio olim facta fuerit, paucula haec addere liceat.

Sarmatarum servi circiter Annum Chr. 334. conversis in suos dominos armis, eos e patriis sedibus exturbarunt, Ammiano Marcellino teste Lib. 17. Cap. 13. Confugerunt isti ad Constantinum Magnum, qui ut auctor est Anonymus Valesianus, pulsos libenter accepit, & amplius trecenta millia hominum mistae aeratis & sexus per Thraciam, Scythiam, Macedonia, Italianaque divisi. Tradit idem Ammianus Lib. 28. Cap. 6. Theodosium Magistrum militum, Theodosii Augusti patrem, Anno Ch. 370. quoscumque cepit ex Alamannis, ad Italiam jussu Principis misisse, ubi fertilibus Pagis acceptis jam tributariorum circumcolunt Padum. Pagorum nomine veteres non Vicum, sed multorum Vicorum unionem, latumque agri tractum designarunt. Rursus Valentius Augustus Anno Ch. 377. uti scribit idem Ammianus, ingentem Gothorum copiam, quos vivos reliquerat, circa Mutinam, Regiumque, & Parmam Italica Oppida, rura cultu-
ros exterminavit. Si in Mutinensi agro, aliisque conterminis supereffent adhuc voces aliquae, a populis olim ibi locaris importatae atque in posteris diffusae, nil mirum foret. Novit Gallica gens, quanta antiquae Britannicae Linguae merces perduret in parte illa Galliae Celticae, sive Armoricae, quam Seculo Christianae Aerae Quinto incolendam suscepere Britanni a Saxonibus pulsi e sedibus propriis: unde Britanniae minoris nomen regioni illi inditum fuit. Nulla dubitatio est, quin populi in Italiam, uti nuper vidimus, translati, sensim sese composuerint ad Linguan in Italia tunc dominantem. At simul excogitare licet, irrepisse aliquam ex eorum vocibus in indigenarum sermonem, quam interno-

A scere nunc minime liceat. Ad haec Commercium, ut dixi, Populi unius cum altero, vocabula de una in alteram regionem transvehit; ac propterea nos ab Hispanis, Gallisque recentioribus nonnulla mutuati sumus. Atque illi vicissim, quemadmodum & Germani, & Britanni, ex Italica Lingua multas hausere voces, ex quibus nonnullae aperte produnt originem Italicam, aliae vero, non facile agnoscitur cui regioni suam nativitatem debeant. Sed ubi in Germanica quoque Lingua vocem offendimus, quae nobis, Gallis, aut Anglis communis est, plerumque scopum attingemus, illam opinantes Germanicae potius, quam alterius originis. Apud Menagium, dicitis caussâ, longam quaestionem habes, unde *Mastino* idest *Molossus* canis, prodierit. Petrus Liesina a Graeco *Mastivus*, *Indagare*, *Investigare*, hanc vocem, reclamante ratione, deducebat. Non enim peculiare ejusmodi canum est munus *Investigare* feras; & si quidem in aliquibus Libris veterum Scriptorum *Mastivus* occurrit, id factum ad normam Gallicae & Anglicae Linguae, quibus est *Mastife* & *Mastif*. Neque fortassis antiqua vox apud Graecos *μαστίνη* nostram perperit, quum tantummodo apud Hesychium eadem occurrat, & alii legant *μαστίνη*. Parum quoque felici acumine Covaruvias a Latino *Mixtus* eliciebat *Mastinus*. Omnia vero ineptissimam Etymologiam Menagius excogitavit, vocem istam aut ex *Massata* derivans, aut a *Molossus*, hac scilicet scala lepide usus: *Molossus*, *Molottus*, *Molottinus*, *Molottino*, *Mallattino*, *Matino*, *Mastina*. Nihil est quod ego in hisce confutandis tempus teram. Quae mea opinio sit accipe, quam tamen certam praestare nolo, sed

sed saltem reliquis veri similiorem. Habent Itali *Mastino*, habent & Galli *Mastin*. Incertum, uter populus ab altero nomen istud acceperit. Sed uterque ex Germanica Lingua accipisse videtur. Germanica nempe *Mast* tam *Grasso*, quam *Grosso* significat. Ii ergo *Mast-Hund* appellarunt *un Can Grosso*; nobis autem idem est *un Mastino*, & *un Can Grosso*. Deinde nos, & Galli, aut *Mast-hund* abjecto D. & U. in I. mutato, aut *Mast* tantum retento, ac in diminutivum inflexo, *Mastino* efformavimus. Ita Angli appellant *Masty Dog un Grosso Cane di Villa*. Germani quoque, Galli, & Angli *Mast* dicunt *l'Albero Grosso della nave*. Primo enim apud Anglos *Mast-Baum* appellatus fuit major navigii *Malus*; tum reticendo *Baum* dixerunt *Mast* subintelligendo *Baum*, *Arborem* significans. Ita quem dicimus *Mastino*, idest *Grosso*, o *Grosfolano*, subintelligimus *Cane*.

Sunt & quaedam, quae nos rectâ a Latino accepisse videmur, & fortassis ad nos ex Germania venere. Exempli gratiâ nos nondum certo novimus, unde petenda sit origo verbi *Tagliare*, & an ex eodem fonte prodierit *Taglia*, tributum pecuniae populo indictum. Evidem laudandum puto opinionem Vossii, Martini, Nicotii, Ferrarii, Menagii, atque aliorum arbitrantium, ex Latino *Talea*, significante *Surculum* ex planta recisum, prodiisse *Taleare* pro *Caudere*, *Scindere*. Apposite Varro de Re Rust. Lib. I. Nunc *Rustica* voce *Intertaleare* dicitur dividere, vel excidere ramum ex utraque parte aequabiliter præcijum, quas alii *Clavulas*, alii *Taleas* appellant. Attamen mihi potius creditur ex Septentrione ad nos, uti & ad Gallos, ac Hispanos migraisse communis haec trium populo-

A rum vox. Quippe *Talare* occurrit in antiquissima Lege Alamannorum Tit. 34. uti & in Ripuaria Tit. 64. ibique Eccardo significare creditur scindendo vel putando devastare. Hoc sensu Hispani adhuc adhibent *Talar* pro depopulari caedendo. In Charta Garciae Fernandi Comitis aerae 1010. sive Anni Ch. 972. apud Yepez legitur: *licentiam habeant Frates ubi voluerint ligna Talare, aut herbare* &c. Eoque magis in eam opinionem secessor, ubi originem vocis *Taglia* considero. Haec Tributum viritim persolvendum significat. Eo inclinat Vossius, ut suspicetur, ex ipsa Latina voce *Talea* derivatum fuisse *Taglia*: quando ut *surculus ille*, quem *Taleam* dicimus, reciditur a planta: si: tributum reciditur de bonis civium. At istud Etymon nimis longe conquistatum, atque ingeniosum potius, quam verum viderur. Est Germanicae Linguae *Theilen* significans *Partiri*, *Dividere* in partes, *Distribuere*, suam cuique portionem *Affixare*, a *Theil*, *Deil*, idest *Pars*, *Portio*. Arque vox ista apud Germanos primitiva ac indigena est, ubi adducta a Schiltoro exempla confirmant. Inde igitur nostrum *Taglia* (Gallis quoque familiare) profectum puto, quum in ejusmodi tributis imponendis sua cuique portio pecuniae pendetiae pro viribus assignetur. Ad haec si quis contendat, ex Latino *Oculus* efformatum fuisse *Italicum Ochio*, non contradicam ego. Ex *Oculus*, *Olus*, *Oclo*, & *Oochio* efformari potuit. Attamen considerandum, an potius vocem hanc ad nos Germani detulerint. Eis *Aug* est *Oculus*, & *Auges Oculi*, vox primitiva, quae ab iis usitata videtur, antequam Germania Latiū agnosceret. Si *Au* legas per Q. quod & *Latini* veteres etiam feceris,

cere, & Galli adhuc faciunt, habebis *Og*, quod nos Mutinenses *Oc* pronuntiamus eo sono, quo Hispani *Noche*, tacito tamen *E*. Hinc ergo & ipsi Tusci *Occio* dicere potuerunt, nisi velis ipsum *Aug* formatum fuisse ex codem Latino *Oculus*. Ita certum mihi est, nos addidisse nennullis vocibus nostris Germanicum *Mis*, *Male* significans, uti *Mistleale*, *Miscredente*, *Misfatto* &c. Sed sunt, quorum nullum est vestigium in Germanica Lingua, eaque contra deprehenduntur usitatissima apud Gallos & Hispanos; minus vero apud nos. Tunc justa se offert caufsa arbitrandi, Gallicam aut Hispanicam esse earum vocum originem. Digna nostro examine sunt, quae ad vocem *Latino* habent Vocabularii Florentini Auctores. Hanc enim scribunt, significare etiam *Largo*, *Agatio*, *Latine*, *Latus*. Exemplum proferrunt ex Libro Astrologico: *E* sia la ribatidura d' ambo li capi in modo, che 'l suo movimento sia ben latine. Vim vocis doctissimi viri assequuti minime fuisse mihi videntur. *Ladino* Lombardica vox est, & significat rem, quae facile moveat se, aut ab aliquo moveatur. Dicimus un catenaccio *ladino*, un' albero *ladino*, un' uomo *ladino* di mano, di lingue, di gambe &c. Haec autem vox aut ex Italica in Hispnicam, aut ad nos ab Hispania venisse mihi creditur; habet enim Hispanica Lingua *Ladino* eadem significatione. Covaruvias *Ladino* dictum putat quasi *Latino*. Quae ratio ab eo adseritur, diffi ile fidem obtineat. Porro Tusci *Latino* pro *Lidino* scribunt. Joannes Villanius Lib. XI. Cap. XX de Johanne XXII. Papa ait: *E* ossai era *Latino* di dove audienza. Idest facilis. In Tract de Equor. cura legitur: *E* allora vesti e

A ragguarda, se spronando si va arrestando la coda, o s'egli scaverza, e s'egli è bene *Lazino* o no, a volgersi a ogni mano. Animadverte heic, appellari *Cavallo Latino*, idest *Ladino*, qui in omne latus facile movetur, quasi a *Lado* significante *Latus Lateris*. Itaque ista vox originis Hispanicae videri possit; sed minime certum est, quin Hispani ipsi a nobis eam fuerint olim mutuati. Contra vero si apud nos antiquiora ac usitatoria videantur vocabula, opinari licebit, ex Italia in alias regiones eadem immigrasse. Ita Fureterius ex Italico *Ciera*, seu *Cera* efformatum putat Gallicum *Chere*, atque adeo Britanicum *Cbear*. Et revera sunt hujus vocis antiquissima exempla in Italcorum Lingua. Menagius tamen putat, nos eam ex Gallico *Chere* derivasse, quod efformatum ait e *Cara* significante *Faciem*. Contra Gallicum *Sapper*, *Fodere* fundamenta alicujus murri, ex Italico *Zapparo* deductum censeo. Apud Fureterium ex *Sapa*-Menagius suum *Sapper* traxit. Sed quid aliud barbaricum *Sapa*, seu ut melius dicam, *Sappa*, est, nisi Italicum *Zappa*, quo nomine caret Gallica Lingua, ad significandum *Ligonem* rusticorum? Nam quod idem Menagius censet in Orig. Linguae Ital. *Zappa* e Graeco Σκαρπι descendisse, quod Τζαντο dixerent recentiores, nihil me movet. Recentiores Graeci Italcam vocem in Σαρπι convertisse potuerunt: quod & de aliis bene multis fecere. Nisi melior Etymologia exeratur, suspicari fas erit, hanc esse ex iis vocibus, quae antequam Latina Lingua adolesceret, in Italia usurpabantur. Pag. 455. Chronic Vulturnensis Par. II. Tomi I. Rer. Italic. legitur in Charta Anni 980. ipsas arbores *ramare*, & *cultare*, & vita-

vitare, & zappare juxta rationem. Idem in altera Charta pag. 478. occurrit. In Glossario Romano-Theotisico Fuldenisi, quod Eccardus edidit in Append. ad Tom. I. Hist. Franc. Orient. legimus Romanum *Sappas*, Germanice *Havva*. Nostrum *Zappa* adhuc a Teutonibus *Have* appellatur. Quare vides antiquitatem vocis.

Neque dissimilis origo vocis *Imbroglie*, *Imbrogliare*, idest *Confuso*, *Confundere*. Octavius Ferrarius e *Brolium* significante *Nemus*, *Sylvam* deducebat hanc vocem, eique sententiae olim adhaesit Menagius; sed postea in aliam opinionem concedens, scripsit *Brogliare* e *Turba* Latino effluxisse. E *Turba*, tu admirans petis? Ita sane Menagio visum est. Enviām rantaē Metamorphosis ab eo excogitatam. *Turba*, *Turbula*, *Turbulum*, *Turbulium*, *Bulium*, *Brulium*, *Broglie*, *Brogliare*. Uti in Dissert. XXI. de statu Italiae animadvertis, *Bolium*, nunc Mutinensibus *Brotto*, nihil aliud fuit nisi locus clausus, arboribus consitus, aut ad feras continendas, aut ad arbores pomiferas. Nihil rei ejusmodi loco videtur cum *Imbroglie*: nam sola literarum similitudo minime consideranda est; alioquin in Anglica Lingua *Women* interpretaremur *Viros*, quum tamen significet *Feminas*; to *Stretch* credemus *Stringere*, quum sit eis *Laxare*; *Cold* pro *Calido* acciperemus, quum *Frigus* & *Frigidum* sit apud eos, uti & apud veteres Germanos fuit. *Black* etiam putaremus *Candidum*, quod tamen significat *Nigrum*. Nunquam vero ex *Turba* derives *Brogliare*, nimium quippe discriben est inter haec voces. At undenam *Imbroglie*, *Imbrogliare*? Num e Gallico *Embrouiller*, quod. compositum ex *Em.* & *Brouiller*? At nostris quoque Majo-

A ribus in usu fuit *Brogliare*, uti multis exemplis docent Auctores Vocabularii Florentini. Inde etiam Britannicum *Broil*. Unde vero *Brouiller* Gallicum, & *Brogliare* Italicum descenderit, frusta fortassis inquiras. Ex antiquissima voce significante *Confusionem* emersisse videtur; nam & *Brouillard Nebulam* Gallis significat, & *Bruit Sonum confusum*. Fuit & Graeca vox *Embolium*, significans *Rete*, quod ad captandas Feras injicitur. È usus est Cicero in Literis ad Atticum, & pro Sextio, ad indicandas technas & artes, quibus praecipue mulieres implicabant viros. Num ex *Embolium* *Imbroglie*; ex *Embolare* *Imbrogliare*? Sed nos temere vocum omnium originem detegendam speramus. Evidem fateri potius amo incompertum mihi, unde in Lombardicam Linguam *Barba* pro *Patruus* immigrarit, quam cuna Menagio eam vocem deducere e *Barba Latino*; perchè per lo più sono barbati i zii. Levissima ratio; neque enim barbā parent tot alii consanguinei sive affines. Antiquissima autem apud nos eadem vox est, quum *Barbanus*, idest *Patruus*, occurrat in Legibus Rotharis & Liutprandi Regum Langobardorum. *Barba* habetur in aliis Codicibus. *Barbas* pro *Barba* vidi in autographa Charta apud Canonicos Regulares Monasterii Pistoriensis Sancti Bartholomaei, scripta Quinto Kalendas, Regnante Domini nostris Carulo & Pippino filio ejus Regibus Francorum & Langobardorum, ac Patricio Romanorum in Italia, que ille Papia Civitate ingressus est Anno Octavo & Secundo per Indictione Quinta feliciter. Hoc est An. Ch. 782. Sequitur in Charta: *Teuperto*, & *Feudeam* quondam Clerici, *barbas* & *nepos filii* quondam *Blancani*, & *Teneado*

deado qui fuit Presbyter. Manifesti sumus nos, eo quod ante os plurimos annos ego Teuperto &c. Offert deinde Abbatii Sancti Bartholomaei Oratorium Beatae semperque Virginis Mariae in locus qui dicitur Crucis. Atum Pistoria ad casa avitatis nostrae in predicto loco Croci. In pergamenta Mutinensi scripta Anno IV. Bernardi Regis Ind. Nona, idest Anno Ch. 816. occurrit mihi Dominicus Barba vester. Tusci pueruli Babbo appellant Patrem. Id ex natura locutionis infantium videtur factum; nam ut tenera illa aetas linguam in voces lolvere incipit, primo Vocales tantum pronuntiat, tum facilem aliquam Syllabam, quam repetit, ut Pa-Pa, Ma-Ma, No-No, idest Pater, Mater, Avus: quas voces puelli nostri adhuc usurpant. Tusci vero lenius prouniantes, pro Pa-Pa videntur dixisse Ba-Ba, unde efformatum Babbo. Πατέρας dixerat etiam Graeci, at iis Avum significabat. Robertus Stephanus, altique Lexicographi, in quorum etiam sententiam ivere nuper Clarissimi Viri Johannes Vignolius, & Antonius Franciscus Gorius, arbitrii sunt, apud veteres Latinos Patrem appellatum fuisse Ta-Ta, Matrem vero Mam-Ma: quod postremum adhuc retinemus eadem significacione. Notus est Martialis versus Lib. I. Epigr. 101. *Mammas atque Tatas habet Afra.* Idem Vignolius in Append. ad Dissert. de Columna Antonina pag. 304. Inscriptionem Romanam adferit in qua leguntur **FOR-TVNATVS TATA ET HERENIA RHODINE MAMMA.** Id nempe a pueris usurpatum, sed & ab ipsis populo voce, ut ita dicam, blanditiona per verzzo. Auctor Nonius est ad vocem Buas, Romanorum filios cibum ac potionem Buas ac Papas, & Tom. VI.

A Matrem Mammam, Patrem Tatam, dixisse. Nostri adhuc infantuli cibum appellant Pappa. Verum Fabrettus vir exquisitae eruditio Cap. III. Inscript. Antiqu. pag. 142. nomine Tatae significatum potius censuit Nutritorem, sive Nutricium puerorum. Nos Ajo, seu Ballo dicimus. Ego vero, quod Mammam seu mamillam petarent infantes tam a Matribus, quam a Nutribus, factum suspicor, ut tam Nutrices, quam Matres appellationem Mamiae sortitae fuerint. Resert idem Fabrettus pag. 187. Inscriptionem positam a Crescente filio Matri piae & Nutrici dulcissimae Licianae Processae. Dabo & ego alias in novo Thesauro Inscriptionum, quae Tata pro Nutricia usurpatum indicant. Vide apud eundem Fabrettum Inscriptionem pag. 337. Sed haec nomina obscura adhuc sunt in antiquis Monumentis. Nam Bononiae visitur apud PP. Praedicatorum in Coenobio S. Dominici lapis Româ adiectus, in quo haec legas.

D

D . M

CN. ARRIO AGAPETO
ARRIA AGAPETE MATER
ET BOSTRYCHVS PATER
ET HELPIS MAMMA ET
FIEIE NVTRIX FILIO
PIENTISSIMO B. M. F
VIXIT. A. III. DIEBVS XXXV.

E Habes heic praeter Matrem, Patrem, & Nutricem Agpeti istius, etiam illius Mammam, ab aliis diversam. Quic ergo certo statuas significationem vocis Mamma? Ad haec e Graecis venisse ad nos potuere ejusmodi nominis.

R r

na. Illis enim *Papa*, seu *Papas*, *Patrem* ac *Nutritorem* significabat. *Amma* vero apud Palladium & Hesychium est *Mater*. E *Mea Amma* contracto-fortasse compositum *Mamma*. In Glos-sis Teutonicis ex Bibliotheca Medicea descriptis, atque ab Eccardo editis *Nutrix* appellatur *Amma*. Sunt qui & *Aviam* hac voce designari putant. Sic *Tetta* pro *Mamilla*, non e Graeco *Tuta* desumptum continuo credendum est, quod in Hesychii Glos-sario legatur. Illuc fortasse a recentioribus inlatum fuit. Ego antiquam nostram vocem puto.

Mercatura quoque, & Militia, ut supra innuebam, vehiculum esse consueverunt multis vocibus, ad ipsas praeципue Artes pertinentibus, ut per varias Nationes propagarentur. Auctor Gallici Libri Anno 1673. editi sub titulo *De la connoissance des bons Livres* Cap. IV. significat, non parum additamenti Gallicae Linguae factum ex Italicae spoliis. Ex quo, ait, *Itali in Gallia excepti fuere sub Regibus Carolo VIII. Ludovico XII. Francisco I. & Henrico II. ii causa fuere, ut Gallica Lingua ultra tertiam partem fuerit immutata. Immo longe antea, hoc est Anno 1583. Henricus Stephanus, vir celebris inter Eruditos, occultato nomine suo, Librum evulgavit*, cui titulus: *Deux Dialogues du nouveau Langage François Italianisé, ou autrement deguisé entre les Courtisans du temps*. Contendit ibi vir gente Gallus, totam ferme Gallicam Linguan efformatam fuisse ex Italica, non solum ob voces inde haustas, sed etiam ob concinnitatem phrasium, & novam pronuntiationem. Quod memoria semper est recolendum, quoties queritur, utrum voces Linguae utrius communes, sint ex una potius, quam ab altera de-

A rivanda. Praeterea memoranda mihi est Arabica Lingua, quum ex ea Itali complures voces mutuati olim fuerint. Scilicet Arabes, qui & Saraceni, uti infra in Dissertatione XLIV. de Literar. fortuna animadver-ti, Saeculo Christi VIII. Hispaniā potiti ferme universā, suo quoque addidere imperio Siciliam, & aliquot Calabriae Urbes Seculo IX. quas diu tenuere. Ii vero ob Literarum culturam eodem Seculo IX. reliquis populis, etiam Christianis, praecellere credebantur; ac praeterea Mercaturaē addicti in maritimis prae-cipue Civitatibus Christianorum fre-quentes versabantur. Quamobrem nullo negotio majores nostri ex eorum Lingua olim celeberrima multas de-sumsere voces, quae adhuc supersunt in usu. Nonnullas heic recensebo, quas docti viri, jamdiu originis Arabicae agnovere, videlicet Alchimia, Alcova, Alfieri, Almanacco, Ambra (idest Succinum, quae vox tamen Skinnero & Eccardo creditur Germanicae originis, quorum rationes erunt qui minime amplectantur, uti & Ambrosiani ex Ambra grisea appellatam fuisse.) Avania, Azzurro, Carfora, Carrassa, Carato, Caravana, Cremesi, Cre-mesino, Elifire, Fansarone, Gelsomino, Giraffa, Giubba (Germanica tamen Lingua & ipsa habet Joppe, Juppe idem significans) Giulieppo, Laccia, Lambicco, Limone, Liuto (nisi sit Germanicum), Magazzino, Maschera, Muschio, Ribebe, Ricamo (Hebraica tamen Lingua hanc vocem dedisse vi-detur) Sommacco, Tamburo, Turcimanno, Zafferano, Zagaglia, Zibetto, Zibocco. Vide & alias in Dissert. XXVI. de Militia. Fortassis etiam ex Ara-bica arcescendae sunt voces Alabar-da, Ambasciata, Barare, Capanna, Ci-fra, Raggbiare uti & Scarlatto (nisi potius

potius sit e Germanica voce), *Timbalo*, & aliae, de quibus tamen disputatione superesse potest. Originis quoque Arabicae credebatur mihi *Gabellia*; sed judicium suspendere me cogit auctoritas Leibnitii V. Cl. qui ex Teutonica Lingua vocem hanc ad nos venisse opinatur. Nefandi quoque criminis nomen inde & Itali & Galli traxere: quod Menagius minime animadvertisit, alibi quaerens, quod in Arabum vocabulario quaerendum erat. Praeterea voces alias infra indicabo, quae ex eodem fonte manasse mihi creduntur. Neque dubito, quin uti complura ex eisdem Arabicas vocabulis in Hispanica Lingua servantur, ita & aliquot perdurent in quibusdam Italicarum Urbium Dialectis, praecipue in Sicilia ac Regno Neapolitano. Immo interdum perpendebam, an fieri potuerit, ut & nos Mutinenses inde olim acciperimus *Abbagattare un mestiere*, id est artem exercere imperite, aut aliquid tristare, sive facere imperfecte præ festinatione. Vide infra ad vocem *Baggatella*. Dicimus etiam *Savazzare*, id est vinum, aquam, aliumve liquorem in vale agitare. Arabica vox *Savassa* significat *Conturbavit*, *Miscuit*. Si Praeteritum illud in nostrum Infinitivum vertis, habes *Savassare*. Nobis praeterea est *Insamararsi*, id est *Ira vehementi accendi*. Arabibus est *Zambara*, *Rubuit præ ira oculus*, *Zambaron*, *Iratus*, *Iracundus*. Praepositâ Characteristica In Septime Conjugationis, sit *Inzambara*, *Indignatione esferhuit*, vel *vehementer præ ira intumuit*. Est etiam nobis *Zangiare*, significans projicere & abjecere aliquid cum impetu. Arabica Lingua nobis exhibit *Zagiaya*, significans *Depelle-re*, *Abigere*. Fueritne hic Mutinensem istarum vocum fons, nihil ego discernam.

A - At quum primùm se mihi obtulit supra memorati Aegidii Menagii Liber de *Origin. Linguae Ital.* omnia pacato animo excepti tanquam oracula e tripode sapientiae ac eruditionis proœcta. Nimirum nulla mihi dubitatio erat, quin vir doctissimus post Octavium Ferrarium Linguae nostræ fontes summo studio perscrutatus, nihil nisi solide excogitatum protulisset. Sed sensim unam, tum alteram ejusdem sententiam sub incudem revocens, multas ex iis vitreas atque æreas sensim deprehendere coepi, ita ut jam videar mihi pronuntiare posse, magna cum circumspetione fidendum hominis judicio, dum Italicae Linguae Origines venatur. Plurima sane apud illum recte excogitata fatior; sed non pauca etiam supersunt, quae nullo rectae rationis fundamento nituntur. Porro illum duplici ratione deceptum putto. Altera est, ipsum non eâ, quæ par erat, curâ Germanicae Linguae operam dedisse, quum sibi persuasisset, ex Latio potius, aut ex Graecia, quam ex aliis exteris regionibus, derivandas esse plerasque Italici sermonis voces, quae Latinam Linguan parentem non habuere. Altera est, eum non raro finxisse sibi scalas, quas quisque ne dicam ridendas, saltem a vero absimiles deprehendet: quae ratio expiscandi Etymologias si laudanda aut toleranda foret, jam quidquid in mentem venit, aut à Latino, aut e Graeco trahere nullo negotio possemus. Exempla jam aliquot vidimus. Accipe & ista.. *Menzogna* Italicum, significans *Mendacium*, Gallis est *Mensonge*. Menagius ex ipsa Latina voce *Mendacium*, Italicam & Gallicam deducit hoc patet: *Mendacium*, *Mendaciolum*, *Mendaciolum*, *Mendacionium*, *Mendacionia*,

Mencionia, Mensogna. Ingeniosam re-vera scalam! Non a Mendacium, sed a Mentior descendit Menzogna. Hinc enim vulgus efformavit *Mentio, Mentionis, tum Mentionia*, quae in Menzogna evasit. In Glossis Graeco-Latinis, uti animadvertisit Du-Cangius, habetur *Mentio, Μύρια, idest Bugia, Mendacium.* Eadem quoque voce *Mentio*, pro *Mendacio* usus est Auctor Regulæ Magistri. Ita in Lege Alamannorum Tit. 41. de Judice, *Mentiosus* occurrit pro *Mendax*. Et apud Anastasium Bibliothecarium in Latina versione Hist. Eccles. in Leone Isauro *Mentionarius* legitur, quod idem est ac nostrum Menzognero. Et sene ante tot Secula animadvertisit A. Gellius Lib. XI. Cap. XI. multum discriminis intercedere inter *Mendacium dicere, & Mentiri.* Sed levia haec sunt. Rursus cuinam quæsio in mentem caderet, Italicum *Frasca*, significans *Frondem* cum suis foliis,

A ex Latino *Ramus* fuisse derivatum? Id tamen nos docuit Menagius, qui & prodidit gradus mutationis istius, inquiens: *Ramus, Rami, Ramiscus, Framiscus, Framisca, Fransca, Frasca.* Perperam haec fuisse ex cogitata, meraque esse somnia, Lector bene vigilans vel me tacente dignoscat. Neque felicius Ferrario successit, deducenti hanc vocem e *Viridesco, Viridasco, Vrasca, Frasca.* Et istud Etymon in somniorum regione procussum fuit. Malo ego fateri incomper-tam mihi vocis hujus originem, quam adeo inanibus ac arbitrariis Etymologiis detinere Lectorem. Id solum novi, in Charta Anni 871. occurre-re *Frascarium ad virgas faciendum*, uti & in aliis Chartis: quo nomine locus significabatur, unde colligebantur *Virgæ*. Chartam ipsam exerere juvat ex Tabulario Canonicorum Mutinen-sium, ubi autographum ad servatur.

Charta convenientiae inter Leodoinum Mutinensem Episcopum, & Ursum Vitaliani filium. Anno 871.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, imperante domino nostro Ludovvico magnus Imperator Augustus a Deo coronatus, Anno pietatis imperii ejus Deo protegente hic in Italia XXII. die Septimo de mense Augusti Indictione IV. Placuit atque convenit inter Dominus Leudoinus gratia Dei Episcopus Sancte Ecclesie Motinensis, nec non ex alia parte inter Urso filio quondam Vitaliani livero homine, ut in Dei nomine tu qui supra Urso vel tuis heredes resedere & laborare deheatis in terra vel casa seo res Sancte Ecclesiae Motinensis locis ubi dicitur Ulmita & Granariolo, quod pertinet de Curte nostra Savinia-no juris Ecclesie Motinensis, idest in

D omnes res illas & casis in integrum, quas usque nunc tu qui supra Urso per singulas & designatas peciolas, & quod tibi in anteriore libello adjunctam fuit omnia in integrum, qualiter in ipso an-teriori libello, quam vel ad tuas detenuistis manus cum finibus & lateribus, atque coherencia & adjacencia sua, cum casis, terris, vineis, campis, pratis, virgaris, stallariis, usum putei, aquis, seque moventibus, omnia & ex omnibus qualiter usque nunc ad tuas detenuistis manus, resedere & laborare de-beas tu qui supra Urso vel tuis heredes livellario & massaricio nomine ad labo-randum, colendum casas, canalibus edi-ficandum, vitis ponendum, pastenandum, pro-

propaginandum, & excolendum, fine-
sque defensandum, & super resedendum
atque inibidem edificias faciendum, &
in omnibus suprascriptis rebus & casis
meliorentur & non pejorentur usque ad-
venientibus continuo annis XXIX. isti
proximi advenientibus. Nec non & ad-
jungimus vobis in Farnieto prope Pra-
to dominica terrola cum Frascario super
se abente ad virgas faciendum jugis tres,
quod est inter adfinis ad singulis late-
ribus, da tres lateribus terrola prativa
& Frascario donico abeat in integrum.
Et exinde de ipse suprascripte res qua-
liter superius legitur, annue temporibus
redditum atque tributum persolvere de-
beat is pro unoquoque annos, idest ex
omni genere grano grosso, quod Do-
minus de ipse suprascripte res dare di-
gnatus fuerit, modio quarto, minuto
autem modio quinto, lino manna
quinta, vino medietatem, exenia ve-
ro per annos dare debeat is in Domini
Notale pullos duos, ovas decem, &
in Pasca Domini pro Frascario dare
debeat is in argento Denarios quinque,
pullos duos, ovas decem, operas ve-
ro per annos facere debeat is dies XXIV.
medietatem cum boves, & medietatem
manualis cum dominica annona. Ante-
posito terrola inter Curte & orto facien-
dum modio uno, unde non reddatis.
Et ipso suprascripto grano vel vino red-
ditum, quamque exenia & operas qua-
liter superius legitur, studere, & tri-
tutare atque evegere, facere, dare, &
cunsignare debeat is ad Curte nostra Sa-
viniano nobis cui supra Leudoino Epi-
scopo, meisque successores, quam vel ad
Missis nostris cum vestro dipendio, si-
ne omnem negleclum vel fraudem. Et
per tempore messis. simulque vindemie,
Misso Domino babere debeat is, & ei
suscepit facere, & in judicio Patroni
stare debeat is ad recta justicia facien-
dum; & si nolueritis per potestatem vo-

A bis pignorare debeamus sine publica au-
toritate. Penas vero inter nos posui-
mus, ut si exire aut minare, aut ali-
qua suppositam fecerit, fraudem aut ne-
glectum feceritis & non permanserimus
ambas partis. tam nos suprascripti,
quamque successoribus, aut hereditibus no-
stris, & probatum fuerit, tunc promittim-
us componere unus alteri, cui culpa
inventa fuerit, pena nomine in argen-
to solidis viginti, & post pena compo-
sita hos libelli conveniencie, sicut supe-
rius legitur, in sua permaneat firmata-
tem usque ad expletis XXIX. annis. Un-
de duo libelli convenientie pari timore
conscripte.

*Acto ad Curtem nostram Saviniano,
die Regni, & Indictionis suprascripte
feliciter.*

Ego Leudoinus Episcopus subscripti.
Signa ✕ ✕ ✕ manuum Illarenii, &
Ermenerii de Calegio, seo & Domini-
ci de Bazano ut supra legitur rogatos
testes.

† Scripto libello qualiter superius le-
gitur per manum Hodelberni Presbytero
& Notario Sancte Motinensis Ecclesie
complevi & dedi.

Occurrit etiam in Chartis antiquis
Chronici Vulturnensis, ac praecipue
in Charta Anni 948. Nullus praesum-
mat in praememorata Silvâ introire, aut
& lignum exinde incidere, vel frascas,
vel perticas &c. Praestat etiam igno-
rum adhuc appellare fontem vocis
Fratta, quam Vocabularii della Cru-
scia Auctores Borroncello significare,
sed fortasse non accurate satis, scri-
pserunt. Nam Borroncello nihil aliud
est, nisi praeerupit ac profundus locus,
de quo mihi infra sermo erit, quem
Fratta sit Dumetum, Vepretum. Mac-
chia quoque parum dissimili signifi-
catione nobis est Vepretum, Dumetum.
Macchione etiam usurpamus ad signi-
candum una Macchia grande. Neque
tan-

tantum in sermone Italico, sed & in antiquis Chartis *Macula* & *Macula* eodem sensu occurrit. At unde vox ista? Pochi sanno donde venga, inquit Menagius. Procul dubio ipse noverrit. Et reapse pergit ille dicere: *Viene, sicuro* (vide hominis confidentiam) da *Dumus* in questa guisa. Intenti quaelo oraculum audiamus. *Dumus*, ait ille, *Dumum*, *Duma*, *Dumachus*, *Dumaculum*, *Dumacula*, *Macula*, *Macchia*. Heus, bone Menagi: non est hoc Etymologias proferre, sed nugas meras ad mercatum adferre. Evidem non dissiteor, me heic caecutire. Quod si ariolum agere liceret, Lectori auctor esseim, ut perpendiculariter, an forte Latinum *Macula*, quod purum putum nobis est *Macchia*, per translationem ad significandum *Vepretum* adhibitum fuerit. Dumenta quippe sponte nascentia, & sparsa per prata aut arva, intuentibus apparent veluti Maculae in ore & vestibus hominum. Porro eadem vox propagata sensim sicut in agro Romano, atque in finitimis locis, ad Nemora & Sylvas integras designandas, quas *Macchie* appellant. Nullus in aliis Italiæ locis est usus vocis hujus significatione tam amplâ.

Sunt autem apud Menagium & Ferrarium non paucae ejusmodi origines vocum Italicarum, ex quibus nonnullae omnino explodendae, aliae saltem dubiae. Quare quum aliquot ex iis vacillare deprehendissem, invenia mihi suspicio est, Menagium felicem quidem in multis Etymologiarum venatorem, at nimium quandoque sibi fidentem, alibi caespitasfe. Suspicionem justam effectus comprobavit; quippe multas quidem propositas ab eo Etymologias commendandas duco; sed & in compluribus aliis ab illius judicio recedere sum

A coactus, ut infra patebit. Male autem successit homini, quanquam rara eruditione suffulto, quod in Oriente potius, quam in Septentrione & Occidente putarit, uberem Italicarum vocum esse fodinam. Profecto in perscrutanda Germanicâ Linguâ cura major illi adhibenda erat, quando Wolfgango Lazio in Lib. de Transmigr. Gent. & Vossio de Vitiis Serm. praeeuntibus agnoverat & ipse, ex Germania ad nos venisse non paucas voces, quarum catalogum apponno, non omnia tamen ab aliis atque ab ipso adnotata recensens. Sunt ergo Germanicae originis *Alabarda*, *Albergo*, *Alto* (vos militaris far *Altio*) *Araldo*, *Aringo*, *Arnese*, *Aspa*, *Aipo*, *Naspo*, *Inaspere*, *Azza* (Securis, unde & Gallicum *Hache*) *Baldo*, *Batuardo*, *Bando*, *Bara* (idest *Catalotto*), *Barone*, *Bastardo*, *Becco* (Rostrum videlicet) *Biada* (sed minime certum est) *Biadetto* (color, Gall. *Bleu*), *Birra*, *Bolzone* (*Sagitta*) *Bordo*, *Borgo*, *Bocco*, *Bottino*, *Bracco*, *Briglia*, *Bruno*, *Daga*, *Dundo*, *Elmo*, *Falbo*, *Falda*, *Fello* & *Fellone*, *Feltrino*, *Fiatco*, (alii e Graeco arcessunt) *Foderare*, *Fodero della Spada*, *Foraggio*, *Foresta*, verisimiliter & *Freccia*, *Giardino*, *Gonfalone*, *Gonna*, *Granso* (idest *Granchio Florent.*) *Grappo*, *Graspo*, *Raspo*, dal Tedesco *Traube* (de quo dubito) *Guanto*, *Guardave*, *Guattero*. (Mutinenses habent *Squattarare*, de avibus praecipue d' etum, quae se in aqua proluunt) *Guernire*, *Guerra*, *Guiderdone*, *Guindolo*, *Indarno*, *Invernire* (di un Feudo) fortasse *Lampreda*, *Menza*, *Nastro*, *Pantoffola* (Gallico *Pantoufle*), forsitan & *Predelta*, *Piffaro*, *Pisciare*, *Piva*, *Ratto* (Mediolanensis, *Tuscis Sorcio*) *Recare*, *Arrecare*, *Ricco*, *Roha*, *Rohare*, *Rocchetto*, *Roncino*, *Ruzza* pro *Equo*, *Ruba-*

Rabare, Sala, Scalco, Scherno, Scher-
nire, Scherma, Schermire, Scherzare,
Schifo (navicula), Schinco (idem
quod Siincho) Smaltire, Snello, Soga,
Spanna, Sparviere, Spido, Staffa,
Stampare, Stanga, Stecco, Standardo,
Stivale, Stocco, Stoffa, Talco, Tasca,
Trappola, Tregua, Tuffare, Valiglia,
Usbergo, Zuppa, Suppa. Sunt & alia
a doctis viris adnotata, quae uii
non tam certa praetereo. Succedunt
nunc alia mihi adnotata in examine
Originum Italicae Linguae Menagii.
Ante tamen Lectorem monendum
reor, alia multa superesse in ejus
Libris, quae censurae locum reli-
quisse videntur. Nam doctus ille
vir, sed simul confidentissimus, pro
suo arbitrio, suaeque intemperantis
Phantasiae ductu, aliarum vocum
originem nimiâ licentiâ statuit, quam
fortassis alii post me improbabunt,
verioribus fontibus indicatis. Vide
potissimum, quae is habet ad vocem
Prugnuolo, quo nomine donata est
species quaedam exigui Fungi. Ab
ipso *Fungus* suspicatur ille efforma-
tum fuisse *Prugnuolo*. Miraris? Ac-
cipe scalam a Menagio excogitatum.
Fungus, *Frungus*, *Frungi*, *Frunginus*,
Frunginulus, *Frunginalus*, *Frugnulus*,
Prugnulus, *Prugnolus*, *Prugnuolo*. Haec
vereor ne risu excipias. Tolerabilius
suspiciari potuisset, ex similitudine
Pruni exigui, Fungum istum, dum
prodit, nomen accepisse. Vide etiam,
quae is tradit ad vocem *Gartone*,
quam e *Verna* Latino, nobis
stupentibus, & reclamantibus cunctis
Etymologiae legibus, dedit. Neque
felicius heic Ferrarius, a Latino *A-*
gafo illam accersens. Gallicum, aut
Francicum serae antiquitatis vocabu-
lum ego illud puto, significans ho-
minem liberum, alicui honestâ con-
ditione famulantem. Parmae adhuc

A habetur Charta fundationis, seu do-
tationis Monasterii Sanctorialium
Sancti Alexandri, a Cunicundâ, o-
lim Bernardi Regis Italiae conjugé,
aedificati. Scripta fuit in Civitate
Parmensi Anno Christi 835. atque a
Mabillonio in Appendicem Tomi II.
Annal. Benedict. inlata. Subscribunt
Lambertus Parmensis, & Nordpertus
Regiensis, Episcopi, quorum Chro-
nologia apud Ughellum supplenda;
Adalgbisus Comes, *Haesbertus Archi-*
diaconus, *Jacob Gartio ex genere Fran-*
corum, *Herchenbertus Gartio ex genere Fran-*
corum, *Fulbertus Gartio ex genere Fran-*
corum, *Wisegerus Gartio ex genere Fran-*
corum; tum alii telles ex eodem
genere. Ergo *Gartiones* tunc honesti
nominis, ac potius nobili loco nati,
censendi sunt; neque enim Servi,
aut viles homines adhibiti fuissent
testes. Eoque minus Chartae subscri-
plissent Cunicundae olim *Reginae*, ne-
que simul cum duobus Episcopis, &
uno Comite. *Vernae servilis*, *Agas-*
nes plebeiae omnino conditionis fue-
re. Praecipue verò inditum *Gartio-*
nis, seu *Garcionis* nomen videatur Adole-
scentibus, quum haec eadem si-
gnificatio apud Gallos & Italos per-
duret. Sed ut *Pueri* appellati sunt a
Latinis, & *Ragazzi* ab Italibus, quilibet
Famuli; ita olim quoque *Gartio-*
nis nomine sensim donatos quoscum-
que *Famulos* arbitrор. Et reapse *Gart-*
zone apud nos etiam *Famulum* signi-
ficat, uti fidem faciunt exempla in
egregio Florentinorum Vocabulario
della Crusca omnibus exposita. Altero
quoque ab exemplo discas, quan-
tam sibi fiduciam tribueret Menagius
in statuendis Etymologiis, quas per
scalas quasdam, quas potius aërea ca-
stella appelles, mirâ is facilitate de-
ducebat. Octavius Ferrarius hæc scri-
psit: *Roscio di pecore Insubres appel-*
lant

lant gregem ovium. Quid ad haec Menagius? Continuo e pera sua educit originem vocis *Roscio*, inquiens *Grex*, *Gregio*, *Grosio*. *Roscio*. Mirandum Etymon hoc sane dicas. Mediolanensis *Rosce*, pronuntiatum sine E. idem est ac Mutinensis *Rozzo*, *Rozzo*, presè pronuntiatum, ut *Torzo*. *Plures uivarum racemos confitatos* (quod & Ferrarius ait) nos appellamus *un Rozzo*, Mediolanenses *un Roscio d' uva*. Ita *un Rozzo di panni lini*, *un Rozzo di fazzoletti*, &c. dicunt Mutinenses, quum multae ex his rebus conjunctae ab uno filo pendent Rotae ad instar. Proinde fortasse prodijit haec vox e *Rotium* idem significante ac *Rotulus*. Primum in *Rozzo* convertimus, quo more etiam *Birotium* corrupte mutatum a Mutinensis fuit in *Barozzo*. Alterum, nempe *Rotulus*, apud nos est *Ruzzolo*. Neapolitanis *Rotolo* significat nemum aliquarum rerum, ut *Rotolo di pane* &c. *Ruolo*, *Arvalare ex Rotulus* quoque venit; sed nos illud rectâ acceptissime videmur ex Gallico *Rôle*.

Adgredior nunc recensere, quae mihi hactenus sese obtulerunt in investigandis fontibus complurium vobum Italicae Linguae, iis videlicet, qui aut obscuri, aut ignoti mihi visi sunt; neque enim vocabula ex Latinorum penu aperte deprompta, ut neque cetera, quorum originem docti viri jampridem indicarunt, mihi repetenda heic sum arbitratus. Ce-

A terum, antequam iter instituam, velim meminerit Lector, quot periculis obnoxius sit, qui abditissimas non raro Vocabulorum origines persequitur, suumque ingenium torquet, ut oppositas tenebras acumine mentis, aut ope eruditionis exsuperet. Nam (ut ait Johannes Albertus Fabricius V. Cl. Volum. X. B. blioth. Graecae pag. 20.) quis nescit, omnibus in Linguis quantum hac in parte sibi omni aetate indulserunt ingenia; quam multa pseudetyma in Platone ipso & Varrone notant eruditii; quam facile falsa species pro vera notacione alludit & ad blanditur etiam acutissimis & peritissimis? Proinde non injuriâ opinor, Etymologiarum studium appellari quodammodo posse Artem conjectandi. Consequens propterea est, minime extendam esse ubique certam rerum notationem; sed ubi lux deest, umbrâ luminis, ut ita dicam, contentos esse nos decet. Iniquus proinde sit, qui Conjecturam, Suspicionem, Dubitationem a Sententia non distinguat; atque Etymologiam certam, aut propiorem vero nactus, praecedentes aliorum Conjecturas, dum temeritate careant, rideat, atque fugillet. Erga Menagium lenis interdum ego non videar; sed ibi duntaxat, ubi is ingenio, imaginationi, ac arbitrio suo nimium habens laxat, atque imperterritus somnia sua veluti psephismata nobis obtrudit.

CATALOGUS

COMPLURIUM VOCUM ITALICARUM,

QUARUM ORIGO INVESTIGATUR.

A



B'agliare. Latine
Perstringere oculos.
De origine vocis
hujus multa est
contentio inter
Octavium Ferrar-
num, & Aegi-
cium Menagium.

Ile ad *Alpudorare* somniato verbo; hic a *Baluca*, sive *Baluz*, significante *granulum auri*, deduxerunt *Abagliare*. Tempus non terram in ejusmodi sententiis improbandis. Num haec vox Celtica, sive Germanica vetus? Apud Britannos *Aball*, *Defectus* perdurat. Suspicio quoque suboriri posset, num ex *Arabica Lingua* ad nos proficiisci potuerit. Gollio teste, Arabum Populo *Balagia* significat *Fulfit*, *Nituit*, *Splenduit*. Ii enim, uti & Hebraei, Praeteritum indicem totius verbi primarium usurpant. Si verbo huic praeponatur *Elif*, quartae Conjugationis characteristicum, inde exsurget *Abalagia*, *Splendore* offuscavit. Itali pro, *Abalagiare*, fortasse dixerint *Abagliare*. Nobilis Vir Joseph Pec-

Tom. VI.

B

B

C

D

cius Senensis ab *Adpalliare* vocem hanc ingeniose derivat. Conjecturae huic plaudendum. Verum si, quae mea reapse sententia sit, perconteris, sincere ajo, ignotam adhuc mihi videri originem vocis hujus. Neque enim primitivum vocabulum puto *Abagliare*, sed quidem *Abbaragliare*, quo & nos Lombardi, non secus atque Tufsci, utimur. Sane *Abagliare* in Dialesto Lombardorum locum non habet. Ex *Abbaragliare* Tufsci brevitatis causâ efformasse mihi creduntur *Abagliare*. Atqui dignoscere, undenam emerserit *Abbaragliare*, arduum opus arbitror. Animadverto duntaxat analogas quasdam voces, confusionem significantes, *Bar* syllabam praferre, uti *Barlume*, *Barbottare*, *Barbugliare*, *Barbagio*. Nos Mutinenses deliquium animi improvisum, quod oculorum usum eripiat, appellamus *un Barbajone*. Apud veteres Tuscos *Bagliore* significabat subitanum & improvisum *Splendorem*, qui oculos perstringebat. Cum ista voce conferendum est *Abagliare*.

Abbandonare. Deserere; alterius arbitrio aliquid dimittere. Non hujus verbi mentionem facio, ut meliora

Ss

ra

ra policear, quām qui praecesse-runt in ejus Etymo expiscando, sed ut Eruditos excitem ad accu-ratius adhuc illius originem inqui-rendam. Du-Cangius a *Bandum*, sive *Bannum*, vocem deduxit. Ita & Menagius ait: *Da Bando, che val pubblicazione con suono di tromba da Ministro pubblico. Cosa Abbandonata è cosa data al pubblico, e della quale non si prende cura.* Verūm *Bandi*, seu *Banni* notio vereor., ut concinne exprimat vim verbi *Abbandonare*, & *Mettere*, sive *Lasciare in Abbandono*: quas phrases Lombardiae Populi in usu habent. Habent & Galli. Nam *Bannum* denotat actionem Magistratus capientis alienam rem, cu-jus etiam possessionem arripit, & curam habet. *Sensus* verò verbi *Abbandonare* respicit tantummodo possessorem rei, atque illius aetionem, deserentis aut per vim aut sponte quae possidebat aut curabat. Deinde cur A. additum cer-nimus? *Bannire*, *Bandire* satis fuisse. Contra Ferrarius censebat, i-dem fuisse *Abbandonare*, atque a *Bando discedere*, idest a *Vexillo*. Verūm (ut infra dicam) *Shandare* nos inde efformavimus, non *Abbandonare*. Praeterea Italica Lingua re-tinere minime consuevit praepositionem A. in istiusmodi casibus. Neque dicendo *Abbandonare* qui-squam significavit unquam *Vexillum* deserere. Perpende nunc accu-rate exempla vocis *Abandum* & *A-bandonum*, a Du-Cangio producta: obscura invenies, & *Bandum* ibi frustra requires. Immo fatetur ip-se, *Bandon* ut plurimum sumi pro Arbitrio. Quae omnia tenebras au-gent. Itaque novae adhuc inquisi-tioni superest locus. Eruditos au-

A

B

C

D

E

tem Germanos, qui antiquas Lin-guae suae voces & vires perspectas habent, rogatos velim, ut sedulo considerent, num fieri potuerit, ut e suo vetustissimo *Abbandeln* emerserit fortasse *Abandum* & *A-bandonum*. Verbum enim illud va-rios Contractus respicit, in qui-bus & nos nunc utimur verbo *Ab-bandonare*, significante *Dimittere rem aliquam alicui*. Tunc sane eluce-ret, cur A. indivisibile sit ab eju-smodi voce.

Abbatacciare. *Perticā poma dejicere.* Mutinensibus est etiam *Bacchio*, *Bat-acchio*, *Latine Baculus*. A Senensi-bus quoque dicitur it *Bataccio del-la Campana*: a Mutinensibus il *Batoccio*. Menagii conjecturam lau-do, trahentis *Abbatacciare* ab anti-qua voce Latina *Batuere*, e qua efformatum fuerit *Battaculum*, *Bat-tacchiare*, & *Abbatacciare*. Nam veteres dixerunt *Abbacchiare* eodem sensu ex *Bacchio*. Duntaxat addo, Arabicae Linguae esse *Bataka*, si-gnificans *Secuit*, *Amputavit*, *Perti-cā ramos vulneravit*, aut *Percus-sit*, *Poma dejecit*. Gollium & Giggaeum vide. Apud nos, aliquosque Lombardos in usu quoque est *Dar delle Patacche*, idest *Dar delle Busse*, *delle Percosse*, Graecorum ver-bum πατάσσω, *Percutio*, nescio an-huc trahendum sit. Germanica etiam Lingua habet *Patsch*, suono delle sferzate: & *Patschen*, *Dar delle sferzate*, *Percutere palma con Palma*. Videtur tamen Germanica vox & ipsa ex Latino *Batuere*, *Batero* profecta.

Abbatere; *Prosternere*. Vide Disser-tationem XXVI. de *Militia &c.*

Abborracciare. Florentini Vocabularii Au-tores putant, idem esse ac *Acciabattare*, idest *negligenter aut impe-*

imperite aliquod opus confidere. Quibus exemplis id confirmant, non video. Mihi *Abborracciare* non aliud creditur nisi *Inebriare*, a *Borraccia*, hoc est a vase vinario, quo praecipue utuntur seu abutuntur peregrini. *Va sodamente nel fidarti, e non i' abborracciare*: ita Cron. Morelli ab eisdem Auctoribus laudatum; idest, *cave ne te inebries*. Rursus Matth. Franz. Rim. burl. *Abborracciarsi senza altro bicchiere*, hoc est *Inebriari*. Ad nos vox ista processit ex Hispanico *Emborrachar*, *Inebriari*. Vide Covarruviam. Menagius illam ex *Borra* deducens, neminem, ut puto, sententiae suae subscriptentem repetiet. *Borracha* ab Hispanis appellatur amphora vinaria e corio. Ejusmodi vate utuntur adhuc, ostiatis vinum querentes Religiosi Fratres vulgo Cappuccini, aliique e Sancti Francisci familia strictioris observantiae Alumni: quod quidem nos Mutinenses, ac alii Lombardiae Populi, *Borracchia*, solemus nuncupare.

Abbozzare. Lineamenta prima cuiquam operi dare. Obscura sane vocis origo, quam neutiquam deprehendisse mihi videtur Menagius, quem a *Bzza*, nobis significante *Tumorem*, eam deduxit. Nihil enim rei est *Tumori* cum opere adumbrato. Longius etiam a scopo abiisse mihi creditur Octavius Ferrarius, qui a *Bozze* fructus putridos (nescio apud quos Populos) significante, invitâ plane Minervâ, traxit Italicum *Bizzo*, & *Abbozzare*. Hisce Scriptoribus fortasse non ego felicior. Moneo duntaxat, inquirendum superesse, an e Gallico *Esbaucher*, *Abnezzare* Italicum proderit: nam apud nos in usu e-

A

B

C

D

E

tiam est *Shazzare*, quod idem est atque Gallicum *Esbaucher*. Deinde scrutandum, num Gallica vox ista ex *Bosco*, Germanicae originis vocabulo, efformari potuerit, hoc est ab *Exboscare*, quod ex consueta scribendi ratione AV. pro O. evaserit *Esbaucher*. Prima culturae forma, terris desertis ac sylvescentibus danda, sita fuit in iis *Runcandis*, sive *Exbuscandis*. Inde manasse potuit *Esbaucher*, adhibitum primo ab Agricultura, inferente prima & crassiora lineamenta agris excolendis: deinde propagatum ad Sculpturam, Picturam, aliasque Artes, quum rudi formâ opus sibi propositum primo adumbrant. Donec propiora vero alii adferant, haec dixisse mihi licuerit.

Abbrustolare. *Suburere*. Statim heic se offert *Ustulare* Latinum, idem significans. Sed quia BR. intrusum videmus, addendum est, nihil aliud hanc vocem esse, nisi *Adperustulare*, sive *Abreustulare*. Neque a *Brace*, aut *Brutius*, descendit *Abbrustiare*, ut Menagius putat, sed aut ab *Ustulare*, aut ab *Ustum*, *Reustum*, & addito *Ab A*breustum, *Abreustiare*.

Abbruzzo. *Aprutium*, Regni Neapolitani Provincia ad Mare Superum, contermina ditione Romanae Ecclesiae. Andreas Alciatus Nomen hoc (Romanis certe ignotum) accessisse regioni putat, quia *Urbicum Picenum tamquam Romae suburbanum diceretur*, & sub dispositione Vicarii Urbis esset. Sibi quidem de hoc invento gratuletur Alciatus. Addit etiam Menagius: *Io sono coll' Alciato*. Verum hujusce Etymi sërea omnino fundamenta sunt. *Picenum Suburbicarium*

novere Romani, nunquam verò *Urbicum*. Vix autem fallatur, qui ab Urbe *Aprutio*, Seculis barbaricis notà, nomen inditum regioni fuisse opinetur, quod Caput aliquando Provinciae fuerit. Nam uti ex Civitate *Fori-Julii* nobilis Provincia nunc *Friuli* Italice appellata, nomen accepit: ita ex *Aprutinâ* Civitate subiecta ei Provincia *Aprutium*, *Abruzzo* appellari coepta est. *Aprutii*, & Episcopi ibi constituendi, mentio est in Epistol. 12. Lib. 12. Sancti Gregorii Magni Papae, ut alia omissam. Nunc idem locus fuisse creditur, atque *Interamna* veterum, *Teramo*, nostrorum temporum.

Accontarsi. *Nancisci*, *Congredi*. Vox jam antiquata. Utebantur & Galli; sed & apud eos evanuit. *Da Conto*, che vale *Intrinsico* e *Confidente*, che viene da *Cognitus*, *Adcognitus*, *Acconto Accontare*, inquit Menagius. Fallitur. Nulla est affinitas inter *Cognitus*, & *Accontarsi*. Efformatum videtur hoc verbum ex *Alcomitari*. Nunc dicimus *Accompagnarsi*. Detraeto I. evasit *Adcomtari*, ac tandem *Accontare* & *Accontarsi*. Addo apud nos *Conto* minime significare hominem *necessarium*, sive *familarem*, sed quidem rem *notam*. An a *Cognitus* descenderit ea significatione *Conto*, incertum puto.

Accorgerse. Vide infra *Scorgere*.

Accozzare, *Raccozzare*. Vide infra *Coccio*.

Accudire. *Diligentem operam dare aliui rei*. Hispanicae originis verbum est. Unde verò illi deduxerint, ignotum mihi.

Acquistare, *Acquirere*. Menagius ab *Adquæsitare* deduxit. Poterat brevius dicere, enatum fuisse Itali-

A

cum *Acquistare* a Latino *Acquirere*. Nempe ab *Acquisitum*, *Acquistum*, *Acquisto*, *Acquistare*. Sunt & alia complura verba Italicae Linguae, quae originem suam debent Participiis aut Supinis Latinorum. Exempla accipies infra. Sed & ipsi Latini ex eodem fonte derivabant interdum verba sua frequentativa.

B

Adesso. *Nunc*. Erithraeus in Indice Vergiliano, & deinde Menagius natum censuerunt adverbium hoc Italicum ex *Ad* & *Ipsum*, subintelligendo *Tempus*, aut *Momentum*. Assentiri nequeo. *Ad ipsum tempus*, vel *momentum*, nulla ex parte exprimit *Nunc*: quippe non praesenti duntaxat tempori, sed praeterito, ac futuro tribui potest. *Ad hoc ipsum tempus* necesse esset dicere, ad significandum *Nunc*. Adde, *Eso* a nobis pronuntiari *E. clauso*: & contra *Adesso*, *E. aperto*. Quare dum melior Etymologia emergat, Eruditi perpendant, num Teutonum lingua nobis dedisse potuerit adverbium istud. Est enim iis *Jetz*, *Itz*, *Itzo*, significans *Nunc*. Praemissio *Ad*, fortasse potuit inde sensim efformari *Adesso*, sive *Adess*, uti Lombardi complures pronuntiant.

D

Adizzare, *Attizzare*, *Aizzare*, *Iizzare*. *Incitare canem ad mordendum*. Ferrarius a fono vocis natam vocem scripsit. Menagio tamen id minime persuasit, qui propterea ab *A.* & *Titio Titionis* illius originem educandam censuit, aut ab *Adirritare*. Ferrarii sententia mihi verisimilior. Mutinenses pueri, quum canes alterum in alterum irritant, adhuc ajunt: *Uzz*, *Uzz*, & inde nobis *Uzzare il cane*. Pro *Uzz* Florentini dixerat *Izz*, unde exortum videatur *Attizzare* *Aizzare* &c. I-

E

ta Florentinis erat *Izza*, significans *Iram*, *Contentionem*, *Provocationem*. Attamen animadvertisendum, Germanicam Linguam habere *Hetzen*, significans *Aizzare*, quod Italice convertas in *Hizzare*: & *Anbetzen*, quod ex *An*, idest *A.* & *Hetzen* compositum est, atque ad Italicae Linguae formam conversum dat *Aizzare*. Quare videoas, aut nos ab iis accepisse hanc vocem, quae postea in *Aizzare* &c. transiit; aut utramque gentem ab eodem sono vocis suum vocabulum traxisse. Ad irritandum ignem, homines &c. translata deinde vox fuit. Fortassis etiam inde natum *Stuzzicare*. Veri quoque simile est, Gallos suum *Attifer*, & Hispanos suum *Atizar* ab Italibus (quod & illi censuere) aut ab ipsis Germaniae Populis, illuc ad dominandum profectis, didicisse. Italicum autem *Stizzare*, *Stizze* &c. num ex hoc ipso fonte, an potius (quod Menagius putavit) e *Titio* manarint, alii decernant.

Addobbare. *Ornare*, *Militiae cingulo insignire*. Vide Dissertationem LIII. de institut. Milit.

Affanno. *Angor*, *Molestia*, *Anxietas animi*. Ab *Annelare* perperam traxit hanc vocem post Ferrarium Du-Cangius. Monofinius ab *Afa* voce Hebraica, quae tamen tantummodo significat *Coquere*. Menagius ab *Afa* Italico, significante *Angorem*, e nimio aestu aut gravedine aëris partum. Sed perpendendum, num elicienda sit vox ista ex Arabum Lingua, cui est *Affa*. *Toedebit*, sicuti & *Ufan*, interiectio *Fastidientis* atque *Moeventis*. Hinc etiam prodiisse potuit Gallicum *Aban*, quod Menagius

A ex Italico *Affanno* derivavit, alii ab *Abelitus*, sed prorsus adversante Etymologiarum lege. Hispani & ipsi, qui plures Arabum voices retinent, *Afan* dicunt; atque apud eos *Fastidium* & *Moerorem* significat. Quare simul vides, originem Italicae vocis *Afa* non procul abire ab Arabica Lingua.

B *Affare*. *Negotium*. Ab *Affacere*, inquit Menagius. Sed ab ipso Italico *Fare* nata vox, quum dicetur *Aver* molto a *fare*: Aut Gallicum *Affaire* nostrum fecimus, quod ab *Affarium* Du-Cangius derivat. Vox ista significabat praedium, aut integras hominis fortunas. Et sane adhuc dicimus: *Un' uomo di basso, di alto Affare*.

C *Affatto*. *Prorsus*, *Omnino*. Latinum *Affatim* in hanc vocem immutatum videtur: penultima tamen in *Affatim* brevis huic Etymo repugnat. Praeterea *Affatim* significat *Abundanter* non vero *Prorsus*. Gallica Lingua habet *Tout à fait*, quod idem significat. Ab utro ex his fontibus petenda sit vocis origo, decernant alii. Mihi postrema veri videtur similior.

D *Affonto*. *Injuria*, *Dedecus alicui inflatum*. Gallis quoque & Britannis est *Affront*: iique fatentur, vocem ex Italia proxime praeterito Seculo illuc immigrasse. Attamen hoc sensu ne nos quidem usitatam apud Veteres reperimus. Hispanis est *Affrenta*. Illi ne a nobis, annos ab iis acceperimus, quis certos nos faciat? Inde natam vocem *Covaruvias* putat, quod vercundia ad vultum ac praecipue ad Frontem laesi ascendat. Ad veritatem fortasse proprius accedemus opinando, *injuriae* ac *probrio Nobilis & Majores* sibi duxisse, quam qui-

quiquam ignobilis ac minor eos adfondabat, idest veniva, o volevastar loro a fronte, neque cedebat. Ita habemus venire in Confronto; quum nempe aliquis coram altero fistitur, ut veritas cuiuspiam rei ex eorum congressu exquiratur.

A fusone. Abundanter. Adverbium hoc purum purum Gallicum est a *Foison*, & semel irrepit in Historiam Joannis Villanii, dum is incaute in Librum suum invehebat quidquid ferebant Ephemerides, seu le Gazzette Florentinorum, tunc in Gallia mercaturae operam dantium. Ceterum adulterina merces est, & a regionibus Italicis diu explosa. Contendit Menagius, *Foison* dictum fuisse a *Fusio*, *Fusionis*. Sed rectius antea monuerat Tassonius V. Cl. Mutinensis in Notis MStis ad Vocabularium Crucianum, *A fusone* esse corruptam vocem pro *Ad effusionem*.

Aggavignare. Manu comprehendere, Manu constringere. Florentinorum vox est, omnibus ferme Italicis reliquis, ut suspicor, ignota. A tonsillis parte videlicet colli, quas *Gavigne* Florentini appellant, suspiciati sunt Auctores Vocabularii Cruciani, vocem hanc emersisse. Fortasse quod manibus collum adversarii arripere mos esset. Menagius contra ludere mihi videtur, quum ex *Capus*, *Capulus* (nobis *Manico*) per audaces scalas suas derivare hoc verbum contendit. Sed heic ne mihi quidem aliquid tolerandum occurrit. Video tamen, Germanicae Linguae esse *Gefanger*, significans *Capere*, *Prebenzere*. Num addito *Ad* potuit inde efformari *Aggafingare*, *Aggafignare*, *Aggavignare*?

A Aggiustare. Ad justam mensuram, sive ad justum ordinem quidpiam redigere. Nemo non videt, efformatum suisce e Latino per Latino barbaros. Sed minime heic laudandi Etrusci Vocabularii Auctores, quod in censum Italicarum phrasium intulerint. *Aggiustar fede*, pro *Dar fede*, hoc est *Credere*. Merus Gallicismus ille est, foedissime corruptus, ideoque nobis omnino ejrandus. *Adjouster foy* eo sensu dicunt Galli: sed illa vox ab *Adjunctave*, hoc est ab *Ad* & *Juxta* efformata fuit, atque exhibita pro *Addere fidem*: ac proinde *Hircocervus* Italica esset illud *Aggiustar fede*. Neque enim nobis *Aggiustare* est *Addere*.

Aggradire. *Probare*, *Placeve*. Primitivum *Gradire*. A *Gratus* haec omnia efformata fuere, uti & *Avere a Grado*, atque *Gallorum*, *Agrer*, & *Gre*.

Aggrapparsi. *Atrepere*. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Agio. *Commodum*. A Latino *Otium*, si Menagio fides, vocabulum descendit. Ab *Adaptare* nostrum *Adagiare* trahit Ferrarius. Utique mirum in modum hariolum agit. Ignoram mihi originem ego fateri malo. Quod solùm constat, Gallis pariter est *Aise*, idemque apud eos significat. Utrum illi a nobis, an Itali ab illis vocem accepterint, incertum. Profectò suum *Ease* Angli e Gallia deduxissevidentur. Schiltero videtur *Ase*, *Facile*, *Celtica* vox, quod rusticis Alsatiæ adhuc ea in usu sit. Sed fortassis illi a vicinis Gallis eam accepere. Corbinellius Italicus Scriptor opinatus fuit, pro *Asiaticus* dictum fuisse *Agato*. Neque contentanda conjectura: an vera tamen

men ignoro. Certe *Agiato* opulentum hominem significat, commodisque ac deliciis affluentem, quales olim Asiaticae gentes erant, uti multorum auctoritate ostendi posset. *Asiatica* & *Asiana luxuria*, idest luxus & opulentia memoratur Sancto Augustino Lib. 3. Cap. 21. de Civitate Dei: atque haec in proverbium transit. Praecipue Tullium vide pro Quinto Ligario, & Livium Lib. 9. Decad. 4. Hujus verba sunt: *Asia amoenitatem, copiam rerum omnium, mollitatem, & regiis opibus, ditiones, quam fortiores exercitus faciebat.* Testis quoque Plinius est, ex Asia devicta Luxuriam primū inventam fuisse in Italiam. Mutinenses adhuc dicunt *Ad-asi* pro *Ad-agio*; *Asiato* pro commodo, sive facilis. Pro *Asiato*, sive *Agiato* postea Tusci dixerint *Agio*, *Agevole*, *Agiare*, *A-gaiare*, &c.

Agonia. *Anxetas*. Ad nos venit e Graeco Αγών, significantem Certamen, Molestiam, Periculum. Inde *Agonia* à morte de iis dicimus, qui animam agunt. Senenses, Mutinenses, aliqui Populi pro *Agonia* dicunt *Angonia*, quasi a Graeco Αγκών, aut a Latino *Ango*. *Angonia* quoque legitur in Carminibus Fratris Jacoboni Tudertini, & dicitur a Mediolanensibus.

Aguato, *Insidiae*. Ita explicant hanc vocem Vocabularii Florentini Auditores. Addendum erat: *Osculta Speculatio*. De ejus origine aetum est in Dissertatione XIX. de *Tributis*, quam, si lubet, consule.

Allagare. *Inundare*. Efformarunt illud Majores nostri a *Lacus*, quum nempe flumina ex aggere erumpentia, aut pluviae nimiae agros obruunt, & yeluti *Lacum efformant*.

A *Allettare*, *Alicere*, *Leniter invitare*. Non erat adnotandum Menagio hoc verbum: est enim purum putum Latinum. Neque nos quaerimus, quae apertissime e Latio habet Lingua nostra: habet autem innumera vocabula. Exempla verbī *Allettare* prostant apud Tullium, Columellam, & alios. At, inquit Menagius, *Allettare* venit a *Lacio*, *Lazi* &c. Mihi brevius dicendum videbatur, *Allettare* frequentativum esse verbum, efformatum ex *Allicio*, *Allectum*, *Allectare*, *Allettare*.

Allodiali. *Bona propria*, a Feudalibus ac Libellariis distincta. Vide Dissertationem XI. de *Allodiis*.

C *Amaccare*, *Maccare*, *Contundere*, *Confringere*, seu *aliquid durum*, sed *flexibile comprimere ita ut cedat*. Menagius insalutatam vocem dimisit. Ferrarius a *Machina* infeliciter deduxit. Videndum, an ex Arabicā Lingua sit derivanda. Haec habet *Al-makko*, *Prostigatio*, *Abolitio*, *Imminutio*, a verbo *Makka*, quod testantibus Giggeo & Gollio, significat *Diminuere*, *Perdere*, *Mancum reddere*. Certe & literarum & significationis affinitas inter ista occurrit. Hebraica quoque Lingua habet *Machà* & *Machaïà*, significans *Deletio*, *Plaga*, *Idus*, *Perclusio*.

E *Ammainare*. *Contrabere*, *Demittere velia*. E Gallica Lingua accepisse videmur hoc verbum. Ei quippe est *Amener les voiles*: & fortassis olim a Provincialibus scribebatur ac pronuntiabatur *Amainer*. Fureterius e Celtica voce *Amena* profectum putat *Amener*. Num potius ex *A.* & *Minare*, apud antiquum vulgus Latinorum usitato, & significante *Menar via*?

Am-

Ammannare. *Praeparare.* Menagium audi: *Da Manna.* Ineptissimum Etymon: *Ovvero da Mano.* Haec vera & unica verbi origo. Mutinensium Dialectus ad eam propius accedit. Dicimus enim *Ammanuare.* Hoc est *Habere ad manum,* promtum ac paratum aliquid. Itaque natum verbum ex *Ad manum,* subintelligendo *Habere.* Ita *Ammanire* dicunt Parmenses, & alii. Florentini literas nunc saepe duplicant: quod Majores nostri non tam facile faciebant.*

Ammutinarsi. *Seditionem contra dominum confitare.* Vocabularii Florentini Auctores vocem hanc minime agnoscunt. E Gallico *Mutin*, seu *Mutiner* ad nos venit. Censem autem Menagius apud Fureterium, a *Moveo* efformatum fuisse, *Motinus*, & inde *Mutin*. Sed nimis latata est significatio verbi *Moveo*, neque *Seditionis* faciem nobis exhibet. Perpendendum, an potius e Germanica Lingua nostrum, seu Gallicum *Mutin* & *Ammutinarsi* derivandum sit. Quippe Germanis est *Menten*, *Ammutinarsi*. Fortassis e *Muth* significante *Cor*, *Audaciam*. Ipsi quoque est *Muthig*, *Audax*. Aut a Septentrionalium Linguarum *Mot*, Saxonice *Mot* & *Ge-mot*, significante *Concursum*, ut opinatur Hichesius: Aut e veteri Gothicō *Moti*; eius significatio est *Contra*, *Adversum*. Addita prae-positione *Ad* inde *Ammutinare* efformari potuit.

Anca. *Latus*, idem ac *Fianco*. Italice. Vide *infra Fianco*.

Anche, *Anco*, *Ancora*. *Etiam*, *Et.* Menagiūs *Ancora* pro *Anche* ora

A dictum censuit. Reste. At unde *Anche?* Is tacens praetergreditur. Ferrarius ita enatas voces istas sibi fингit: *Hoc quoque, hocque, Anche, Ancho, Ancora.* Aut *Ad quae, Anche* &c. Menagius, neque immitid, Etymon istud hilce excipit: *E' derivazione inverisimile assai.* Castelvetrus verò noster ad Lib. 3. Bembi de Lingua Vulgari pag. 117. noviss. edition. Neapolitan. in Additamentis, quae ante inedita ego suppeditavi, opinatus est, nostrum *Anche* efformatum ex *A* & *K*, Graecae Linguae particulis, reiterationem atque unionem significantibus. Sed qui Graece norunt, vereor, ut absentiri velint. Nam ne ipsi quidem Graeci jungabant hasce particulas; neque illas in principio orationis adhibere consueverunt: & ** Poëticum additamentum fuit, a Populo minime usurpatum. Quare potius Eruditos Lectores, praecepit Germanos, rogo, ut perpendant, num fieri potuerit, ut Germanicum *Aub*, significans *Etiam*, *Quoque*, Itali convertisse potuerint in *An-be*, *An-bo*, scilicet *V.* in *N.* immutato. Haec propior esset vocis istius origo, si similis mutationis exemplum aliquod haberemus.*

B *Andare.* *Ire*, *Ambulare.* Occurrunt heic plures quam alibi digladiationes inter Etymologiarum venatores, certantibus singulis tum Italicis *Andare*, tum Gallici *Aller*, abstrusam nimis eruderare originem. Eam a Graeco *An̄au*, *Occurso*, Castelvetrus: Berteus ab *Ante eo: Gujettus ab Antruare: Mana-*

* *Ammannare*, manipulos efformare ad colligandos in fasces grandiores, quibus inde Metac, sive Strues in Campis aut in areis ericuntur. Vox Tuscis messoribus propria: Manipulos enim appellant *Manne*, & eos congerere, dicunt *Ammannare*.

nagius ab inusitato, idest a se efformato, Graecorum verbo Ανα, I talicam hanc vocem natam censem. Nulla ex hisce Etymologiis, si res accurate perpendatur, fidem facile impetrare possit. Donec certior origo indicetur, liceat & mihi meas proferre in medium conjecturas. Est Arabum Linguae non dispar verbum, scilicet *Anada*, *Recessit*, *Declinavit*, *Discessit*. Si hanc vocem ad Italorum Lingguam deflectas, habes *Andare*, ac demum *Andare*, idest *Andar-se-ne-ria*. Tantum fuit olim Italis commercium cum Arabibus, ut minime a vero abhorreat, potuisse ad nos inde transire vocabulum istud. Idque confirmare videtur ipsa Hispanorum Lingua, in quam tot Arabum vocabula penetrarunt. Nam & Hispanis est verbum *Andar*, illudque defectivum, non sequens, atque apud Italos. Accipe & alteram conjecturam. Effluxisse potuit Italicum & Hispanicum *Andare* a Latino *Adnare*, idest *nando adire* aliquem locum. Animum adverte: a navigantibus, atque ad oras maris habitantibus, ejusmodi alia verba accepimus, uti *Arrivare*, compositum ab iis, qui ad ripam appellunt. Idem significat *Approdare*, deductum a *Prora* navis, quae tellurem ad litus veniendo contingit. Eadem ratione enatum Gallicum *Aborder*. Siculi ergo & Apuli pro *Adnare*, primò dixisse potuerint *Annare*, uti adhuc loquuntur, *Andare* significantes. Reliqui verò Itali *Andare*. Ad conjecturam hanc confirmandam accedit auctoritas Cattelvetri, qui animadvertis, antiquitus ab Italis pronuntiatum suisce *Anante* & *Anare* pro *Andante*, Tom. VI.

A & *Andare*. Tibi minime arridet Etymologia ista? Alteram accipe. Habet Germanica Lingua *Wandern*, significans *Camminare*, *Viaggiare*, *Passeggiare*, hoc est idem quod *Andare*. Si abjecto W. Germanicum illud verbum Italice reddas, inde purum putum *Andaro* exurgit. Graecia quoque habet *Αναστο*, *Recedo*, cuius significatio & sonus a nostro *Andare* non abhorrent. Denique vetustis etiam temporibus *Anditus vox*, *Viam*, seu Italice *Sentiero* significans, in usu fuit. In Charta Coenobii Vulturnensis, scripta Anno Christi DCCC. pag. 355. Chronici Vulturnensis a me editi, & in altera Charta pag. 452. legitur *cum viis & aquis & Anditis suis*. Latinum *Aditus* conversum in *Anditus* videtur: ex *Anditus* efformatum fortasse fuerit *Andare*. In eodem Chronico Vulturnensi pag. 434. & 480. Chartae scriptae Anno DCCCLXXII. & DCCCLXXXV. vocem hanc praeferunt, idest: *Et liceat porcos & peculia eorum Andare & pascer infra jam dictos fines*. Paginâ 462. pro *Andare* legitur *Ambulare*, & *pascer*. Rursus in Chronico Beneventani Monasterii Tom. VIII. Ital. Sacr. in Charta Pandolfi & Landolfi Principum habes *Trasendam claudere*, idest, ut conjicio, *Transitum*. Nempe e *Transito* efformatum *Transenda*, *Trasenda*, & inde *Transandare*. Quare & ab *Anditus* emergere potuerit *Andare*. Plures conjecturas attuli. An ulla scopum attigerit, Eruditi judicabunt. Meliora interim ab iis exspecto.

E A posta. Dedita operâ, Consulto. E Latino *Apposite* deduximus. Dicimus nempe: *Una cosa fatta appunto, o a pennello, per servire a quel fine.*

fine. Latini dixissent: *Aposite ad eum finem.* Sed & nos idem exprimimus dicendo. *Una cosa fatta A posta per quel fine.* Propagata deinde vox fuit ad alia significanda per analogiam.

Apparare. Vide infra *Imparare.*

Appiattarsi: *Abcondere se, Celare se.*

Castelvetrus e Platea; Ferrarius ab *Adplicitare* frustra hoc verbum arcessunt. Vocabularii Cruscani Autatores haesitando proponunt, num ex *Adjectivo Piatto*, significante *Piano*, emersisse potuerit, perchè chi si nasconde, chinandosi s' *Appiana il più ch' egli può*. Ingeniosa est conjectura. Non tamen veram puto. Nam qui se celant, saepe etiam stant aut sedent; quoties se se inclinant, si rannicchiano, non s' *appianano*. Itaque adhuc inquirendum puto. Exempli gratia num ex *Patinis*, quas *Piati* appellamus, quum Patina superimposita alteri Patinae, absconderet edulia, & saepe hisce Patinis coopertis joci caussâ convivantes fallerentur. Est etiam nobis adverbium *di Soppiatto, Clam* significans: quod idem est atque *Sotto Piatto*. Ego heic nil certi habeo.

Appiccare. *Suspendere, Jungere simul.* Natam vocem a Latino *Affigilare* censuit Ferrarius. Negat, & merito negat Menagius; qui ab *Appingere, Appitus, Appiccare, Appiccare*, eam deinde arcessit. Sed ne illi quidem adquiescas. Nam, ut praeteream, *Appingere* (sive a *Pingo*, sive a *Pangere* compositum sit) neutiquam significazione congruere cum Italico *Appiccare*: necesse est heic effingere toti antiquitati ignotum verbum *Appiccare*. Idque etiamsi veteres usurparunt, Italica Lingua non in Ap-

piccare, sed in *Apittare*, commutasset. Triplex mihi conjectura occurrit ad hanc vocem, quae idem significat, atque *Attaccare*, de qua infra. Aut ergo *Appicare* Latinorum conversum fuit a Barbaro-Latinis in *Appiccare*. Vide in Thesauro Stephani significaciones illius verbi non discordes a nostro. Secundo a *Pice* efformatum fortasse fuit verbum *Appiccare*, ad significandum *Conjungere aliquid Pice*: quo sensu etiam veteres *Picare* dixerunt. Neque enim obstat duplex C. quum non raro Florentini literas duplicant, ubi unam Latini usurparunt, aliisque Italiae Populi adhuc usurpant.

Poi s' appiccar, come di calda cera Fossero stati.

Ita Dantes Infern. XXV. idest, tenacissime coniuncti sunt simul, adhaesit alter alteri. Hispani quoque a *Pice* efformarunt *Pegar*, quod est *Attaccare, Appiccare*. Et apud Fratrem Jacoponum Teudertinum, Dantis aequalem, habemus *Appiccare* pro *Attaccare*. *Apizzar il fuoco*, Mutinensis Dialetti, idem significat atque *Attaccare*. Potuit vox ista transferri ad alias significaciones, uti est *Suspendere*, quod & *Impiccare* dicimus. Quum enim dicimus *Appiccare, Impiccare*, subintelligimus *per la gola, pe' piedi alla forca*. Ita in Latino *Suspendere* subintelligitur aliquid. Germanis *Anpichen* est *Attaccare*; *Impiegolare, a Pech, Pice*. Atque hinc fortasse natum *Impiccio*, seu *Impiccio* Italicum, uti & Gallicum *Empecher*, non autem ab *Impedire*, ut Spelmannus sibi persuasit. Anglica quoque Lingua habet *Pitch pro Pi-*

ce,

ee, & to Pitch, Pice illinire. At & ipsi etiam dicunt *to Pitch a Tent, or Camp, pro Figere tentoria.* Fal-litur autem Menagius, quum *Impiccare a Pila, Pilus, Pili &c. eruere* nititur, quasi esset *Palo affigere.* Haec omnino absurda. Eadem origo verborum *Impiccare & Appiccare.* Tertiam conjecturam exerro. Anglicula Lingua habet *to Peg. Attaccare con chiodi, Affigere, a Peg,* quod clavum parvum significat. Anglo-Saxones *Pic* ajunt. Potuerint Aethioae gentes in Italiam invehere hanc vocem, & inde nostri Majores confidere *Appiccare & Impiccare*, uti fortasse factum de *Attaccare* quod infra animadvertam. Addere demum liceat, in Arabica Lingua reperiri aliquid affine, scilicet *Abiqua, Adhaesit, Affixus fuit*, uti Gollius & Giggeus scripserent. B. in P. & Q. in C. facile mutantur; ita ut suboriri dubitatio possit, an ex Arابum consuetudine Itali didicerint *Apquare, Appicare.* Sed quum hujus vocabuli plures apud nos sint significaciones, plures etiam origines illius esse potuerunt.

Appresso: Presso: Apud. Ferrarius, cui etiam subscriptit Menagius, hanc originem nobis exhibet: *Proxime: Proxe: Presse: Presso.* Mihi incredibilis videtur metamorphosis ista. Proinde perpendendum, an potius praepositionem hanc nos acceperimus ex Gallica Lingua, cui est *Auprés, & Prés*, idem significans. Sed unde *Auprés?* Ne ipsi quidem Eruditi Galli originem vocis haec tenus nos certo docuerunt. Meam suspicionem, qualiscumque sit, accipito. Scilicet, nunquid e *Premo* efformari potuit *Appresso, Presso?* *Premo* supinum habet *Pres-*

A

B

C

D

E

sum. Qui fugientem premit, proxime, prope instat: & quo propior fit, acrius premit. E *Pressum* efformatum fuit *Pressare*, significans *Incalzare*, scilicet *Premere*, seu *Prope urgere.* Num ergo e *Pressè* profectum *Presso, Appresso, Appressare?* Atque heic animadvertiscendum, Gallicae Linguae praeter *Aupres*, esse etiam alterius significationis praepositionem, scilicet *Aprés*, significans *Post & Postea.* At nos hoc etiam in *Appresso* convertimus. Exempla vide in Vocabulario Cruscano.

Approcciare. Appropinquare. Vocem hanc Castelvetrus noster ab *Approximare* traxerat. S' *inganna*, inquit Menagius. Tum addit, originem ejus esse ab *Appropiare*, quod usurpatum fuit Exodi III. 4. & Lucae X. 34. Menagium laudo, quod suam & ipse conjecturam proferat. Quod vero tam confidenter alteram damnet, non probo. Immo evidens mihi videtur, heic ipsum errare Menagium. Certum quippe est, Dantem, & paucos alios veteres, qui verbo *Approcciare* usi fuerunt, & quo nemmo nunc utitur, reddidisse Italice Gallicum *Approcher.* At sonus ipse literarum in hoc verbo prodit, ipsum non ex *Appropiare* descendere, sed ex *Approximare*, quod compendii gratia in *Approcher* Galli converterunt. Quod vero dubitationem omnem eliminat, Gallica ipsa Lingua *Proximum* appellat *Proche & Prochain.*

Arcigno. Fare il viso Arcigno. Torvo vultu aspicere. Tuscis tantummodo in usu est. Vocabularii Florentini Auctores opinantur dictum quasi *Arricigno da Arricciare.* E scopo deflexisse mihi creduntur. Ferrari-

T t 2 rius

rius ab *Arcu* traxit: quod *vultus veluti in arcum contrahatur*. Nemo sane assequatur, quomodo in arcum *vultus contrahatur*. Me quoque in re abstrusa audire ne te pigeat. Mutinensibus est *Arghignarsi*, idem atque Gallicum *Rechigner*. Utrumque verbum idem significat, atque *sare il viso Arcigno*. Est aliquid analogiae inter Lombardicum *Arghignarsi*, & Florentinum *Arcigno*, reliquis Italiae Populis ignotum. Fortasse Galli suum *Rechigner* a nobis accepere. Sed unde *Rechigner*? Menagius e *Rixa*, *Rixare*, *Rixinare* traxit. Tum ab *Adrixinus*, *Arxinus*, *Arxino*, Italicum *Arcigno* deduxit. Facile haec somnia videantur, quum aliud *Rixa* sit, aliud *Rechigner*. Itaque potius perpendendum est, num verbum hoc efformatum fuerit e Latinorum *Ringere*, sive *Rungi*, immutato in *Riginare*. Est autem *Ringere*. ut omnes norunt, *Os torquere*; & inde *Rictus* est, *minax habitus oris*: quae omnia vim exprimunt verbi *Rechigner*. Neque te remoretur *Riginare*, seu *Riginari* a me propositum. Nam & veteres *Natinare* a *Natare*, *Farcinare* a *Farcire*, *Lucinari* a *Lurcaria*, & similia efformarunt.

Ardire. *Audacia*: Aut *Audere* Latinum, aut Saxonicum *Hard*, idest *Cuore*, *Coraggio*, voci huic originem dedit. Ita Menagius. Ad *Audere* quod attinet, Etymologiae leges repugnant. Ab *Hard*, *Coraggio*, potius arcessenda videtur vox. Verum non *Hard*, sed *Heort* veteres Saxones *Cor* appellarunt. Germanica Lingua *Hertz* habet. Anglo-Saxonum filii Britanni *Heart* ipsi quoque *Cor* dicunt. In Lege Frisionum Tit. 22. §. 28. *Si prae-*

A *cordia*, idest *Hertamson* gladio setigerit. Haec non tam facile trahas ad verbum *Ardire*. Quare videntur, an potius a Germanico *Hart*, quod *Durum*, *Difficile*, *Forte*, *Arduum* significat, advocandum hoc esset. Vide Schilterum ad hanc vocem. *Hartire*, nos in *Ardire* facile convertimus. In antiquis Formulis sive Glossis ad Leges Langobardicas Ottonis II. Augusti, quas edidi Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 170. non semel occurrit vox *Ardire*, quum singulare certamen offertur. *Vis ei ardire?* *Volo. Vadiate pugnam.* Infra: *Vis ardire? Volo. Et tu vis te defendere? Volo. Vadiate pugnam.* Infra: *Si adversarius responderit per pugnam, interrogetur: Vis ei adardire, ut illa Charta sit falsa? Volo. Et tu vis eam defendere? Volo. Vadiate pugnam.* Guilielmus etiam, cui *Testardita* fuit cognomen, memoratur a Leone Marsicano Saeculo Christi Undecimo, idest *Testa-Ardita*. Antiquitatem vocis vides. Utra ex allatis originibus praeferrenda sit, statuere non audeo. Nam si ab *Hertz*, *Cor* eam putas ducendam, quasi veteres dicerent: *Vuoi tu mostrare il tuo coraggio colla pugna?* alii ad *Hart* respicientes, & ad *Hartem Teutonicum*, & ad *Harden Anglicum*, pariter significantia, *durum facere*, haec interpretabuntur, quasi dicerent; *Vilne ad Hard ire?* Hoc est: *Vilne arduum certamen inire?* *Vuoi tu farla da Duro col pugnare?* Ego rem in medio relinquo. Hickesius Cimbicum & Gothicum *Hard Durum*, censet per Metaphoram sonasse *Audax*, *Fortis*, & inde prognatum *Hardi Gallicum*.

Argono. Macbina ad extollenda, seu elevanda pondera. Covaruvias ab *Arco*; Ferrarius ab *Ergata* Vitruviano vocabulo; Menagius ab *Organum* vocem hanc elicere conati sunt. Nemini subscribo. Ab *Arabum* Lingua nos eam accepisse opinor. Animadvertisit enim *Giggeus* in eorum Lingua *Al-Argano* significare *Il-Conato*, *Lo Sforzo*, idest *Conatum*. Quum ergo ii nomen ipsum purum habeant, & quidem significatione affini, idem ad *Machinam* translatum credere fas est. Hispani quoque, quibus aequa ac nobis in usu est vox *Argano*, ab *Arabum* gente, late olim in Hispania dominante, didicisse illam videntur.

Aringa. *Piscis*, cui apud Latinos nomen fuisse *Halec*, seu *Halex* nonnulli arbitrantur. Ex hac ipsa voce *Halec* nostrum *Aringa* per suas saepe somniatas scalas certò prodiisse censet Menagius. Nemo credit. Nos (quod plus est) neque certò novimus, Latinorum *Halecem* fuisse *Piscem Harengum*; immo Aldrovandus, Jonstonus, & alii, id omnino dubium esse ac ignotum tradidere. Et sunt, qui *Harengum* nostrum fuisse scribant *Tbyssam*, aut *Pbyssa* Latinorum. Quare intelligas, quām aëreis fundamentis nitatur sententia Menagii. Itaque ab errandi periculo absit, qui credit, a *Septentrionalium Populorum Linguâ*, apud quos *Harengi* nascuntur & capiuntur, profectum esse *Italicum Aringa*. Eum *piscem Hering Germani*, *Herring Angli*, *Hareng Galli* appellant. Ridendus autem *Bellonius* apud *Fureterium*, dum scribit, ejusmodi *Piscibus* illud nomen inditum, à cause qu'on les *Arrange dans des*

A tponnes, quād in dolis sale conditi per ordinem collocentur.

Arredo. *Supellec*. Menagii verba accipe: *Arroy* dicono i Francesi nell' istesso sentimento: ed *Arreo* gli Spagnuoli. Credo, sia voce Tedesca, come quella di Arneſe. Nihil dubitandum, quin e Teutonico *Harnisch* nos acceperimus *Arneſe*, uti & Angli suum *Harness*, & Galli suum *Harnois*. At unde *Arredo*? Id superest inquirendum. *Arrajatus*, & *Arrayamentum* pro *Ornatus*, *Inſtructus*, *Ornamentum* occurrit apud veteres Anglicos Scriptores, ab *Arroy*, ut videtur, antiquata voce Gallorum. An autem *Arroy Gallicum*, & *Italicum Arredo* idem sint, eamdemque originem habuerint, non est mihi certum. Atque heic se mihi offert Arabicā Lingua, cui est *Aardon*, *Supellec*, *Gollio teste*, & *Aardo*, quod *Giggeo* sonat *Supellec*, & *quaelibet res praeter nummos*. Hinc autem nullus dubito, quin derivanda sit Gallica vox *Hardes*, idem significans, potius quām ex *Hare*, aut *Hard*, nihil simile significante, quod postremum *Borellus* est opinatus. Sed uti Galli suum *Hardes* ex *Arabico Aardo efformarunt*, nescio an ita & maiores nostri *Arredo* efformasse potuerint.

Arrestare. *Liberum*, aut euntem hominem retinere, capere. *Arrestarsi*. *Consistere*, sive *Retinere se*. Deceruent Eruditi, num a Latino-barbaro *Restare*, addito *Ad*, vox ista effluxerit, an a veteri Septentrionali atque Saxonico *Restan*, quod *Quiescere*, teste *Hickesio*, significabat. Notum est, & Gallis esse idem verbum, nempe *Arrestar*.

Arroſto. *Assum*: *Arroſtive*. *Torrere ad ignem*. Ne heic quidem probare possum

possum Menagii sententiam; qui Arrostire à Tōrere Latino dēducit, metamorphosi in unō Ovidio serendā. *Totum, Toſti, Toſtire; Rofſtre, Adroſtire, Arroſtire;* inquit: ouvero da Uſtum, Osto, Roſto, Roſtire, Arroſtire. Tolerabilius idem Auctōt, sed ſui oblitus, alibi Roſto appellatum opinatur, quāli Renſtum. Contra ineftiſſime Borellus a Rusticus traxit, quod uti Sol faciem ruficorum denigrat, ita ignis carnem. Verū arceſſenda eſt haec vox ē Septentrione, unde in Italiā, Britāniā, & Galliā inveſta fuit, pōſt gēnū illarū transmigratiōnē. Germanis quibusdām Roſten idem eſt, ac noſtrum Arroſtire. Angli eodem ſenſu uſurpant ro Roſt, & Roſt-meat, & Arroſto: uti & Galli Roſtir, Roſt, Roſtis. Vox primitiva Germanicae Linguae eſt Roſt, quāc Craticulam, nobis la Gradella ſonat. Ad Roſt coquere carnem; caro cocta ad Roſt, ajebant. Hinc natum Carne Arroſto, & Arroſtire. Ideſt Carne cottā nella Gradella.

Arruffare. Barbā; aut capillos perturbare. Hanc vocem a Rufare Latino deſumbit Menagius. Me conſentientem minime habebit. Pliniū ſi profert, ſcribēntem: Corice eōrum rufatur capillus; ideſt (non quidem perturbatur), ſed ſingitur capillus colore ſubtubro. Nos Lionato; aut Biondo appella- mus Latinorū Rufum & Rufatum. Subdit Menagius: Ora ubi bagna i capelli, per ſari biondi, & gli disordina. Herclē hēic dormitat Menagius. Aliud eſt Tinctura crinū; aliud horrentes aut incompositi crines. Si & flavo; aut alio colore comam tingas; eam quoque perturbes. Si quid video,

& iſtam vocem a Germanis accepimus, quorum Lingua habet Raufen, unde Zerrauffen, aliaque composita, noſtrum Arruffare ſignificantia. Inde fortasse Britanni quoque interpoſito L. ſuum to Ruffe, quod idem ſignificat, haſere. Ruyfellen: Belgae dicunt. Simili ratione ab antiquo Tauffen Germanico, quod Immergere ſignificabat, & Baptizare, prodiit Italicum Tuſfare, ut ipſe Menagius animadvertit. Videndum etiam, an ab ipſo Rauffen manafe potuerit noſtrum Baruffa, ideſt confusa contentio, & pugna hominum. Fortaffis e Confuſione Cappillorum translata vox fuit ad hominum contentiones.

C. Arſenale. Navale. Vide Diſſertationem XXVI. de Militia &c.

A. tiglio. Unguis animalium rapacium. Rede ab A. ticus hanc vocem traxit Menagius; nam ſecundūm Etymologiae leges ex Articuli prodidit Articli, Artigli. Ita e Periculum Periglio manavit. Hoc autem in eum tantummodo finem innui, ut quaerat Leſtor, an veteres Grammatici merito censuerint, ab Artus, ſcilicet Membra, efformatum fuiffe Articulus, quāli parvum membrum. Si vim vocis Artiglio pendis, patebit, ab Ariare, hoc eſt Conſtrigere, illam descendiffe, quāli ſit Artile, quia rapaces aſterae ſuis unguibus praedam Artant, ſive Stringunt. Galli ratione ſimili pro Artigli dicunt le Serres d'un Faucon, d'une Aigle. Non Arbare; ſed Ariare veteres Latini ſcripſere. Hispani dicunt las Preſas.

Ascarizza, Ascaro, Mutinenium, Bononienium, Senenium, aliorumque Populorum vox eſt, ſignificans intimum desiderium personae elicere.

licujus, quae a nobis recessit, aut a qua recessimus. Atque hinc *Inascarto*, *Inascavisti*, *Aver' Ascaro*. Angli habent *Ak*, & Saxones *Ascan*, pro quaevere, petere; sed nihil rei cum voce ista. Sunt Populi, qui voce *Ascaro* & *Scarore*, pruritum significant. Anno MDLXXIX. Medicus quidam Ferrariensis scribebat: *Avendo questa notte Sua Altezza scritto un pezzo nel letto, stando scoperto il braccio sempre, gli venne gran Scarore al detto braccio, id est vehemens pruritus. Adhibita deinde videtur etiam vox Ascaro per translationem ad significandam urentem intus. cupiditatem personae absens.* Graecis *A'xapis*, sive *Ascaris* genus vermium est, vehementem pruritum in pueris maxime, gignens. Inde fortassis Italica vox. Lucenses *Ascara* dicunt. Hac voce Florentinos carere suspicor.

Asciugare. *Siccare*, *Humorem detrahere*. Ferrarius ab *Exsiccare* traxit: & certe congruit significatio utriusque verbi. Sed qua ratione U. se se interposuerit, quod in *Asciugare* sentis, non facile intelligas. Quare Menagius hanc Etymologiam improbans, contendit, a particula *Ad* & *Exsugo* prodiisse *Asciugare*. Tum hanc sententiam oblitus, alibi *Sciugare* ab *Exjudicare* dedit. Et perperam sane, quum *Sciugare* & *Asciugare* unum idemque sint verbum. Est autem animadvertisendum, diversa verba, diversaque actiones esse Italicae Linguae *Sciugare*, & *Succiare*. Primum revera *Siccare* significant. Alterum significat *Sugere*; efformatum nempe ab *Exsugo*, e cuius Infinitivo vitiatu *Exsugiare* emersit *Succiare*. Itaque videndum, num nostrum *Sciugare* efformatum fuerit ab *Exsuccare*, significante *Suc-*

A *cum detrahere*, potius quam ab *Exsugere*. Fuit *Exsucus* Latinis. Quintilianus. Lib. 12. Cap. 10 Nunc quoque aridi, *Exsucci*, & *exsangues*. At inquies: *Exsugo* nihil aliud est nisi *Exsucco*. Negare possem; non tamen repugno; sed simul veri similius arbitror, ab *Exsugo* profectum fuisse *Succiare*; ab *Exsucco* autem *Sciugare*.

Assaggiare. *Delibare*, *Degustare*. *Experimentum capere*. Et hinc disce, quam caute fidendum sit scalis, quas non raro confingit sibi Menagius in vestigandis Italicarum vocum originibus. Si eum audimus, *Assaggiare* emanavit e particula *Ad* & nomine *Sapor*. En qua ratione *Sapor*, *Sapos*, *Sapus*, *Sapa*, *Sapagium*, *Sapagiare*, *Sapgiare*, *Sagiare*, *Adsgagiare*. Fallitur vir doctus, & potissimum dum addit, esse adhuc nobis *Assaporare*, idem significans: *il che stabilisce affatto la nostra derivazione*. Immo quum Itali e *Sapor* trazerint *Assaporare*, inde potius colligendum erat, non eos alterum omnino diversum verbum inde hausisse. Uti in Dissertatione XXVII. de Moneta ostendi, e Latinorum *Exigere* efformatum fuit *Exagium*, & inde nostrum *Saggio*, *Specimen*, *Experimentum* significans. Addito *Ad* invaluit verbum *Assaggiare*, idem atque *sare il Saggio*. Et de *vino* praesertim *Assaggiare* dicitur, quum olim familiari in usu esset delibare antea vinum ad mensas Principum & Magnatum, ut experimentum caperetur de innocentia potionis, & fides fieret non mixti veneni. Haec certa origo verbi. Est etiam Gallicae Linguae *Effayer*, idem significans. uti & *Essay*, idest *Saggio*. Menagius ex nostro *Assaggiare* natum

tum arbitratur Gallicum verbum *Essyer*. Contra Nicotius opinatus est, nostrum ex Gallico emersisse. Fureterius vero ab *Examinare Latinorum* deduxit suum *Essayer*. Nulla dubitatio superesse jam potest, quin Galli, uti & nos, ab *Exagium* & *Exagiare* pro *Exigere* derivarint *Essay* & *Essayer*; *Saggio* & *Assaggiare*.

Assempolare, *Colligere*, *Congregare*. Vide infra *Insieme*.

Affettare, *Aptare*, *Accommodare*. Non aliunde natum puto hoc verbum, quam ab *Affettare* corrupto, quo etiam verbo uritur Italica Lingua, atque eadem significatione. Sicuti animadverterunt Florentini Vocabularii Auctores, *Affettare* deducendum fuit metaphorice e *Sesta*, scilicet e *Circino* adhibito ad retam rebus mensuram adferendam. Ec sane perantiqua apud nos vox ista est. Nam in *Charta*, quam produxi supra in Dissertatione VIII. de *Comitisibus*, Anno Christi MCXL. scripta, occurrit *Bulgarellus Malaffettatus*. Agnomen istud potius quam a Siti, sumtum puto ab *Affettare*, quanquam unico T. scriptum. Alibi simile agnomen vidi mus, nempe *Maladdobato*.

Afso. *Unum*, *Unitas* in ludis alearum & taxillorum. Carolus Dati, eruditus vir inter Florentinos, originem vocis accessivit ex *Affe Latinorum*, quod pro *Uno* usurpatum *Salmasius*, *Gronovius* aliquique viri docti censuerunt. Mihi nondum dubitatio omnis hac in re sublata est. Vocis tamen hujus ob eam tantummodo caussam memini, quod Italicae genti in usu fuerit, ac adhuc esse pergit phrasis proverbialis *Lasciare in Afso*, *Restare in Afso*, idest *Abandonare*; & *Solo*? Alii pu-

A

tant natum *Adagium* ex *Affe* significante *Unum*, hoc est numerum solitarium. Conjiciunt alii, dicendum esse *Lasciare in Nasso*, alludendo ad Ariadnem, quam Theseus solam reliquit in Insula Naxo: atque in hanc opinionem concessit etiam Tassonius noster in Notis ad Petrarchae Rhythmos. Postrema haec opinio ingeniosior fortasse quam vera videatur. Neque enim barbaricis temporibus, quibus natum est proverbium, Populo nostro tanta erat eruditio, ut ex Ariadne, & Naxo illud effingeret. Praeterea communis usus etiam apud Mutinenses habet *Restare in Afso*, non vero in *Nasso*. Longius est progressus Menagius, dum inquit; *Credo affolutamente, che sia detto dal Latino Nassum in cambio di Nassa*. Hoc autem est retis genus e viminibus contextum ad capiendo pisces, uti Isidorus scripsit. Ineptum plane Etymon. Italicae Linguae adhuc in usu est *Nassa*, ac dicimus: *Restar nella Nassa*, id est retibus constringi; *Entrar nella Nassa*, &c. At aliud est e sono literarum & significatione *Restar* in *Afso*, & *Restar nella Nassa*. Primum nihil aliud significat, nisi ab omnibus derelinqui ac deserri, sed libertate minime adem. Alterum sonat *Decipi*, *Capi*, *Libertate spoliari*. Itaque redeundum est ad duas priores interpretationes, quibus mihi tertiam, qualiscumque sit, jugere liceat. *Afso* Saeculis barbaricis appellabatur ager incultus & desertus. Exempla multa congregavit Du-Cangius in Glossario. Occurrunt & in hoc ipso Opere nonnulla. Videndum ergo, num veteres forte dixerint: *Relinquere in Afso*, in *Afso*, uti nunc dicimus *Lasciar*

B

C

D

E

re in abbandono, ut significarent, *relinquere aliquem in agro deser- to solum*. Eligat Lector quod proprius vero videatur.

Astio. *Invidia*, *Odium*, *Malevolentia*. Multis verbis in hujus vocis originem inquirit Menagius, & *A-schio*, non *Astio* olim dictum putat. *A-schio* autem a *Fastidium* derivat. Gerra germanae, liceat dicere. Plautus in Poenulo Act. V. Scen. 4. vers. 80. inquit *sine asto animo*, idest sine dololo, sive malevolo animo. Dixit etiam *astis fallaciis* in Truculento, non adjectivum novum *Astus*, ut Robertus Stephanus suspicatur, sed familiare Latinae Linguae adhibens. Phrasim hanc retinuisse Jurisconsultos Romanos, Calvinus in Lexico Ju-ris docuit, & Leges qualdam ve-luti e Digestis sumtas laudat, quas pariter e Calvino descriptis Du-Cangius. Sed utrumque Pratejus decepit. Non ex Romana Jurisprudentia petita Leges illae, sed ex Langobardica: certumque est, in Langobardorum Legibus saepe occurrere *asto animo*, atque eadem significatione. Hinc *Astio* profectum opinari licet. Praeterea Britannis *to Hate* significat *odio habere*, aversum ab aliquo animum gerere. Vox fortasse nata ex antiquo Saxonico *Hatian*. *Atya* quoque ab iis appellatur *malus erga quempiam animus*: de qua voce videndus Du-Cangius. *Hafs* Germanis *Odium* est. An inter hasce voces, & Italicum *Astio* intercedat affinitas, aliis disputandum relinquam. Hispanis *Hastio* significat *Aversionem a cibo*, *Fastidium*. Potest & haec esse nativa vocis significatio, quam nos transstulerimus ad significandam *Aver-sionem animi ab hominibus*.

Tom. VI.

Attaccare. *Affigere*, *Suspendere*, *Con-jungere*. Ferrarius ab *Affigitare*, repugnante prorsus Etymologiā, deduxit. Neque felicior Menagius, qui *Adaptare* in hanc vocem con-versum fuisse contendit, hac ratio-ne: *Adaptare*, *Addattare*, *Attrac-care*. Quis credat? Latinum *Aptare* rem plane diversam ab *Attaccare* si-gnificat. Praestaret, ignotam originein fateri, quam adeò enormiter contorquere veterum Linguis. Gallis etiam est *Attacher*. Origo vocis potius videtur e Septentrio-nalibus Linguis petenda. Adhuc enim *Tack* Angli appellant parvoe clavos, quibus ad configendum aliquid utuntur. Simulque iis est *to Tack*, quod nobis *Attaccare*; & *Tacked*, quod Italisch *Attaccato*. Ad-do, considerandum esse, an fortè a Populo Arabum deducenda foret haec ipsa vox *Attaka*; praeteritura apud eos, idem est ac infinitivum *Adbaerere*, uti Gollius tradit: eodemque verbo Arabes utuntur ad significandum, quod Itali, quara dicunt: *Attaccar battaglia*. Compo-sita sunt *Staccare*, *Distaccare*, &c. Denique Ickesius ex *Ad* & *Tacan* Septentrionali voce, significante *Copere*, *Tollere*, *Auerre*, derivatum putat *Attaccare*. Sed alia nobis est hujus verbi significatio. Addit ille, *Moeso-Gothice Distacan* signifi-care *Scindere*, *Rumpere*, quod no-strum *Distaccare* sono literarum red-dit; sed adhuc significacione diver-sum videtur.

Attrizzare. Vide supra *Adizzare*.

Avello. *Locus*, ubi mortui sepeliuntur, *Sepultura*: ita vocem interpretan-tur Auctores Vocabularii *della Cru-sca*. Rectius dixissent, *Arcam Sepulcralem* vocabulo isto significari. Illius originem ita deducit Mena-

V v

gius:

gius: *Da Alvus, Alveolus, Avel-lus, Avello.* Ovvero da *Carum Ca-vellum, Chavellum, Havellum, A-velo.* Più m' aggrada la prima deri-vazione. Neutrum satisfacit, quan-quam prima origo minime a vero abhorreat. Mutinenses *l' Albio de' porci* appellant ligneum, aut mar-moreum vas, in quo sues aquam esculentam bibunt. A Latino *Al-veo*, ut opinor. In Charta plenariae securitatis Anno Christi DLXIV. scriptâ, atque editâ a Brisonio & Mabillonio, legitur *Albio, & Albido ligneo.* Attamen non aliunde *Avello* processisse puto, quam a Latino *Labrum*, cuius diminuti-vum est *Labellum*: quibus nomi-nibus donabantur vasa lapidea ad continendam aquam, oleum, alio-sque liquores. *Lavellum* posteriora Secula appellantur, familiari usu mutandi B. in V. consonans. *La-bellum*, ubi aqua benedicta adser-vatur in Templis, occurrit in Char-ta edita a Puricellio in Monumen-tis Basilicae Ambrosianae. Muti-nae adhuc nuncupamus il *Lavello*, marmoreum vas, in quo culinaria vasa purgantur. Translata vox fuit ad Arcas sepulcrales, quod & istae forent lapideae, neque dissi-milis formae: & subtracto L. pro *Lavello* pronuntiari coeptum est a Tuscis *Avello*. In Vita Sancti An-selmi Nonantulani Abbatis, scri-ptâ Seculo Christi, ut videtur, Nono, quam dedi Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. *Sanctus ille Ab-bas conditus dicitur in marmoreo Lavello.* Miracula ad intercessio-nem Sanctae Zitae Lucensis, Anno MCCLXXII. defunctae, habemus a Bollandistis edita ad diem 2. Ap-rilis. Ibi pag. 510. Chesina puel-la stans ante Corpus & *Lavellum*

A B C D E

Sanctae Virginis, effecta est sana. At Gualvaneus de la Flamma Mediolanensis Scriptor, qui Anno Chr. MCCCXXX. florebat, aliter hanc vocem exprimit. Nam Cap. 286. Chronicus Majoris MSti ait: *Cujus Corpus jussit Imperator sepeliri in Ec-clesia Sancti Ambrosii in loco &c.* Et in illo Navello fecit sculpi ima-ginem istius Comitis. Ita Auctor Chronicus MSti, cui titulus *Flos Florum*: *Et fuit sepultus in Navello Comitum Angliae.* Ubi vides *Na-vellum* dici, quod aliis est *Lavellum*, quasi Sepulcra ad instar Na-viculae forent. At germanum no-men mihi creditur *Lavellum*, a quo detracto L. initiali, exsurgit *Avello*. Ita in Chronicis Bergom. pag. 925. Tomo XVI. Rer. Itali-car. Castellus de Castello scribit, apertum fuisse unum *Lavellum* ex-i-stens in Ecclesia Sancti Andreae sub Altare magno dictae Ecclesiae; in quo *Lavello* reperta fuerunt tria Cor-pora Martyrum &c. Exemplum *Al-belli* habes in Glossario Du-Cangii. Videtur & ibi pro *Labello*. *Avantageo. Vantaggio. Melior con-ditio.* Gallicae Linguae vocem *A-vantage* puto ad nos profectam. Sunt Gallis multae voces desinen-tes in *age*, ac propterea potius nos ab iis, quam ii a nobis, ac-cepisse hanc vocem videmur. Hispani quoque ajunt *Ventaja*. Olim arbitrabar derivatum vocabulum *Avantage* ab *Avant* & *Age*, sive *Aage*, ut designaretur potior con-ditio & praerogativa Primogenitorum prae posterioribus natu. Ve-rum ab uno *Avant* verisimilius efformatum fuit vocabulum istud. Hispanis *Aventajado*, est *Praecellens*, *Aventajarse*, *Praeire* aliis. Ita *Olt-raggio* ab *Ultra* manavit; est enim *Ultra-*

Ultragium id quod Ultra limites A
excedit.

*Avvezzare. Assuefacere. Vide infra
Svizzare.*

*Avvisare, Admonere, Significare, Certi-
torem facere, &c. Ferrarius ab Ad-
vertere; Menagijs ab Avisare La-
tino (quod tamen Latio plane i-
gnatum fuit) vocabulum istud tra-
hant. Apud Germanos, non apud
Latinos, quaerenda erat vocis ori-
go. Illis nempe est *Wissen*, seu
Wisen, & *Aus-Weisen*, idest *Mon-
strare & Do-ere*. Apud alios Ger-
manos significat etiam, quod Ital-
is est *Sapere*, *Aver not.zia*. Ab
Italis conversa est vox in *Vissare*
pro contuetudine nostrae Linguae,
& addito *A*, sive *A*. efformatum
est *Avvissare, Avvisare*. Et sicuti
Germani addito *Zu*, quae est praec-
positio par Italico *A*. effecere *Zu*
Wissen, sive *Sapere ad alcuno*: ita
nostrum *Avvisare* idem significavit,
& adhuc significat. Hickelius quo-
que in Grammatica Franco Theo-
tisca nos docuit, veteres Septen-
trionales usurpasse *Wisan* pro *Mon-
strare, Instruere, Monere* quemquam,
ut *advertisat*. Ex eodem fonte ma-
narunt Gallicum *Advis & Adviser*,
& Hispanicum *Avisar*: quae voces
apud eos, uti & apud Italos, ad
varias significationes sensim sunt
detortae. Inde etiam *Divisare, Es-
sere d' Aviso*, &c. Gallice *Estre
d' Avis*. Mutinenses dicunt: *Mi-
è d' avvi/o*, idest *mib* videtur: qua-
phasi utuntur & Galli.*

B

Babbione. Stolidus, Bardus. Vox
etiam Mutinensis familiaris.
Supervacaneum fortasse non erit

B

adnotare, Latinis quoque fuisse
parum ab simile nomen. Audi Tulli-
um in Philippic. III. Tuæ con-
jugis Bambalio quidam pater, homo
nullo numero: nihil illo contemptus,
qui propter haesitantiam linguae, stu-
poremque cordis, cognomen ex contu-
melia traxerit. Si Boxhornio fides,
vox antiqua Celtica fuit *Baban*,
significans *Pupum, Puellulum*. Ea
voce Mutinenses adhuc utuntur.
ut significant hominem ineptum,
cui facile imponitur, quales Pueri
esse consueverunt. Fortassis e
Baban emersit *Babbione*. Mutinens-
ibus quoque in usu est *Baban*, ut
hominem Simplicem significant.

C

Baccello. Significant apud Florentinos
Fabarum siliquam; & ad reliquas
leguminum siliquas propagatum est.
Lombardis vox ignota. Menagijs
intrepide: *Da Bacca Latino, che
vale Coccolla*. Felix *Bacca*, quae nunc
Baccello parit, auctore Menagio;
mox autem auctore eodem pariet
& *Bagatella*. Quantum hallucina-
tus is fuerit, facile norunt Physi-
cae operam dantes. *Bacca* apud La-
tinos nihil aliud unquam signifi-
cavit, nisi fructus minores ac ro-
tundos arborum, ut sunt lauri, o-
livae, haederae, &c., quos pro-
pterea a Pomis distinguebant. Quid
ergo rei est *Baccis* cum *Siliquis Fa-
barum*, aliorumve leguminum? Cer-
tum mihi est, *Baccello* Arabicam
esse vocem. In Codice MSto Bi-
bliothecae Estensis habentur *Expo-
sitiones simplicium medicinarum Elba-
ni*, sive *Elbavi*. Ibi haec legas:
Faba Arabicæ appellatur Bakilla. Et
est quoddam granum de specie legu-
minum, & norum est. Mathaeus
quoque *Silvaticus*, qui Anno Chri-
sti MCCCCXVII. Pandectas Medi-
cinae, non semel editas, conscri-
psit,

D

E

psit, idem confirmat, inquiens: *Bacile*, *Arabice*, *Faba*. *Bachali Stepbano*. Et infra: *Bakilla est Faba*. Tandem Gollius in Lexico Arabico testis est, *Fabam* apud Arabes appellari *Bakillan* & *Bakilaon*. *Bacino*. *Pelvis*, *Labrum*. *Vas*, in quo aliquid lavatur. Ferrarius ab *Abacus* derivatione prorsus aliena hanc vocem trahit. Menagius aut a *Vas*, *Vasinum*, *Bacinum*, aut a Germanico *Back*, *Vas* significante. Etymologiam primam quisnam amplectatur? *Back* Germanicum mihi minime occurrit pro *Vase*; attamen iis est *Becken*, significans *Bacile*, seu *Bacino*. Ac propterea veri videtur simile, ex eorum Lingua ad nos migrasse vocabulum istud. Et praecipue quod Gregorius Turonensis tot ante Secula Lib. 9. Cap. 28. Histor. Franc. scripsit: *Cum duabus pateris ligneis, quas vulgo Bacchinon vocant, uti Borellus animadvertisit. Viden antiquitatem vocis in Francorum gente?* Inde Gallicum *Bassin*. Hispanis pariter est *Bacia* & *Bazin*. In Arabum quoque Lingua aliquid affine invenio. Sed quando, si non certam, saltem verisimilem habemus originem ex Germania, reliquis parcere juvat.

Baco. *Bombix*. Vide infra *Bigatto*.

Badare. *Moram facere*. Rejecit Menagius Castelvetri sententiam, putantis, a *Vadari* Latino hanc vocem fuisse profectam, atque ipse a Latino *Badare* traxit: nam in Isidori Glossis habetur *Hippitare*, *Oscitare*, *Badare*. Sed corruptum hunc locum Ferrarius contendit, & scribendum *abbalare*. Ego Arabicam vocem olim putavi. Uti Gollius nos docet, *Aabada* significat *Moratus*, *Cunctatus* fuit facere..

A

B

C

D

E

Hinc profectum arbitrabar nostrum tenere a *Bada*, stare a *Bada*, & postea efformatum *Badare*. Audi & Giggeum explicantem haec verba: *Ma Aabada afaala*, *Non moratus est facere*. Heic *Aabada* coniunctum est cum affixo. Italicum verò *Badare* pro *Animum* advertere ad rem quampiam, inde natum mihi videbatur, quod animus moram facit in alicujus rei consideratione. *Bada alla tal cosa*, idem est atque *Fermati a considerarla*; *Contine vagantem animum*, ut hoc consideres. Haec, inquam, olim mihi opinio insederat. Verùm in aliam descendit, quam vide infra ad vocem *Sbadigliare*.

Bagascia. *Inbonesta femina*. *Bagascione*. *Inbonestus puer*. Nil certi adferunt Ferrarius & Menagius. Ne ego quidem adferam. Tantummodo monere juvat, Arabum Populo *Baghizon* significare *Improbati deditum*, *Impudicum*, *Obscoenum*. Num inde efformari potuit *Bagascione*, & ex isto *Bagascia*? Itidem videntur, an ex altera voce *Arabica Birdaso*, seu *Bardason* significante *Scelerum*, *Improbum*, *Superbum hominem*, ad nos profectam fuerit *Bardassa*. Mutinenses etiam, aliique Lombardi appellant *Bardassone* puerum, aut adolescentem nequam. Hispani quoque *Bagasa* *Impudicam mulierem* dicunt, quam vocem *Coravaruvias*, aut ab Hebraico *Bagad*, *Praevericari*, *Fallere*, *Mentiri*, deducit, aut ab Arabico vocabulo *Bagaz*, significante *Dolum*.

Bagattella. *Res levis pretii ac momenti*, *Nugae*. Ex cathedra Menagius pronuntiat: *E'un diminutivo di Baccia Latino*, che vale *Perla*. Tum Salmasium laudat ejusdem opinonis auctorem in Notis ad Solinum, cuius

cujus sunt verba: *E Baccatum monile Bagatellas dicimus Nugas & Jocularia.* Latini quoque *Nugas* dixerunt res omnes muliebris mundi. Hoc mihi merum est somnium. Primo apud Latinum Populum non aliud in usu fuisse arbitror nomen, quam *Margaritae & Unionis* ad designandos pretiosos concharum foetus. Vide Plinium Lib. 9. Cap. 35. *Baccas* uni Poëtae per translatiōnem appellarunt Margaritas; ita ut a veri similitudine absit, *Baccarum* nomen a Populo conservatum fuisse, & penetrasse ad sera usque tempora. Neque *Gallicum Bague* a *Bacca* descendit, uti idem Menagijs contendebat. Secundò Nonnius ad vocem *Nugivendos* a Plauto usurpatam, scribit: *Plautus dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant.* Nam *omnia, quibus Matronae utuntur, Nugas voluit appellari.* Quod Plautus Poëta ornamenta mulierum *Nugas* appellavit, quis unquam rite inde deducat, Latinos sub *Nugarum* nomine etiam designasse Gemmas? Nemo unquam inter *Nugas* recensuit *Margaritas, Torques, Armillas, Annulos, Gemmas,* ita ut a veri similitudine abhorreat, Majores nostros, scilicet Italos (nam hinc ad Gallos *Bagatellae* nomen migravit) aut ab insueto *Bacca*, aut a Gallico *Bague*, significantibus *Unionem*, aut *Annulum, Torquem, & similia, efformasse Bagatella;* quum e communi omnium aestimatione illa semper fuerint, & adhuc sint, res pretiosae, immo contrarium *Bagatellae* significant. Tertio, cur potius *e Bacca* aut *Baccato monili* deducta fuit *Bagatella* ad significandas *Nugas*, quum tot alia essent mundi muliebris inania verè &

A

B

C

D

E

levia ornamenta, in quae *Nugarum* nomen longe aequius conveniret? At tu (jam percontantem audire mihi videor) tu quid sentis? Nihil certi adserre possum. Veniat tamen a Lectoribus ante petitā, conjecturam proferre mihi liceat. Nulla inter Linguis, olim Italis notas, offert mihi verbum, quod voci, de qua agimus, sono literarum proprius sit, quam Arabica. Illis quippe est *Bakatta*, quod Italice redditum evadit *Bacattare, Bagattare.* Ab iis accepisse Mutinenses videntur hoc verbum, quum ajunt *Bagattare & Abbagattare* rem aliquam, idest eam sine studio, ac inepte p̄ae festinatione conficere: pro quo *Acciabattare* Florentini dicunt. Dicimus etiam *Bagatta-mestiere.* Significat autem Arabicum *Bakatta*, Gollio teste, *Festinare in sermone, vel in incessu.* *Corripere, Monere verbis.* Rem *disgregare, eamdemque colligere.* Est Arabum Populo & alterum simile verbum, unico T. scriptum, idest *Bagata*, significans *Miscere, Confundere, negotium, cibum, sermonem suum.* Fieri potuit, ut olim Itali, qui ex Arabum gente dominante in Sicilia & Calabria, & ob mercaturam ac literarum studia, apud eos familiari, tot alias voces accepere, *Bagattare* quoque didicerint, eoque uterentur ad significandam *Jocularorum, Agyrtarum, & Scurrarum* artem, qui fabulis, ludis, ac rebus puerilibus, & nullius pretii, spectatores detinebant. Illos propterea *Bagattare* dixerint, eorumque ludos *Bagattellas*, diminutivo nomine efformato e *Bagattare*, nuncupare coeperint. Paullus Scordilla Ravennatis Ecclesiae Praepositus, qui circiter Annum Christi

MCCC-

MCCXCVIII. sese contulit ad scribendas quorumdam Archiepiscoporum Ravennatum Vitas, a me editas Tomi II Part. I. Rer. Italicar., dum Johannis Meliorati Archiepiscopi Nonagesimi Quinti Vitam scribit, pag. 214. haec habet: *Cujus zizaniae seminator fuit Servideus, primo Cantor hujus Ecclesiae, nunc vero Abbas Monasterii Sanctae Mariae in Cosmedim, cognome vocatus et Bagatella, propter ejus cavillationes umbratiles & pueriles, vel quod illam artem noverit Bagattandi.* Frater Jacponus Tudertinus, qui circiter Annum Christi MCCXCVIII. floruit, in Satyr. I. scriptit:

*Lassovi la fortuna fellà
Travagliar qual Bagatella.*

Nomen autem Bagattinorum inditum videtur quibusdam Venetorum denariolis, quod infimi aeris, ac pretii forent.

Baja. Irrisio. Huc atque illuc excurrit Menagius, ut originem vocis hujus abditissimam detegat. A *Verbalia*, & *Verbagium*, a *Varius* etiam suspicatur enatam. Nihil horum nobis probetur; multoque minus *Ferratii* opinio, a *Bagiana*, aut a *Badare*, aut a *Baccali olearum*, illam deducentis. Mediolanensibus utique *Bagiana* est *Faba*; atque uti alii dicunt *Piantare*, o *Ficcar Cato*, *Dar Panzane* &c. ut significent *Fabulae*, seu *Commenta propinare* alicui, ita e *Bagiana* efformatum est *Bagianata*, quibus quidem vocabulis tum Mediolanenses, tum Mutinenses, aliquique Lombardi uti solent ad significandum *ridendum* & *inconcinnum commentum*, atque *insulsum effatum*, aut *quodpiam imprun-*

A

denter ac stulte peractum opus. Verum *Baja* nunquam id exprimit. Liceat ergo & mihi meras suspicções adjungere. Num enata vox *Baja* ex imperativo verbi *Andare*, idest a *Va*? Quum quemquam inepte loquentem, aut absurdā narrantem audimus, irridendi caussā dicimus *Va*, *Va*. Pro *Vada Hispani* dicunt *Vaya*, ipsisque *Hispanis* *Baya* & *Vaya* aequē appellatur, quod nos *Baja* & *Burla* dicimus. *Vaya* *vostè* ajunt ipsi, quum quis rem fide minime dignam narrat. Neapolitani autem & Siculi pro *Va* pronuntiant *Bi*. Utī vero e *No* orta videtur *Noja* (quod infra dicam) ita e *Ba* fortassis emersest *Baja*, nisi rectâ hoc nomen ab *Hispanis* accepimus. Italicas phrases opinioni huic conformes animadverte. *Voler la Baja*: *Dar la Baja*: *Far le Baje*. Pati modo dicimus *Dare il ben venuto*. Aut etiam descendere potuit a *Bajare*, *Abbayare*, idest *Latrare*, sive *adversus aliquem strepitū*, aut *ululatu* *vocis insurgere*. In *Vocabulario Florentino* exemplum habes: *Gli detton la maggiore Bajata del Mondo*. Videlicet more canum latrantium, sed non mordentium.

D

Bajocco. Vilis aereae monetae genus, cuius nomen potissimum in usu est apud Romanos & Bononienses. A colore *Bajo* nomen hoc enatum opinatur Menagius. Difficile id mihi persuadeat, non quod olim defuerint *Turonenses* & *Parisenses* *nigri*; sed quod *Bajo* nunquam ad distinguendum colorem & speciem Nummorum adhibitum fuit, & additamentum *Occo* aliam *Bajocchi* originem indicat. Videndum potius, an *Civitas Bajoccassum*, nunc *Bayeux*, in Gallia ejusmodi insi-
mi

E

mi metalli Nummis conferre nomen potuerit. Haec enim olim appellata *Bajocae* & *Bajoca*. Hadrianum Valesium virum doctissimum habeo scribentem in Notitia Galliarum pag. 74. In quibusdam nummis *Bajocas* (hoc est nuper memorata Civitas) legitur in quarto casu, aut certe nomine indeclinabili. In Corsica quoque nummos *Bajocas* appellatos invenio apud Petrum Cyrneum in Hist. Corsic. scripta circiter Annum Chr. MCCCCXC.

Balaustri. Ita appellantur *Columellae*, sive *Columellae* suppositae epistylis, quarum series in aedibus ac templis, aut ornamenti, aut aditus praeccludendi causâ, usurpat. Saeculis barbaricis *Balineum*, sive *Balneum*, appellatum fuit *Balustrum*, *Balustrium*, *Ballastrum*, uti Du-Cangius animadvertisit. Clarissimus vir Scipio Maffejus Marchio in Dissertatione de Versibus Rhythmicis scribit: *Di grà venne alla nostra Lingua la voce Balaustri: perché intorno alle celle de' Bagni rigiravan portici con piccole Colonnette*. Illi praeiverant in ejusmodi conjectura Du-Cangius praelaudatus, ac Fureterius. Sed ubi petatur a doctissimis viris hujus Etymologiae ratio, nil aliud, reor, repontent, nisi quia similitudinem nominis inter ista sensere: quae sane ratio Etymologistam fallit, nisi simul & rerum similitudo concurrat. Hanc autem nemo mihi indicet. Erant & tot alia in Balneis, quae tamen *Balaustri* nomen inde non retulere. Erant & extra Balnea *Columellae* ejusmodi, ut puto. Ad haec peti posset, cur *Columellae* ejusmodi, *Balnea* seu *Bagni* (quod idem est, nam *Bagno* & *Bagnare* e *Balneum* & *Bal-*

A

B

C

D

E

neare venit) non fuerint potius quam *Balastrum* appellatae, quum frequentius esset in ore hominum nomen *Balneum* & *Bagno*? Proinde mihi veri videtur similius, *Balaustro* e Latinorum, sive Graecorum *Balastrum* descendisse, quod occurrit apud Plinium, Galenum, & Dioscoridem, & significavit *Florem mali Punici*. Scilicet formam ejusdem Floris referebant ejusmodi *Columellae*, ac propterea *Balaustri* appellatae fuerunt. Non ut meum vendito Etymon istud. Jamdiu illud tradidere doctissimi Auctores Vocabularii Florentini, qui sententiae suae rationes, si opus fuisset, pro sua eruditione adferre potuissent. Idem quoque Etymon Fureterius indicavit.

Balcone. A *Palus*, *Palicus*, *Palco*, *Balco*, *Balcone*, vocabulum hoc efformatum statuit Menagius. Nimirum distant *Palo* & *Balcone*, tum significatione, tum literarum striturâ. Fortassis illius origo est e Germanico *Balk*, seu *Balcken*, significante *Trabem*. Il *Balcone* Academicis della *Crusca* in Vocabulario nihil aliud est, nisi *Fenestra*. Sed vereor, ut veram vocis significationem sint assequuti. Mihi *Balcone* significat *Moenianum*. Quod verò e *Trabibus* connexis sive tabulatis conficerentur Moeniana, sive *Prophora*, hoc est *le Ringbiere*, *i Poggiuoli*, *le Loggette*, *gli Sporti*, quae extra parietes domorum prominere cernimus, appellata inquam fuere *Balconi*. Hoc fere sensu vox *Balcon* est Gallis atque Hispanis, & *Balcony* Anglis. Quae exempla e veterum Italorum libris afferruntur, eamdem interpretationem admittunt. Quod si adhuc sustinere pergas, *Fenestram* eo nomine deh-

designari, exspectabo, ut exempla clariora proferas. Itidem a *Palus* Italicum nomen *Palco* arcessebat Menagius. Sed & hoc Germanico *Balck* suam originem debet. Neque dissimulabo, Angelum a Sancto Joseph, Gazophylac. pag. V. scripsisse, vocem Arabicam & Persicam *Balachanech* significare *Fenestram clathratam*. Atque is deinde subdit: *Hanc vocem Lingua Gallica a Persis accepit, & Itali dicunt etiam Balcone.* Mihi is minime persuasit. A Romanis adhuc *Mignani* appellantur, quae Latinis fuere *Moeniana*, nobis *Ringhiere*, *Poggiali* &c. Denique lucem his dabunt Pistoriensis Urbis Statuta, quae in hoc Opere evulgabo. Ibi §. 46. decernitur: *Ut Potes tas faciat destrui omnes Balcos, cum ius- su Consulum designatos, & non de structos, aut tun: destructos, & mox refectos &c.* Certum est, *Balcos* idem heic esse atque Italicum *Balconi*. Ac proinde non *Fenestrae* eo nomine significantur, quum nulla ratio eas destruendi occurrat. Simul etiam patere potest, e Germanico *Balck* effluxisse *Balcone*. Germanicum verò *Balck*, presso pronuntiatum, nobis dedit *Palco*, *Palchetto*, idem olim apud Pistorienses significans, atque *Balcone* apud Florentinos.

Balia. *Auctoritas*, *Potes tas*. Repte Menagius a Latino *Bajulus* ani-

madvertit efformatam Italicam vocem *Balia*, *Nutrix* sive *Gerula* & *Geraria* puerorum. *Balio* quoque, sive *Bajulus*, barbaricis temporibus ex eodem fonte appellatus est *Tutor*. Libens etiam amplectior *Du-Cangii*, ipsiusque Menagii sententiam, arbitrantium ex ipso *Bajulo* descendisse Italicum *Balia*, hoc est *Auctoritas*, *Potes tas*: unde *Ballivi*, *Baylia*, aliaeque voces ejusdem virtutis. Addere tamen liceat, *Valere* barbaricis Saeculis usurpatum pro *Pesse* fuisse. Eo sensu Hispanis quoque est *Valia*, significans *Forza*, *Possanza*, *Autorita*ta. Nos *Valia* in *Balia* commutasse potuimus. Nisi mihi satis firma videretur prior Etymologia, his ego insisterem. Addo etiam, in *Charta Senensi*, quam ex Archivo Nosocomii Scalenis depromtam ad me misit amicus olim meus Hubertus Benvoglientus, atque ego dignam, quae heic edatur, centui, occurrere haec verba: *Postquam inquisiti fuerint per triginta dies per Episcopum, vel per Consules, aut per Baltores, seu Reatores jam dictae Civitatis.* En *Balitor*, vox rara, significans habentem *Baliam*, sive regimen Civitatis, idemque sonat, atque *Praetor*, sive *Potes tas*: quo nomine ac officio usae deinde sunt Civitates liberae. *Chartam ipsam accipe.*

Ugolinus Comes Rainierio Episcopo Senensi omnia sua Castella & jura a Flumine Ombrone usque ad montem Grossoli sub nonnullis conditionibus oppignorat, Anno 1151.

Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Quinquagesimo Primo, mense Maii,

EIndictione Quartadecima. Manifestus sum ego Ugolinus Comes filius Ranuci Comitis, qualiter per hanc Cartam cœp-
tum-

ventione inter nos habita dare & trahere nomine pignoris previdi tibi Rainero venerabili Episcopo Sanctae Mariae Senensis Ecclesiae, omnes terras illas & vineas & silvas & casas & Castella & Villas & Burgos, que ego habeo & teneo, vel alius per me aliquo jure vel titulo, videlicet a Flumine Ombrone usque ad Montem Grossoli, & a Flumine Merse usque ad Elsa, excepto Campriano, & ejus Curte. Quam autem terram & vineam & silvam & casas & Castella & Villas & Burgos sic denominatas, ut predixi, in te Rainerium Episcopum, nomine jam dictæ Ecclesiæ, Successoresque tuos, in integrum do & trado & concedo ad babendum, tenendum, regendum, colendum, fruendum; faciendum exinde jure proprietatis quicquid volueris tu, Successoresque tui transacto termino. Et hoc promitto ego Ugolinus Comes, una cum meis heredibus tibi Rainerio Episcopo, tuisque Successoribus, predictum pignus ab omni homine defendere. Quod si eum ab omnibus hominibus non defensaverimus, vel nos ipsi prefatum pignus vobis tollere vel contendere vel subtrahere quaesiverimus ingenio qualicumque, tunc in duplum prefatum pignus vobis restituamus, quoniam taliter nobis plauit.

Prenominatus Ugolinus Comes, qui hanc Cartam pingnoris, ut superius legitur, scribere rogavi, ante Ecclesiam Sancte Marie in presentia Senensi Episcopi.

Arnolfinus de Castellione, & Ritondo, & Ugolinus filius Benni, & Stanziolus filius Ugacionis, & Pacunellus filius Transmondi, & Ranuccinus filius Pacci, & Bursa filius Trucce, & Guido filius Arnolfini, & Martinellus filius Mairi, & Lodo, & Bernardinus de Vescona, & Judicellus de Campriano, & Rolandinus Testa, & Josep,

Tom. VI.

A & Jacop filii Ildibrandini, & Malavolta filius Filippi, & Baroncellus filius Panti, & Mariscotto filius Guidonis, & Ildebrandinus filius Martinuccini, & Ildobrandinus filius Guatzi, & Orius filius Marebiselli, & Burnetus filius Ugolini, & Rolandinus filius Benepoli, & Jordanus filius Lamandini, & Gilius filius Mardolini, & Bernardinus Arnuri, rogati sunt testes.

In tali verò tenore rogavi ego jacutus Comes Ugolinus scribi hanc Cartam, & posui tibi Rainerio Episcopo in pingnus jam dictas res, quod ego ab hac ora in perpetuo salvabo & defendam in Civitate Sene & in ejus Burgis & bona eorum, qui curs eis erunt sub fiducia eorum, ubicumque potero per me & per meos filios vel heredes, qui retinuerint & possidebunt bona mea, que sunt in Comitatu Senensi. Quando autem filii mei venerint ad legittimam etatem, faciant illud idem sacramentum, quod inferius legitur. Quod si facere noluerint, postquam inquisiti fuerint infra triginta dies per Episcopum, vel per Consules, aut per Ballitores, seu Rectores jam dictæ Civitatis, tunc proprietas predictarum rerum penitus deveniat in potestatem prefati Episcopi nomine jam dictæ Ecclesiæ, & ejus Successoribus, sine aliquo impedimentoo legis. Item tam ego jam dictus Comes Ugolinus, quam filii vel heredes mei adjuvabimus per nostros bonos homines Senensem Populum de litibus,

quas modo habet, vel in antea habebit, per bonam fidem contra omnes homines, excepto contra Imperatorem, & Marionem, deprecando & non contrariando. Et si aliquod dampnum datum fuerit, excepto de Vitalia, a me, vel a meis filiis vel heredibus, infra triginta dies emendabimus vel emendare faciemus per bonam fidem sine fraude, nisi pacto remitt-

remittatur. Et ego jam dictus Comes vel filii, vel heredes mei habitabimus in jam dicta Civitate Sena singulis annis tempore pacis vel guerre per duos menses, nisi impediti fuerimus aliquo manifesto impedimento, & post impedimentum supplebimus. Quod si hec omnia, ut supra legitur, ego vel filii, vel heredes mei non observaverimus, & firmum & ratum non tenuerimus sine fraude & malo ingenio, tunc proprietas libere deveniat in prefata Ecclesia, ut dictum est.

Hec omnia, sicut supra legitur juravit jam dictus Comes Ugolinus super Santa Evangelia, in presentia totius Senensis Populi, & Domini Suda-colli, qui tunc regebat Senensem Civitatem: juravit, dico, tenere & observare in perpetuum sine fraude & malo ingenio.

Actum est tempore Suda-colli Domino Senensi Civitatis.

Ego Guitto Tabellio Domini Imperatoris Federigi hos instrumentum, ut supra scriptum est, ut melius potui, exemplavi, & complevi, & dedi.

Balzo. *Saltus pilae.* Multa heic nobis edisserit Menagius. *Palla*, inquit, Hesychio teste in Glossis est nomen Graecum, idem significans, quod Latinum *Pila*. Sed mihi nulla certa auctoritas praebetur e Libris Hesychio tributis, quum Glossariis vetustissimis multa de suo identidem recentiores adjecerint. Pergamus tamen. E *Palla*, subdit ille, *Balla*, *Ballum*, *Balli*, *Ballarium*, *Baltium*, *Balzo*, quasi diceatur *repercussus pilae*. Quid ego sentiam, accipe. Quum & Germanicae Linguae sit *Ball* antiqua vox, idem significans atque Italicum *Palla*: fortassis e Germania, non autem e Graecia petenda hujus vocis origo. At inquit Menagius,

A

C

D

E

Latini quoque *Palla* dixere. Quis, quaeso? Godefridus Viterbiensis in fine Panthei:

Aureus ille globus, pomum vel Palla vocatur.

Verum Godefridus, homo Italus, qui circiter Annum Christi MCXC. scripsit, non Latinam, sed Italicam vocem, sive Germanicam usurpavit, ac expressit. Gretserus & Du-Cangius ajunt, Globum Italicum *Palla*, Germanis esse *Ballen*. Videant Teutonici, num potius in sua Lingua sit *Ballen*, quod Italicum est *Balla*, sive *Collo di Roba*, aut *Involto grosso di Mercatanzia*: *Ball* verò *Pila* sit. Et ad *Balzo*, quod attinet, inficias non ierim, quin ab ipsa voce Germanica *Ball*, seu Italica *Balla*, ut Lombardi loquuntur, aut *Palla*, ut Florentini, procedisse potuerit *Ballizare*, & *Balzo*. Attamen addo, verisimilius e Graeco verbo *Balzēw*, idest *Saltare* manasse Italicum *Ballizare*, *Balzare*, unde postea nomen *Balzo*; hoc enim *il Salto della Palla* significat. Ceterum ultra omnes metas excedit Menagius, quem Italicum *Balza*, *Rupem* significans, e *Ripa* mirabili ac nimio circuitu ac tortuosa arcessere conatur. Ego ignotam mihi vocis originem appellare malo, quam inanibus hisce Etymologiis distinere Lectorem. Quod nobis modò obscurum est alter aliquando fortasse illustrabit. Mutinenses etiam appellant *Balze da cavallo* pedicas equorum, unde *Imbalzare*: de cuius vocis origine vide infra *Pastoja*. Animadvertis, etiam *Cavallo Balzano* ab Italis appellari, qui talum colore albo signatum gerit. Hujus etiam vocis origo mihi incomperta.

Bam-

Bambino. Infans, Infantulus. Jamdiu Monosinius & Vocabularii Cruscani Auctores censuerunt, vocem hanc efformatam fuisse ex Graecorum verbo Βαμβάνη, significante *Lougi inarticulate*, nobis *Balbettare*. Contendit Menagius, esse illam diminutivum nominis *Bambo*, manantis ex Syriaco بَبُّ. *Babus* quoque est Arabicæ Linguae secundum Bochartum, & in Britannicam Linguam penetrasse creditur. Multa heic habet Menagius de Graecorum Βών. Sit ei sua eruditio. Mihi nedum veri similis, sed certa videtur Monosinii opinio censentis, Italicum *Bambino* descendere ex Graecorum participio Βαμβάνη, nobis *Balbettarie*, Latinis *Babuens*. Ita puellulus appellatus est *Infans*, quod minime fatur, & *Lacdens*, quia Lac fugit.

Banca, Banco, Panca, Panco. *Suhselium.* Vossio & Menagio *Abacus* Latina vox Italicae originem dedisse visa est. Dicit multum *Abacus* a *Banco* literarum ordine, fortassis & significatione. Mihi contra prefluxisse videretur vox ista e Germanico *Banck*, quod in ea Lingua antiquissimum est, uti Johannes S. hilterus animadvertisit; atque inde etiam Gallicum *Banc*, & Anglicum *Banc*; nisi me retineret Latinum *Planca*. Audi Festum: *Plancae dicebantur tabulae planae, ob quam caussam & Planci appellantur, qui supra moorum pedibus plani sunt.* Plinius quoque Lib. 8. Cap. 42. *Nec pontes (asini) transeunt, per raritatem plancarum translucenibus fluiis.* Ita scriptum ibi creditur. Ergo *L. detrecto*, facile *Planca* (nos etiam *Affe*, aut *Affa* dicimus) in *Panca* evasit, & apud alios molliori pronuntiatione *Ban-*

A

B

C

D

E

ca. Verique simile est, Germanicum quoque *Banck* inde effluxisse. Ita e Latino *Glomus*, in diminutivum converso, & *L.* præciso, Florentini deduxerunt *Gomizolo*, & Mutinenses *Gomiffello*. Vide Dissertationem XIX. de *Tributis*, ubi *Plancae* in Mercatibus expositae occurunt. Gallis adhuc est *Planche* eadem significatione, Latinae procul dubio originis. *Tavola pro Mensa* nobis etiam dicitur, quanquam *Tabula* proprie significet *Assem*, sive *Afferem*, sive *Planam*.

Banchetto. Convivium. E Germanico *Pancket* effluxit, quod idem significat. Si tamen antiqua est vox Linguae illius.

Banda. Pars dextera, sinistrave, *Latus*, &c. Portenta audi. A *Sponda* lecti Ferrarius deduxit, neque diffensit Menagius. Et *Spondam* sane Latini exteriorem partem lecti appellarunt, interiorem *Pluteum*. Sed aliud *Sponda*, aliud est *Banda*; & praeterea nimum literæ differunt. Si quid de abstrusa vocis origine conjicere licet, fortassis ex militari more ad usum, quem nunc habet, translata vox fuit. Scilicet quum quis militum ex una in alteram Turmam procedere jubebatur, tunc is dicebatur *passare all' altra Banda*: nam Turmae a *Bando*, *Vexillo* appellatae sunt *Bandæ* apud Italos, *Gallos*, & *Anglos*. *Aller de Bande en Bande*, adhuc Galli dicunt de ducibus exercitum lustrantibus. Hoc postea a nobis usurpatum videtur, quum quis ex uno loco in alterum, sive ex una in alteram partem secedit.

Baracca. Militare Tentorium. Obscura est vocis hujus origo. A *Barva* deduxit illam Ferrarius, significante *Clathrum*, sive, ut nunc dicimus

una *Sharra*. Fortassis ita militum tabernacula fuere appellata, quod ex telâ *barratâ*, hoc est variegatâ, sive *Listatâ* conficerentur. Et quid si pannus *Barracanus* inde nomen sumserit, aut tentoriis dederit? In Vita Paschalis II. Papae, a Pandulfo Pisano conscriptâ, atque a me editâ Tomo III. Rer. Italicae. pag. 356. haec leguntur: *Coelum Papilionis, in modum zonis..... rubisque a superiori ad inferius insignitum apparuit, atque iris totum ferre id comprehendit.* Haec satis ostendunt, Tentoria militum ex telâ, *Barras* variis coloris praeferente, consecta fuisse. Quod solùm animadvertisendum est, dubitationi locus superest, num tentoria e telâ appellata fuerint *Baracche*. Quippe vereor, ne hoc nomine ea donarentur, quae ex arborum ramis, foliisque, asperibus, & palis construerentur.

Baratta pro *Contentione*, & *Pugna* usurpavit Dantes. Animadvertisit Hiekesius, in Scandia & Islandia eadem voce *Barrata* significari *Proelium*, seu *Contentionem*.

Barda. *Pannus*, quo equi operiuntur in solemnî pompa, in funeribus, aliisque spectaculis. Hinc *Cavallo Bardato*, *Bardella*, &c. A *Bardus*, *Bardaicus* Latino, unde *Bardoculus*, eam vocem hausit Menagius. Sed inter *Barda* & *Bardoculus* nimium est discriben. Quamobrem addo, esse Arabicae Linguae *Bardaton*, significans id, quod ex panno aut sagmate dorso jumenti insternitur. Et *Bardaton*, *Vestis nigrae* & quadratae genus, *Arabibus usitatum* esse. Vide *Giggeum* & *Gollium*. Hanc originem etiam persuadet Hispanica Lingua, Arabicis vocibus abundans, quae habet Al-

A barda, *Albardar*, &c. èadem significatione. Notoriamente es *Arabigo*, inquit Covaruvias.

B *Bargagnare*. Verbum jamdiu obsoleturn, *Trattare*, ajunt Academicci Cruscani. *Bargagno*, *Tractatio*. Gallice *Barguigner*. Certum est, ut Du-Cangius & Menagius animadverterunt, verbum hoc descendere e Latino-barbaro vetusto *Barcaniare*, *Barganniare*. Sed unde hoc? Eumdem Du-Cangium consule. Praeter illius conjecturas, uti & Scaligeri & Sirmondi, velim Eruditi Germani perpendant, num ex *Bar* & *Gagn*, emersisse potuerit *Bargagnare*, quasi fuerit *Guadagnar* molto, o più del dovere: cui student nimis avidi atque avari mercatores. Nam revera id verbum olim significabat *Tricari*, *Tergiversari*, *Stiracchiare*, cautsâ majoris lucri captandi in contractibus. Vide infra *Guadagno*.

C *Bargello*. *Satellitum*, sive *Apparitorum dux*. Sirmondus, Spelmannus, & Menagius a barbarico *Barigildus* hanc vocem deducunt. Doctissimus olim amicus meus Hubertus Ben voglientus a *Baroncellus* trahebat. Et sane in Statutis Mutinae, & quarumdam aliarum Civitatum, il *Bargello*, appellatur *Baroncellus*; atque id munus in prima institutione sua nobilibus viris collatum fuit. Attamen nulli ex hisce sententiis acquiesco. *Barigildus* nimis antiqua vox est, ut huc trahatur, ejusque significatio aliena est a *Satellitum* duce. Seculo Christi Quartodecimo tantum, aut summum Tertiodecimo nomen *Bargello*, ejusque munus in Italia auditum est. Apud Tuscos *Bargello* & *Baroncello*, diversae significationis sunt, & utrumque nomen in usu fuit.

D Cur

Cur in ipsa muneric institutione A
Bargelli, & non *Baroncelli*, statim
 sunt appellati? At *Barisello* a Mu-
 tinensibus, ceterisque Lombardiae
 Populis Praefectus Apparitoribus
 dicitur. *Barellos* *Satellites Bononiensium*, circiter Annum Christi
 MCCCLII. commemorabat Ano-
 nymus synchronus Tom. XVI. Rer.
 Italicar. pag. 282. Hoc nomen in
 Tusciā penetrasse puto, & pro
 more Dialecti illius conversum in
Bargello. Tum Statutorum condi-
 tores Latinum verbum *Baroncellus*
 pro *Barisello*, seu *Bargello* excogita-
 tasse mihi videntur, sed nullo cer-
 te indicio, germanam hanc esse
 originem vocis *Bargello*. Quare
 adhuc animi pendo. *Barrachel* ab
 Hispanis appellatur il *Bargello*.

Barlume. Vocem hanc ita Auctores
 Vocabularii Florentini Latine red-
 dunt: *Obscurum dici, confinium lu-
 cis & umbrae*. Ego idem atque
Crepusculum puto. Et quoniam ipsi
 addidere, per illam significari quasi
vario lume, tra lume e bujo, arri-
 puit haec verba Menagius, statuit-
 que tanquam certum hoc Etymon,
 ut nimirum *Barlume* ex *Varium Lu-
 men* prodierit. Mihi adhuc de o-
 rigine vocis dubitandum videtur.
 Aliud enim est *Varium Lumen*, a-
 liud *dubium*, sive *confusum*, aut *e-
 xiguum*. Prima vox nunquam de-
 signet, quod nos per *Barlume* in-
 telligimus. Et quum Italica prorsus
 sit haec vox, ad Gallicum *Bar-
 long* frustra a Menagio: quae vox
 significat rem ex uno latere lon-
 giorem, quam ex altero. Aut ergo
 Ferrarii Etymologia est praeser-
 renda censentis, ex *Parum Luminis*
 enaram vocem *Barlume*; aut quod
 idem est, ex *Parum Lumen* deriva-
 tam opinari licet. Neque enim au-

Bdeo arcessere illam ex *Pare & Lu-
 me*, quasi appareat, non verò sit
 adhuc *Lumen*, quanquam revera
Barlume eam significationem patia-
 tur. Facile verò *P.* in *B.* mutari
 potuit, uti factum in *Bramo Ita-
 lico*, in *Bruciare*, ex Latinis *Pe-
 ramo* & *Perussare*, ac in aliis vo-
 cibus de quibus infra. Erunt etiam,
 qui ex *Barra* significante *Impedimen-
 tum*, *Obstaculum*, & *Lumen*, suspi-
 cari poterunt enatum *Barlume*. Aut
 e *Baro*, nobis significante *Inganna-
 tore*, quasi sit *Lumen non verum*.
 Sed adhuc in obscuro res mihi est.
C
Baro. Qui fraudat. *Barare* dicimus
 pro *Decipere*, praesertim in *Ludo*,
 atque in *Contractibus*. Habet ali-
 quid affine Lingua Arabica, nem-
 pe *Bara*, significans *Perdidit*, *Exi-
 tio dedit*, *Periit*, *Perditus & Corru-
 ptus fuit*. Inde *Bovuro*, *Homo per-
 ditus & nequam*. Et *Bara*, *A fide
 quispiam descivit*, uti *Giggeus ani-
 madvertit*. A *Barare* descendunt
Baratto & *Baratteria*, quae *fraudem*
 significant; uti & *Barattiere* *Frau-
 dator*, *Deceptor*. Quae nomina e-
 tiam *Galli*, *Hispani*, & *Britanni*
 usurpat. Illi-ne a nobis, an nos
 ab illis acceperimus, adhuc mihi
 incertum est. Mercatura vocabula
 sunt, & facile propterea propaga-
 ta. Ex eodem quoque fonte ma-
 nasse a nonnullis creditur *Baratto*
Permutatio, & *Barattare Permutare*:
 immo & hoc dicendum esse no-
 men primitivum arbitrantur. Ista-
 rum vocum origo adhuc in tene-
 bris conclusa est. Porro certum vi-
 detur, e *Baro Deceptor*, efformatum
 apud nos fuisse *Barone*, quum hoc
 nomine improbum quempiam &
 nebulonem designare volumus, si-
 gnificatur ea voce *un gran Baro*.
D
Barracano. Panni species. Nescio,
E
 cur

cur Menagius Julium Scaligerum nobis scribentem exhibeat, apud Turcas e molliore villo hircorum *pretiosos contexi pannos*, quos *Zaracan* vocant. Longe distare Zaracan a *Barracano* nemo non sentit. Veri mihi videtur simile (visum est ante & Du-Cangio) a *Barris variis coloris* (nunc *Liste*, *Strijcie*) olim inditum fuisse nomen ejusmodi pannis. *Dilcolor Barracanus* memoratur Sancto Bernardo de Vita & Moribus Religios. Cap. 9. Aut *Arabicae originis est vox*: habent enim & Arabes *Baracan*. Vide *Gollum* & *Giggeum*.

Basso. *Humilis*, *Depressus*. Gallis quoque est *Bas*, & ab eis Angli accipere *Bale*, translate significans *Vilis*. Inepte Nicotius e *Basis Latino*, sive Graeco deduxit. Menagius & Fureterius a *Bassus Latino* derivarunt. Sed ne isti quidem scopum attigere, quum Barbaro-Latinis, Isidoro teste, *Bassus* significari *Hominem Crassum*, *Pinguem*, *Obesum*. Papias, & Johannes de Janua, quibus *Bassus* est etiam *Curtus*, *Humilis*, *Non Altus*, recentes Scriptores sunt, iique Italiam vocem Latine expresserunt. Suspicio ego enatam vocem ex *Arabica Lingua*, quae uti fidem faciunt *Giggeus* & *Gollius*, habet *Baassa*, *Prostravit*, *Humi stravit*. Inde *Baassato*, *Illum imprudenter Prostravit*. Si *Arabicum* verbum Italice reddis, habes *Bissare*, & addito *A*, *Abbaſſare*, *Proſtrare*, *Dicere*, uti & *Basso*, *Abbaſſato*, *Proſtratus*, *Dejetus*. Aut dicenda est vox Celtica: occurrit enim eo sensu *Bas* in Glossario Celto-Bioxhornii, & in Cimbrico Daviesii. Vide & Schilterum ad vocem *Baz*.

A *Basta*. *Sufficit*, *Satis est*. Multum heic hariolantur Ferrarius & Menagius. Hic a *Vaco*, aut *Covaruvia* praeunte, a *Bene Stat*: ille a gerulorum vacabulo *Basta*, originem vocis trahunt. Attamen considerandum adhuc est, an forte vox ista ab Orientalibus Populis ad nos venisse potuerit, & inde sensim efformatum fuerit verbum *Bistare*. Persicae profecto Linguae, uti Angelus a Sancto Joseph testatur in *Gazophylacio Persico* est *Bas*, *Sufficientia*, & *Bas-asta*, *Sufficit*. Multum commercii, post receptam Seculo Christi Undecima Hierosolymam, Italicae genti fuit cum Persis. Hispanica quoque Lingua habet *Bista* pro *Sufficit*, uti & *Abastar* pto *Satis esse*. Neque omittendum, Hispanos ipsos etiam dicere *Abasto* pro *Abundantia*, & *Abastecido*, quod nos dicimus Italice *Ben fornito*, *Ben provveduto*. Contensum aliquem inter has voces sentire mihi videor.

B *Bastia*. *Arcis*, seu *Munitionis* genus. Vide *Dissertationem XXVI. de Militia*.

C *Battello*. *Navicula*. Certum puto, vocem hanc ad nos venisse ex Franco-Theotisco *Bat*, idem significante. E *Bat* efformavimus *Battello* diminutivum. Invenias etiam *Batti* naves apud Joannem Villaniūm. Et inde fluxit Gallicum *Bateau*, & Anglorum *Boat*, sive *Bot*. A *Bustum* significante *Baculum* aut *Perticam* apud Latinos, sive apud Graecos suspicatus est Menagius derivatum fuisse *Battello*. Sed illi nemo subscriptat.

D *Bava*. *Saliva*, ex ore praesertim infantium prodiens. Est & Gallicae Linguae *Bave* eadem significatione. Hispanis vero *Baba*, *Bavear*, *Bavosa*

voso &c. Forse dall' inusitato *Babus*, significante *Bambino*, sendo per lo più bavosi i *Bambini*, inquit Menagius. Sed fortasse *Babus* nunquam novere Itali pro *Bambino*. *Babbo* potius *Patrem* appellant pueri *Tusci*. Quod certum puto, non tam propria infantium est *Bava*, ut ab eorum nomine sit deducenda. Et risu dignus fuisse olim, qui salivam puerorum ideo *Babam* aut *Bavam* appellasset, quia illi *Babi* vocitarentur: uti nunc foret, qui *Bambina* ipsam nuncuparet a vocabulo *Bambino*. Itaque Eruditi considerent, an fieri potuerit, ut ex *Arabica Lingua Majores nostri acceperint vocem Bava*. Est enim *Arabum Populo Lababa*, significans, *Gollio teste, Salivam ex ore emittere, sicut infans*. Num ergo inde prodiit *la Bava* *Italicorum*? Et sane, uti Covaruvias animadvertis, *los Arabigos dizen, que Bava es propria voz sua*. Mutinenses per similitudinem dicunt *Bava* filamenta exteriora in folliculis *Bombycum*; & *Bavella* D appellant filamenta eadem a carminatoribus ad nendi usum concinnata.

Becco. Rostrum avium. In Dissertatione XXXIII. de Orig. *Vocum attuli Suetonii locum pervulgatum*, de Antonio Tolosae nato, cui *Cognomen in pueritia Becco fuerat*. Id valet *Gallinacei rostrum*. Proinde rete Menagius & alii Celticam vocem *Becco* appellarunt. Galli *Bec*, & *Beccuer* adhuc dicunt. Angli *to Peck, Beccare: Pecken Belgae: Picken* aut *Picken Germani: Hispani Pico*, quibus haec vox eadem est ac nobis *Becco*. Vocabulum illud frustra ab Hebraica Lingua profectum censuit Covaruvias. *Celtis*

B

C

D

E

debemus. A Latinis quoque avis *Picus* appellata, quae *Rostro* arbores perforat. Atque hinc ortum habuisse etiam videtur *Italicum Piccante*, de *Vino*, aliisque liquoribus aut dapibus dictum, quoties palatum aliquantis per pungunt. A *Pix Picis Ferrarius* immerito hanc vocem traxit. A *Picare*, somniato verbo Latino, idest *Pungere*, Menagius deduxit. Sed verisimilius est, a Germanico *Picken* descendisse. De *Vino* tantisper palatum pungente Mutinenses mei solent dicere: *Vino che dà di Becco alle stelle*. A *Pico*, idest *Becco*, efformatum fuit *Picar Hispanicum*, idem cum *Peck, Picken &c.* Et per translationem ad alia significanda adhiberi vox coepit, quum nempe aliquid more *Rostri* avium pungit. Inde etiam *Piquer Gallicum*, quod Turnebus a *Spicare*, alii ab *Apiculare* natum censerunt. *Beffare. Irridere. Beffa. Irrisio.* Expatiatur heic Menagius post *Salmasium, Vossium, & alios*, ut a *Bucca, Buffa, Buffari, Beffare* enatum nobis persuadeat. Mihi facile non persuadebunt. *Buffa* quidem pro *Beffa* usurpatum: verum a *Buffa Beffa* ortum habuisse, literarum diversitas negare videtur. Accipiant Leuctores, ut ut velint, conjecturam meam, quam quando meliora nequeo, proferre religioni mihi non ducam. Num ergo a *Bene Facit*, aut *Bene Factum*, aut *Bene Fecit* decurtato in *Be-Fa*, subsannando & Ironice pronuntiato, *Beffe, Beffa, & Beffare* prodiit? Lingua Italica contrahere *Bene* confluavit. *Bembé* pro *Bene Bene* eadem ratione Ironice adhuc pronuntiatur. *Ombé* etiam dicunt *Florentini* pro *Or Bene*, & *Me'* pro

Me-

Meglio; & *Pro*, idest *utilitas*, efformatum fuit, ut e *Prodest* aut *Profit*. *Vetustissima* autem est haec phrasis. In *Evangelio Marci Cap. 7. vers. 37.* *Admirabantur*, dicentes: *Bene omnia fecit*. Ibi serid & veritatis gratia loquebantur. Potuere posteri ad *Ironiam* transferre ejusmodi formulam dicendi, *Besa* quoque *Hispanis* est: fortassis a nobis. Vide infra *Oibd.* *Italicum* autem *Buffa* aut a *Buffone* emersit, aut illi originem dedit. Unde vero *Buffone* & *Buffa*, multi quaeſierunt. Sed fortassis adhuc illius incerta est origo.

Belletto. *Fucus*, seu *Color Puniceus*, quo se inficiunt seminae, ut formosae appareant. *Menagius* quaeſens, unde profecta fuerit vox *Belletta*; qua significatur *la posatura*, ob ea t' *acqua torbida*, hanc originem imperterrite nobis offert. *Viene da Limus* indubitata mente. Quei id factum? *Limus*, *Limellus*, *Limmellettus*, *Mellettus*, *Bellellus*, *Belletta*. Ego contra somnia haec esse sine haſitatione pronuntio. Addit: *A Belletta Imbellettare*. *Lo diciamo del lificarsi delle femine*. En alterum somnum: nimis quippe diuersa significantur a *Belletta* & *Bellello*. Nihil mihi succurrit, unde *Belletta* fluxisse potuerit. Verum quod est ad *Bellello* *fucus*, suspicari liceat enatum ex *Bello*. Nempe aut *Color Bellulus*, *Colore Bellello* dictus est puniceus ille seu purpureus, quo fucantur seminae; aut ita appellatus, quia inservit a far *Bello* il volto. Inde *Imbellettare*, *Fuco vultum inficere*.

Benda. *Vitta*, *Fascia*, *Taenia*. E Persico *Band*, significante *Fasciam*, *Salmasius* traxit *Graecum* & *Latinum Bandum*: atque ex hoc ipso

A

B

C

D

E

fonte *Menagius* deducit *Benda* *Italicum*, quod unum esse censem cum *Banda* voce itidem *Italica*, significante *Fasciolam*. Non improbo *Erymon*. Attamen tutius puto, praeeunte *Du-Cangio*, arcessere *Benda* e *Germanorum Lingua*, apud quos primitiva & antiquissima vox est *Binde*, significans *Fasciam*. *Bintan* pro *Vincire* occurrit apud antiquissimum *Germanicae Linguae Scriptorem* *Orfridum*. *Mutinense* vulgus adhuc *Binda* dicit; ac *Binda* in *Benda* evalit a pronuntiantibus *In Gallorum more*, hoc est *Ein*. Praeterea *Teutones* habent *Binden*, significans *Religare* aliquid. Hinc nobis *Bendare* gli o:chi, idest *Fascia* illigata sum oculorum alicui eripere. Ex *Binda* seu *Benda*, diminutivum *Bindello* efformarunt *Mutinenses* aliquique *Lombardi*, ad significandam parvulam vittam seu fasciolam feraciam, laneam, lineamve quorumlibet colorum. Ceterum in *Vita Beatae Humiliana* de *Cerch s Florentinae*, Anno *MCCXLVI*. defunctae, apud *Bollandistas* ad diem *IX. Maji*. piissima illa mulier dicitur distribuisse pauperibus *Bindas omnes*: quae vox ibidem repetitur alibi, ut videoas, *Florentinos* quoque olim *Binda* pronuntiasse.

Bericoccolo. *Prunum*, seu *Malum Armeniacum*. *Menagius* a *Latino* *Praecopum* (rectius tamen dixisset *Praecoccia*) hanc vocem derivat. At mecum animadvertas velim, *Graecos* medii aevi usurpare vocabulum *Bepixoxes*, idest *Bericoccum*, ut multis exemplis ostendit *Du-Cangius* in *Glossario Graec.* *Arabes* quoque *Bar'ekon* dixerunt, testibus *Gollio* & *Giggeo*. *Mutinenses* utrumque nomen retinent corrumptum,

ptum, scilicet *Baricocco*, & *Moniaca* ab *Armeniacum*. Senenses quoque *Barcoche* & *Moniacbe* dicunt. Florentini longius discessere, hunc fructum nunc *Meliache* nuncupantes.

Berlina. Graecis κύρω, Latinis *Nummella*. Collare, seu instrumentum, quo cincti rei ad plebis risum exponebantur. Nemo subscribat Menagio derivanti hanc vocem ab ipso *Numella* per gradationem istam. *Numellina*, *Mellina*, *Merlina*, *Brlina*. Quod mirere, subdit ille: *E' derivazione indubitata*. Si hoc licet, undecumque velimus, nostras voces derivabimus. Ferrarius vocabulum *Verrone*, idest *Podiolum*, *Moenianum* exponens, auctor est, appellari *la Vera del Pozzo*, quae a Mutinensibus *la Delta del Pozzo* nuncupatur, quia puteorum septum supra terram ad imitationem Delta Graeci olim efformabatur. Itaque ait Ferrarius, a *Vera*, *Verula*, *Verulina*, *Berlina* emersit. Ne hoc quidem probes. Neque enim certum est, *Berlina* significare locum, in quo improbi puniendi exponebantur. Et siquidem locus origini huic futurus est, contendere & nos possemus a *Vera*, sive *Verra*, quae Mutinensibus *Circulum ferreum*, seu alterius metalli significat, verisimilius descendere *Verlina*, *Berlina*. Sed mihi res adhuc in obscurro. Franci & Angli ejusmodi poenam appellant *Piloni*, seu *Pilloris*. Num a *Pilonina*, *Pirlina* *Berlina* derivari potuit? B. pressius pronuntiatum Germanis evadit P.

Berlingaccio. Ita postremum Bacchanaliorum diem appellabant Florentini. A *Berlingare* traxit hoc nomen *Varchius*, cuius significatio

Tom. VI.

A

B

C

D

E

est eadem atque *Cianciare*, *Ciarlare*. Menagius verò deduxit *Berlingare* a *Varie linguare*, hoc est, somnium in una mente sua natum nobis enarravit. Mihi veri videtur simile profectum fuisse diei illius agnomen ex eduliorum specie, quae *Burlenghi*, & *Burlingozzi* a Lombardorum vulgo adhuc appellantur; nempe ex farina per aquam dilutâ, quae in solo, ut ajunt, aereo prunis imposita, subtiliter distributa, ac subtus & supra bene peruncta, testu superposito excoquitur, ac paene torretur, & inde fervens comeditur, atque interdum herbarum, ovorum, caseique commixtione speciem quamdam pulmenti continet. Subtiles hasce placentas nuncupatas suspicor *Burlenghi*, quasi *Bulenghi* e Gallico *Bûler*. Florentini eas *Berlingozzi* dixerunt. Et quia praefertim recurrente quinetâ Feriâ postremae hebdomadae Bacchanaliorum Popellus maxime indulgebat hisce eduliis (quod & diebus meis alicubi observatum vidi), diei illi inditum fuit a Florentino vulgo nomen *Berlingaccio*. Inde verò enatum opinor & verbum *Berlingare*, ad designandum tumultum vocum, qui eo hilaritatis die audiatur in aedibus. Sed nihil erat, cur heic immorarer, quando tempus alios mores, aliqua vocabula invexit.

Bettola. *Vlis Caupona*, quam bibendi causâ vulgus petit. Ex Germanica Lingua processisse mihi creditur. Quippe Germanis *Betteln* est *Mendicare*, & *Bettler Pauper*. *Bettel-haus*, ut opinor, olim appellata hujusmodi *Caupona*, idest *Mendicorum Taberna*. Tum compendii gratiâ evalit apud Italos *Bettela*,

Y

quam

quam Mutinenses dicunt la *Bentla*,
Tusci vero la *Bettola*. Apud He-
braeos *Beth Domum* significat.

Bianco. *Albus*. Nescio, cur in men-
tem venerit Julio Caesari Scalige-
ro, deducendam esse hanc vocem
e Graeco βλέπειν, quum nihil aliud
est βλέπειν quam *Iners*, *Socors*, *Ignas-
vus*. Ab *Albus* per consuetas suas
somniatas scalas Menagius post Gu-
jetum illam traxit. Atqui hanc
Etymologiam nimia literarum di-
versitas damnat. Quaenam ergo e-
jus origo? Germanicum *Blanck* si-
ne controversia, quod *Album* signi-
ficat. Ex eo nos efformavimus *Bian-
co*, Hispani *Blanco*, Galli *Blanc*,
& Angli *Blanch*. Germanicum ve-
rò *Blanck*, si quid video, e *Blin-
cken*, seu *Blenchen*, quod *splendere*,
lucem reflectere sonat, enatum est.
Prima enim significatio vocis *Blanck*
fuit *Lucidum*: adhuc autem Ger-
mani & *Album* designant & *Luci-
dum*, eadem voce utentes. Quum
nihil melius lucem reflectat, quam
Album, propterea corpus *Album*
ii appellare coeperunt *Blanck*. Re-
ste Fureterius Gallicam vocem *Blanc*
ita definit. Ce qui reflectit la lu-
mire en toutes ses parties. Covaru-
rias quoque hoc vidit: sunt enim
ejus verba: *Blanco es Nombre Godo*
(idest Gothicum Nomen) *Septen-
trional*, *Blanch*.

Biasimare. *Vituperare*. Concordes se-
re omnes Etymologistas reperio in
deducenda hac voce a *Blasphemare*.
Et sane Du-Cangius multa affert
veterum loca, e quibus constare
potest, Latinum *Blasphemare* adhi-
bitum pro *Damnare*, *Culpare*, *In-
famare*, *Vituperare*. Eorum senten-
tiam & ego amplector. Addere tam-
en liceat fieri potuisse, ut ver-
bum hoc Latinum eo sensu usur-
patum fuerit, & nihilo secius a-

A

B

C

D

E

liam originem habuerit Italica vox
Biasimare. Nostra enim Lingua ab
antiquis Seculis praeter *Biasimare*
habet etiam *Bastemare*, & *Bastemare*,
quod revera est Latinum *Blas-
phemare*, seu ut melius loquar,
Graecum βλασφημῶν diversum a *Bias-
imare*. Ita & Gallis duae diversae
voces sunt *Blasphemer* & *Blasmer*.
Discrimen hoc innuere videtur, a
diversis fontibus emanasse gemina
haec verba. Quod si Majores no-
stri *Blasphemare* pro *Culpare* & *Vi-
tuperare* dixerunt, id iure factum,
quum verbum ipsum βλασφημῶν si-
gnificet *Calumniari*, *Maledictis* &
Contumeliis incessere, *Famam exis-
tationemque alicujus laedere*. Quare
superfluum non puto, rogare Se-
ptentrionalium Linguarum peritos,
ut perpendant, an forte ex aliqua
Teutonum voce potius, quam e
Graeco, seu Latino *Blasphemare*,
prodiisse potuerit nostrum *Biasimare*,
& Gallicum *Blasmer*. Exem-
pli causâ Linguae Teutonicae est
Blas, *Pallidus*, *Decoloratus*. Num
per Metaphoram efformatum inde
fuit *Blaßimare*, vel *Blasmare*, *Bia-
smare*, *Biasimare*, pro *decolorare*, *de-
nigrare* *famam aut opera alicujus*?
Galli ipsi vocem *Blesme* habent,
significantem *Pallido*, *Scolorito*: &
Blesmir *Impallidirsi* per *vergogna o
dolore*. Gallicae hae voces a *Blas*
Germanico profectae videntur, ni-
si vetustissimi Gallorum aut Fran-
corum sermonis propriae sint. An-
gliae quoque Linguae est *Blemish*,
Defectum, *Probrum*, *Culpam* signi-
ficans, & to *Blemish* *Vituperare*,
Carpere &c. Lombarda gens *Bia-
smare* dicit, quam vocem Tusci in
Biasimare converterunt. Sed & Fra-
ter Jacoponus Tudertinus Lib. 4.
Cant. 39. habet:

Ogni

Ogni mio fatto blasmando.

Bica. *Acervus spicarum, sceni, paleae.* Vocabulum Tuscorum, reliquis ignotum. *Apex, Apicis, Apicus, Apica, Bica,* visa est Ferrario vocis origo. Eam explosit Menagius, neque injuria. Aliud enim est *la Cima*, seu cujuscumque rei *Summitas*, & aliud *Congeries*, sive *Acervus minutarum rerum*. Quid verò ipse Menagius? Ab *Acervus*, inquit, *Acervi, Acervicus, Acerbius, Bicus, Bica.* Etymon hoc in uno hominis cerebro natum facile condonarem, nisi id adderet: *Questa derivazione benchè poco verisimile, è verissima.* Plura non exigas, ut Scriptoris hujus confidentiam sentias. Interea nemo a me meliora exspectet. Quod unum velim, perpendant eruditii viri, num adverbium *nunc*, ab Homero usurpatum, significans *Dense, Spisse*, si Eustachio credimus, originem dedisse potuerit Italicae huic voci. Graecis quoque est *πυκτός Denso, Stipo*: & *πυκτός Condensatus, Densus*: quae vocabula tum sono, tum significatione accedunt ad *Bica*, quae exsurgit, quum si ammucchia il fieno, la paglia &c.

Bicchiere. *Calix.* Ab inusitato Latino *Bicarium*, idest a voce, quae apud veteres in rerum natura nunquam fuit, Menagius hanc arcessit. A *Pocillo* durius eam traxit Ferrarius. Nostrum *Bicchiere* nihil aliud est, nisi antiquissimum Germanicum *Becher*, quod nunc *Pecher* appellari audis, calicem ad bibendum *vinum* significans. Inde etiam *Picher* Gallicum. *Bicarium* nihil aliud est nisi *Becher* Teutonicum Latine expressum, & conversum in *Bicarium*.

Nicolaus Specialis Lib. 6. Cap. 14. Historiae Siculae (vide Tomum X. Rer. Italicarum) haec habet: *I crateres magnos bacchatos gemmis stant, ii Becheria, cuppas, aliaque vasa Regalibus apta in numerum cingerunt.*

Bietta. *Cuneus.* Perpende, num a *Vis*, quam infert, an a *Via*, quam appetit, manasse vox ista potuerit. Germani appellant *Weck*.

Bigatto, Bigattolo. *Vermis* cujuscumque speciei. Viene da *Bombyx*, inquit Menagius, in questo modo: *Bombyx, Bombycus, Bicus, Bica, Bicatus, Bicattus, Bicattulus.* Ille etiam contendit, ex *Bombax*, *Bombacus*, & inde enatum *Baco*: quo nomine *Tusci* designant i *Vermi da seta*. Quod est ad *Baco*, nisi is meliora adferat, ignotam adhuc credere pergo illius vocis originem. Verum quod ad *Bigattolo* attinet, quanquam primo aspectu adhibita a Menagio scala mihi improbareatur: nihil tamen secius fieri potuisse mihi visum est, ut *Bigattolo* descenderit e *Bombyx*, sed alia ratione. Nempe e *Bombyx Bombycio* efformatum fortasse fuit *Bombycus*, *Bombico*: tum diminutivum *Bombycato*, ut *Uomo, Uomicciatto*: atque inde alterum diminutivum *Bombicattolo*, uti *Uomicciattolo*. Exciderit postea brevitatis gratia *Bom*, & superfluerit *Bicattolo*, uti factum in *Auer, Auserculus*, ex quo *Sercio*. Vide infra *Serchio*. Ego certe meliora adferre non possum. Additum volo etiam, a Mutinensis *Bombyces* appellari *Bigattini*: quoscumque verò *Vermes Bigatti*, & *Vermi*, & *Beghi*. Praeterea agricolae Mutinenses appellant *Apes le Beche*; ut puto secundum Hispanorum morem, quibus *Apes* sunt

sunt Abeje, idest nobis Abeche. A Hoc autem, aequa ac Pecchia Tuscorum, ex Apicula Latino efformatum fuit.

Biondo. *Flavus, Flavicomus.* Assentiatur, qui velit, Menagio putanti, aut ab *Albus, Albidus, Blandus &c.* aut a *Blandus* prosectorum fuisse *Biondo*. In hisce veri similitudo prorsus desideratur, uti & in opinione Ferrariai, qui ab *Apluda*, purgamento milii & panici, hanc vocem derivat. Ex Germanica Lingua petenda est vocabuli hujus origo. Habet enim illa *Blond* & *Blonde*. Saxonibus *Blonden* appellatur *Tinctus, Infectus*, quod olim capillos tingerent, ut in flavum colorem converterent. Inde etiam Gallicum *Blond*. Hanc Etymologiam antea viderunt & probarunt doctissimi viri Du-Cangius, & Hickesius.

Bircio. *Qui transversis oculis conspicit;* Strabo Latinis. Menagius putat derivatum e *Varius, Varicius, Varcius, Vircius, Bircius*. Sed haec nullius pretii. Mihi ignota vocis origo. Ista tamen mihi in mentem revo-
cat Vergilii versum Eclog. III.

*Novimus & qui te, transversa
tuentibus hircis.*

Ubi pro *Hircis* nonnulli legendum putant *Hirquus*, Servio ipso testante, ex auctoritate Suetonii Tranquilli, *Hirquos esse oculorum angulos*. Strabones transversa tuentur. Num ergo *Bircio* ex *Hirquus*?

Birraccchio. *Vitulus* a primo anno usque ad secundum. Apposite ad hunc locum verba Festi adferre videtur Menagius: *Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus Rufum.* Unde *Rustici* *Burrum* appellant bu-

A

B

C

D

E

culam, quae rostrum habet rufum. Ego non Festi, sed Pauli Diaconi verba haec puto, cuius additamenta ad Festi Libros interdum video a doctis viris laudari sub nomine Festi. Sed heic consisto, ac libenter peterem a Paullo, cur non potius Vituli ante annum compleatum *Burri* fuerint nuncupati? tunc enim plusquam alio tempore rufum colorem praeferunt, & annum primum supergressi, aliud induere solent. Deinde cur *Buculas* tantummodo, *rostrum rufum* habentes, *Burras* appellatas ait? Quod certum puto, a Lombardis didicere Tuscui nomen *Birracchio*, nobis familiare, dum Vitulos ejusmodi complures a Lombardis emunt. Veri autem simile est, olim rusticos ex *Ruso* colore, qui Πυρρίχος, idest *Pyrribus*, seu *Purribus, Burribus*, a Graecis dicitur, nomen dedisse Vitulis adultis. Salmasius quoque ad *Carum & Carinum* *Vopisci* opinatus est, Equos breviores ab eodem colore nomen *Burrichi* retulisse. Neque regeras, *Birracchio*, non *Birricho*, seu *Birrichio*, appellari Vitulum bimum; nam & apud Graecos in usu suit Πυρράχης pro Πυρρίχος. Et Πυρράχης dicitur David, idest *Rufus*, Lib. I. Cap. 16. vers. 12. Regum. Deinde a Πυρρός diminutivum *Byrracchulus*, hoc est *Birracchio*, Saeculis barbaricis efformari potuit.

Bisbetico. *Phantasticus.* Vox Menagio insalutata. Fortasse composita vox e Latino *Bis & Bestia*. Nobis appellatur *Uomo Bestiale*, qui ferociam quadam inconsideratam agit. Ita qui in iram sine ratione erumpit, *Bis Bestia* appellatus videtur, ac deinde *Bisbeticus Bisbetico* evaserit. Ita retine-

retinemus *Bigoncia*, vas ligneum sine operculo ad ferendam uvam aut vinum e *Bis Congio* Latinorum. *Biscazza*. *Ludus publicus alearum*. Hoc nomen in Legibus Municipalibus variarum Urbium usurpatum vidi; & adhuc a Mutinensibus eadem significatione adhibetur, uti etiam *Bisca*. *Tuscis* quoque olim in usu fuere haec nomina. Nil certi habeo de eorum origine. *Sansovinus* in explicatione rerum abstrusarum Dantis auctor est, *Biscazza* esse vocabulum *Dialecti Foro julienis*. Sed fallitur: nam & aliis Populis familiare fuit. Is autem putat dictum *Biscazza*, quasi *Sguazza*, *Butta-via*, *Consuma*. Nemo probet. Mihi aliqua suspicio est, e Germanico *Beschissen* significante *Fallere*, *Decipere*, *Fraudare*, potuisse olim efformari *Biscazzare*: quo verbo etiam usi sunt Majores nostri, & *Biscazza*, quum ejusmodi Ludi officina sit *Fraudum ac Deceptionum*, ita ut per metaphoram Ludus ille publicus appellatus olim fuerit *Locus Fraudum*. *Biscazaria* dicitur in Statutis antiquis Populi Bononiensis; & *Ludus Biscazariae*, qui cumque is sit, ibi interdicitur, uti & mutuare ad ludum, seu occasione *Ludi Biscazariae*. Fortassis etiam e Germanico antiquo *Beschiss* apud Schilterum, significante *Fraudem*, enatum est *Bisbizzo*, jocus in verbis e similitudine vocum.

Biscia. *Serpens*. Audi Menagium. *Venne da Bestia*: sicuro. Tum addit, e Graeco οὐδεις posse deduci vocis hujus Etymon. Eruditum hominem cautum dedecet illud sicuro. Octavius Ferrarius, & ante eum Landinus, a *Sibilo*, aut ab *Anguicula* hanc vocem enatam somnia- runt. Miror, homines doctissimos

A

B

C

D

E

suis imaginationibus delectatos, ita iis institisse, ut extra Latinorum pomoeria excurrere, ibique expiscari vocem istam neglexerunt. Vix falli me putem, inquiens, ex Germanico *Biss*, *Morso*, *Morsicatura*, & *Beissen*, quod est *mordere*, *pungere*, efformatum fuisse vocabulum *Biscia*. Pressius Teutonicam vocem retinent Mutinenses, & Mediol., quibus familiare est *Bisiare*, seu *Bissare* pro *Pungere*, quum de apibus, scorpionibus, vespis agitur. Dicunt etiam *Bissa* pro *Biscia*.

Bisogno. *Indigentia*, *Egestas*, *Defectus*.

Tenebras non leves offendis in origine vocis hujus. Nondum eas depulere docti viri; an ego, doctorum hominum judicium esto. Si Menagium audimus, qui multus est, ut hoc nobis persuadeat, *Forse da Bis Senium* emersit *Bisogno*. Sed nemini persuadebit. *Bis Senex* potius significaret hominem, qui aetatis caussâ repuera- sceret. Neque *Senecturis* nomen usurpatum unquam fuit pro *Indigentia*, *Egestate*. Minus autem audiendus Ferrarius, qui ab *Uso usioniis*, antiquatâ voce Catonis, & significante *Usum*, *Bisogno* per vim derivavit. Itaque considerandum potius puto, num e *Sonris* sive *Sunnis*, voce Francica aut Germanica (quod idem est) effluxisse potuerit Italicum *Bisogno*. De hac voce multa habent Vossius, Bi- gnonius, Du-Cangius, atque alii Eruditi. In *Pacto Legis Salicae* Tit. 19. num. 6. haec leguntur: *Si in Mallum vocatus fuerit, & is, qui vocatus est, non venit, si eum aut infirmitas, aut Ambascia Domini- nica (idest Regia Legatio) deti- nuerit, vel foris aliquem de proxi- mis mortuum intra domum suam ha- buerit*:

buerit: per istas Sunnis se poterit homo excusare: aliás de vita compo-nat. Ita Tit. Prim. Num. Pri-mo, ejusdem Salicae Legis: *Si quis ad Mallum manitus fuerit, & non venerit, si eum Sunnis non de-tinuerit &c.* Ubi vides; quae si-gnificatio olim fuerit vocabuli *Sun-nis*, scilicet *Impedimentum*, sive quaedam quasi *Necessitas*, *Indigen-sia*. Hoc idem significat *Bisogno*: & etiamnum diceremus: *Se qual-que Bisogno nol ritenesse*. Voci *Sun-nis* additum postea fuit *Be*, unde Gallicum *Besoin*: quod minime *Bis* est, sed *Be* particula inten-dendi, sive praepositio familiaris Germanicae Linguae, atque adje-cta tot aliis vocibus. Nos pro *Besoin* diximus *Bisogno* & *Bisogna*, quod ejusdem originis est. Atque olim *Bisogno* erat in uero:

Era Besogno, che'l lume accendesse.

Ita legitur in Satyr. 2. Fratris Jacoponi Tudertini, qui circiter Annum MCCCXCVIII. Rhythmos scri-bebat. Denique apud Marculfum occurrit *Sunnis*, idem ac *Sunnis*. Itaque genericum nomen olim fuit *Sunnis*, significans tam adversa-res, quales erant morbi & pau-pertas, quam legitimas occupatio-nes, quibus obnoxia est hominum vita. Inde nobis *Bisogna* pro *Fac-enda, occupazione*. Eodem sensu & Galli dicunt *Besogne*, vocem fortasse a nobis mutuati. Inde etiam *Bisogno*, quo nomine nunc omnis generis *Indigentiam* designa-mus. Unde verò prodierit *Sunnis* seu *Sornis*, eruditis Gallis & Ger-manis disputandum relinquio.

Bizzarro. Iracundus, Ferox Florenti-nus. Significat etiam apud Muti-

A nenses aliquid propter novitatem a communi more recedens, neque tamen ingratum. A *Bis* *Varius* deducebat hanc vocem Menagius, cui minime assentior. Nam quei *Z*, & duplex *R*. locum heic in-venere? praeterquamquod qui *Vari-um* significare vult, nihil opus est ei, ut *Bis* addat. Mihi igno-ta est primitiva illius vocis ori-go. Certum tamen duco, ex uno fonte manasse Gallicum *Bigarrè*, significans *rem gemini coloris*, & Hispanicum *Abigarrado*, ac no-strum *Bizzarro*. Praecedentibus Se-culis in usu fuit vestimentorum genus, quod nos adhuc *Bizzarro* appellaremus. Scilicet pars dexte-ra unius, sinistra alterius coloris fuit. Picturas vidi referentes ejusmodi varietatem in tibialibus praecipue, interdum & in reliquo cor-poris indumento. Mediolani adhuc vestigia rei perdurant in Ostiariis Consilii Generalis, uti & Lucae, ubi crurum tegumenta constituunt le *Livree* famulorum. Sed & non-nunquam a *Quartieri* divisi erant gemini isti colores Georgius Stel-la in Chronico Genuens. Tom. XVII. Rerum Italicarum ad Annum MCCCVIII. scribit: *Illi de Auria, & Grimaldi pro ipsorum ma-jori colligatione insimul se inauerunt simile vestimentum, duorum scilicet pannorum coloris diversi, ex quibus quilibet vestimentum unum habens, gerebat pro dimidia colorem, & pro reliqua colorem alterum.* Rursus ad Annum MCCCXI. haec habet: *Pro sui adventus (idest Henrici VII. Augusti) celebritate majori, multi valae Januenses novis se munierunt vestibus. Erat ex vestibus illis singula, ex parte una Rubei coloris, & en alia coloris Citrini. Ejusmo-di*

di vestes *Bigarrées* appellabantur. Nos a Gallico *Bigarie* traxisse videmur *Bizzarro*: illi a nobis suum *Bizzarre*, & *Bizzarrie*.

Bloccare. Militare verbum Gallicae Linguae, quod & nos Itali ab iis didicimus, significans instituere ob-sidionem Arcis, Urbisve alicujus a longe. Borellus ex antiqua, & forsitan somniatâ voce Gallica *Bloca*, idem significante, ac *Barticade*, deduxit suum *Bloquer*. Alii a *Buculare*, altera voce peregrina. Hickesius verò opinatus est, eam suisse efformatam e veteri Theotisco verbo *Belecan*, quod ex *Be* & *Loz*, *Serà* & *Clausurà* componitur. Disputent illi de suis. Ego ad nostra regredior.

Boccia. *Calyx* in floribus, flos nondum apertus. Tuscorum vox est. Apud Lombardos in usu tantum est *Bottone*, quo etiam Tusci utuntur. Menagius suspicatur a *Valvus*, aut ab ipso *Bottone* efformatum *Boccia*. Fortasse emersit vox ista ex Germanico *Butz*, significante idem, quod *Bottone*. Inde nobis *Buza*, *Bozza*. Tusci Lombardicum *ZÀ* in *CCIA* convertere solent, ac proinde efformare potuerunt *Boccia*. Ipsum verò Germanicum *Butz* num prodierit ex *Pultare* Latinorum, & an sit primitivum illius Linguae, decernant alii. Mutinenibus *Butlive* dicitur, quod Latinis est *Pultare*. Fortassis etiam ex antiquissimo vocabulo *Butis* emersit *Bottone*, & *Boccia*, metaphorice vocibus hisce adhibitis ad significandam rem Tumidam. Vide infra *Bozza*.

Bolcione. *Bolzone*. Bellicum instrumentum ad confrigenda moenia. Telorum quoque species ita appellata. Menagius & Ferrarius a

A

Graeco *Bόλης*, significante *actum jaculandi*, nomen hoc deducendum esse suspicati sunt. At istud nihil ad primam significationem facit. Itaque considerandum potius videatur, num a *Pultare*, seu *Pulsare* (quod idem est) emersisse potuerit *Pultione*, quod postea lenius pronuntiatum dederit *Bolzone*. Nam ad *Telum*, sive *Sagittam* quod attinet, vix fallamur, deducentes illud e Germanico *Boltz*, idem significante, nisi & istud e *Pultare* profectum fuerit. Mutinenses etiam appellant *Bolzone* ferrum stabile prominens in operculis arcium, in quod ope clavis includitur clathrum ferreum mobile ad arcum occludendam. Quare hoc ei nomen impositum, ignoro.

B

Bordone. Vide infra *Brullo*.

Bossolo. *Pyxis*. A *Buxus*, arbore videlicet, e cuius praecipue ligno vascula conficiuntur, profecta vox creditur Menagio atque Ferrario.

Bozzo & **Bossolo** eadem arbor a Tusciis appellatur. Veri omnino similis, atque laudanda hujusmodi Etymologia. Et praecipue quum *Pyxidem* Latini ipsi a Graeco πυξίδης acceperint. πυξίδη vero è πύξης, significante *Buxum*, descendisse agnoscitur, uti antea monuerat Vossius. Hujus Etymi idcirco mentionem feci, quia Leibnitius, vir de studio Etymologico bene meritus, in Adnotationib. ad Franco-Galliam Ottii, censuit probabilius, e Germanico *Buchs*, seu *Buchse*, significante *Pyxidem*, efformatum suisse Tuscorum *Buffolo*, seu *Bossolo*; & *Buffola*, quemadmodum nos Lombardi dicimus. Et revera aspectu primo probanda videtur ejusmodi Etymologia, quum e *Buchs* rite diminutivum *Buch'ola*, *Buf-*

C

D

E

Bussola exsurgat. Verum quum tantae antiquitatis sit & Graecum & Latinum *Pyxis* & *Buxus*, credendum potius est, & ipsos Germanos inde derivasse suum *Buchs*. Itaque restat, Lombardicum *Bussola*, aut a *Pyxis*, & diminutivo *Puxola* (nam *P.* per *U.* fere semper redditum fuit) aut e *Buxus*, *Buxola* efformatum fuisse.

Botarga. *Ova piscium salita*. Florentini *Buttagra* appellant. Scaliger Senior contra Cardanum opinatus est, Graecam vocem hanc esse, videlicet Ωα ταρχα, *Ova Salita*. Sed quei se se ingessit *B.* in hanc vocem? Suspiciatur est etiam Menagius, eam processisse a *Botus*, *Botulus*. Inepte sane, quum *Botulus* sit sarcininis genus & carne, cui nihil rei cum *Brarga*, ut praeteream nimis distortum nomen, ut inde *Botarga* efformetur. Gollio teste, Arabicae Linguae est *Bou-targa*, idem significans: Si haec vox Arabibus antiqua ac primitiva est, ab iis nos mutuati fuerimus.

Botta, o aperte pronuntiato. *Ithus*, *Percussio*. Cur hanc vocem insalutaram dimiserit Menagius, ignoro. Obscura sane vocabuli origo. Attamen veniam posco, si eam e Latino *Pultare* suspicabor deducam. *Pultare fores*, *Pultare ostium*, *Battere la porta* non semel occurrit apud Plautum ac Terentium. Quintilianus quoque nos docet, *Pultare* in usu fuisse pro *Pulsare*. Itaque e *Pultare* natum *Pultus*, idem significans ac *Pulsus*, *Percussio*, *Ithus*. E *Pultus*, *Polto*, ac tandem immutato *P.* in *B.* ut saepe fit *Bolto*, atque *L.* converso in *T.*, evasisse potuit *Botto*, idest *Ithus*, *Percussio*. Usurpamus adhuc *Botto*,

A

quum dicimus un *Botto della Cantpana*, sonare *la Campana a Botti*. Utique a *Pultus Femininam* etiam terminationem accepit, ac proinde dicimus: *Dar delle Botte pro Verberare*, *Percutere*: Una *hotta di Spada*; quod etiam appellamus *Un Colpo di Spada a barbarico Colpus*. Hinc metaphoricae phrases: *Andar di Botto*, idest *Raptim*, *Subito in un Colpo*. Dicimus quoque: *Ogni Botta non vuol risposta*: hoc est; cuilibet verbo nos ferienti non est danda responso. Ad haec Dire una bella *Botta*, nempe dicere aliquid quod ingeniose percutiat, aut pungat alterum. Ceterum quum durum videri possit, in voce *Pultus L.* excidere, seu mutari in *T.* exempla accipe. Verisimiliter e *Pulfare* descendit Italicum *Bussare*. Neapolitani quoque pro *Volta* dicunt *Otta*: quod exemplum in rem praesentem sufficere potest. Cur vero Florentina Dialectus *Bufonem* appelleret *Botta*, nondum quisquam reperit. Nos *Rospo* appellamus, cuius etiam adhuc ignota origo, atque in eam frustra Menagius inquisivit.

C

D

E

Botte, o presse pronuntiato. *Dolum*. Cujacius & Menagius ex Graeco Βούρτης Italicam vocem trahunt, Glossaria Graeco-Latina sequuti. Sed minime animadverterunt, a recentioribus Graecis multa Italorum vocabula fuisse adoptata, inter quae est etiam recensendum *Botte*. Haec ergo vox aut antiqui Latini Populi fuit, aut a Gothis & Septentrionalibus ad nos advepta. Germanis *Botte* & *Butte* adhuc significat *Mastello*, *Tinaccio*, *Brenta*, *Bigoncia*. Anglis a *Butt* est *Dolium*; & Hickesio teste *Cimbris Byttia* idem significat. In *Charta plenariae*

riae securitatis Ravennae scripta sub Justiniano Augusto Anno D. LXV. atque a Brissonio & Mabillonio edita, legitur *Butte de ci-to*, *Butte minore*. Nisi eam Latinæ originis velimus, in Urbem illam Gothi antea invexerint, uti & in Hispaniam, ubi *Bota* & *Boze* adhuc est in usu ad significantiam lagenam, aliaque vata minoria. Hinc *Buicularii* munus in Palatio veterum Regum Francorum. In Septentrione felicius quam in Oriente multarum vocum nostrarum fodinam reperies.

Bottega. *Officina*. Rectissime Du-Cangius, Caninius, & Menagius *Apo-theca* Latinum censuerunt immutatum in Italicum *Botega*, quod duplii T. nunc *Tusci* pronuntiant. Salmasius frustra *Zotheca* praetulit. Demto A ex *Apothecâ*, statim ex-surgit *Portheca*, quod mollius pronuntiatum dat *Botega*. Francis est *Boutique*, & Hispanis *Buttiga*. Occurrit etiam *Portheca* pro *Apotheca* in antiquis Chartis apud Ughellium.

Bottone. Vide subsequens *Bozza*.

Bozza. *Tumor*. A *Bauca*, significante nescio quod vas, Ferrarius originem vocis hujus arcessit. Menagius a Graeco ουράνιον, idest *Sufflo*. Menagianum etymon minus mihi quam alterum, veri videtur simile. Ego Eruditos rogo, ut perpendant, an potius ex antiquissima voce *Buttis*, nobis nunc *Botze*, de qua supra egimus, emersisse potuerit *Bozza*. Mutinenses appellant *Bozzola* vas vitreum, cuius venter tumescit. *Boccia* apud *Tuscos* idem significat. Utrumque nomen e *Buttis* descendisse mihi creditur per diminutivum. Hoc est e *Buttis* *Buttia*, *Buttiola*, &

Tem. VI.

A

Buttula, *Boccia*, *Bozza*, *Bozzola*. Metaphorice deinde appellatus a *Tuscis* fuerit *Bozza* quilibet *Tumor*, ad similitudinem *Doliorum* tumescentium. Gallicam vocem *Bosse* ejusdem originis suspicari non incongruum reor. Anglica Lingua habet *Bottle*, significans *Bozzola* *Mutinensium*, quod proprius *Buttim* & *Buttulam* nobis exhibit. *Calycem* quoque *Florum*, *Bottone* appellamus, & *Bottoni* globulos, quibus vestes constringuntur. Num & istae voces potius e *Buttis* deducendae sunt, quam e *Pultare* Latinorum? Nam & in his *Tumorem* conspicimus. Vide supra *Boccia*. Certe *Tusci* aequo *Boccia* nuncupant *Calycem* *Florum*, atque *Vas* *vitreum* tumidi ventris.

B

Bozzo. Vide supra *Abbozzare*.

C

Bracia, *Bragia*. Vide in hac ipsa Dissertatione, ubi originem verbi *Bra-ciare* supra inquisivi.

D

Bragbiere, seu *Brachiere*. *Cingulum inguinale*, quo utuntur laborantes herniâ. Conjectandi locus est, profectam fuisse vocem istam ex Teutonico *Brak*, significante *Rupturam*: ita ut *Rupturae* *vinculum* appellatum videatur *Bracker*! Germanis quoque est *Brachen* *Rumpere*. Mutinenses adhuc retinent *Sbragare*, significans violenter aliiquid scindere per medium. Forstani etiam vox venit ab *Imbragare*, significante apud nos *Braccam* *appingere* ex ferro, ligno, telâ, ne aliiquid ruat. Fascias hasce plerumque ferreas Paulus Sarpius Venetus vir famosus, excogitasse primus traditur ineunte Saeculo Christi Decimo Septimo. Mihi certum est, easdem longe antea in usu fuisse. Unum exemplum accipe e Miraculis Beati Gerlandi Equitis Hierosolymitanî

E

Z z

tani

tani a P. Papebrochio editis ad diem 18. Junii, & collectis Anno MCCCXXVII. Reddita fuit in columitas Riccardo de Claromonte, qui ab utero matris suae crepuit. De qua infirmitate constitit per iusjurandum Ventorini de Claromonte, qui ob ipsam infirmitatem eidem Nicolao in femore & testibus Bracale imposuit. Fortasse fascias hasce Sarpius commodiores ac utiliores aliquo additamento effecerit.

Bramare. Vehementer Cupere. Monosinius & Nicotius a Brapow, idest **Fremo**, Resono: Ferrarius ab Hispano **Hambre**, significante **Famem**, hoc verbum arcessunt. Menagio praeter morem heic haeret vox. Meam opinionem accipito. **Amare** pro **Cupere** usurparunt Majores nostri. **Petamare** pro **Vehementer Amare**, seu **ardentissime Cupere**. Pro **Peramare** **Pramare**, ac tandem pronuntiato leniter **P. Bramare** invaluit. Ita e **Perussare** videbimus infra efformatum **Brusare**, **Bruciare**: & ab **Experulare Shrollare** ad vocem **Brullo** emersisse patebit. At heic intercedit Scipio Maffejus Marchio Vir Clariss., qui Lib. XI. pag. 313. Veronae Illustratae, nos docet, propriam fuisse vocem plebis **Latinae Bramosus**, quo tempore cultiores **Cupidus** dicebant. Atque in hanc rem laudat Sermonem Octavum de Exodo, & Sermonem in Psalm. 49. a Sancto Zenone conscriptos, qui Seculo Christi Quartto floruit. Quippe ibi **Bramosus** occurrit. Sed minime doctissimus Vir animadvertisit, quod tamen ante animadverterat Du-Cangius in Glossar. Latinitat. scilicet vitiatam ibi vocem esse **Bramosus**, & seribendum **Brumosus**, vel **Bromosus**: quo quidem vocabulo usus quoque

A fuit iisdem temporibus Ruffinus Lib. 3. de Vitis Patrum; Hoc autem significabat **Foetidum**, **Immundum**, e Graeco Βρώμως, idest **Graveolentia**, **Foetor**, uti jam Turnebus monuerat. Certe **Bramosum convivium**, & **Bramosae pecudes** apud Sanctum Zenonem pro **Cupidus**, nullum justum sensum reddunt. LaCerda quoque Cap. 124. Adversior. idem animadverterat.

B **Branche.** Ferarum pedes unguibus armati. Multus est Menagius in expiscanda vocis hujus origine, quam & ego fateor abstrusam. Salmasius in Solinum a **Brachium** deduxit, non inverisimili conjectura. Attamen pedibus, sive manibus, & unguibus; non verò **Brachiis** congruit significatio vocabuli **Branca**. Praeterea nos e **Brachium** Latino efformavimus italicum **Braccio**, non **Branca**. Menagius, qui e Latino **Ramus** per vim traxit **Frasca Tralcio**, & quidquid sibi placuit, hinc etiam **Branca** hausit, suumque incongruum sane Etymon Salmasianno praetulit. **Ramus**, inquit, **Rami**, **Ramicus**, **Ronica**, **Ranca**, **Branca**. Evidem Galli **Branche Ramum** arboris appellant. Sed quid rei est **Ramo** cum Italico **Branca** significante manum, seu potius pedem ferarum? Mihi aut Latinae originis est **Branca**; nam inter Scriptores rei Agrariae apud Goësium **Latinus Togatus Brancam Lupi**, & **Brancam Ursi** recenset. Aut si Scriptorem hunc non Latina, sed Barbarica Saecula tulere, veniam peto conjecturae, quae mihi in mentem venit. Scilicet e **Perango** sensim efformatum fuit **Brancare**. Certum est; **Ango Latinum** verbum significasse **Stringere**. Inde **Angustus**, **Angiportus**, & **Angina** morbus,

C

D

E

bus, quod guttur perstringat, seu
fauces. Vergilius:

Et faucibus angit inhaerens.

A Graeco Αγκω significante Constringere, Primere, Latinum *Ango* manavit. Perango compositum, hoc est *vehementer Siringo*. Veteres ergo, ut ex aliis exemplis infra patet, quandoque Infinitivos modos tertiae conjugationis efferebant, ac si primae essent, uti *Minuare* pro *Minuere*, atque uti *Mutinenses Stergiare* ab *Extergere*, *Arraparsi* ab *Adrepere*: quod & ab ipsis Latinis factum animadvertisit Salmasius. Vide infra *Chiappare*. Igitur pro *Perangere* Majores nostri dixisse videntur *Perangare*, deinde *Pramcare*, postmodum denique *Brancare*, quemadmodum e *Peramare* nuper dixi enatum *Pramare* & *Bramare*. Inde & *Abbrancare*, & *Branca manus*, sive rectius pes ferarum, & *Brancata* pro *Pugillo*. Ita ab *Artando* derivatum *Artiglio*, supra animadvertisimus. Conjecturae huic vim addere potest vox *Spranga*, Latine *Subscus*, *Subscudis*, significans ligneum aut ferreum clathrum, sive retinaculum, quo tabulae, ac sedilia inter se vincuntur, uniuertur, & constringuntur. A *Perangare*, ut dixi, usurpato pro *Perangere*, *Praanga* non immutato G. prodidit, cui additum fuit S. in principio, pro more multarum vocum Italicae Linguae. Cur vero dicamus *Brano* di pecore, di storni &c., & an ideo quia *Branca*, *Manus*, translate tamen, appelletur, vel quod pecudum, aviumve insimul veluti constrictorum turma significetur, aliis investigandum relinquo.

A *Brando*. *Ensis*. Aut a *Brano*, aut ab antiquo Gallico *Brand*, Menagius traxit hanc vocem. Ferrarius a *Vibrans*. Hicetusius e *Brandr*, Skaldrica seu Cimbrica voce, significante *Titionem*, *Torrem*, quasi *Ensis* flammeam speciem & igneum splendorem referat. Et certe Germanis adhuc esse video. *Brand*, *Incendium*, *Titio*. A vero minime abhorret, per metaphoram translatum fuisse nomen istud ad *Gladium*. Quaerebat Gerardus Mejerus Bremenensis, quodnam genus armorum fuerit *Glavea*, Gallice *Glaive*. Alii *Lanceam*, alii *Gladium*, alii *Telum* putant. Sunt & qui hoc nomine designata arbitrantur quaelibet arma caendentia. Is autem e Germanico *Glanz*, *Splendor*, enatam vocem opinatur. An recte, alii viderint. Addo, secundum Vocabularii Florentini Auctore: *Brandire* nihil aliud esse, nisi *Vibrare*, exempli causâ *Ensem*, *Lanceam*. Sed cur alii Italiae Populi *Imbrandire* dicant, significaturi *Arripere manu Hastam*, *Gladium*, *lo Stocco* &c. nondum assequutus sum.

Brano. *Frustulum* rei alicujus, ac praesertim carnis, & panni. *Sbranare*, *Dilaniare*, in frusta *Discerpere*. Menagius: *Viene forse dal verbo Latino Laniare &c. Quis credit?* O più tosto da *Membrum*, *Membranum* &c. Verum *Membrana*, quod membra tegat, dicta creditur. Huic quid rei est cum *Brano*? Censeo ego, e *Brandeum* antiquissima voce, cuius etiam meminit Sanctus Gregorius Magnus, significante *Fasciam*, seu *Velum subtile*, ac rarae, ut puto, texturae, enatum fuisse *Sbranare*; quasi *Exbrandeari*, conversum postea in *Sbranare*, significari *Brandeum discerpere*, atque in

in plures particulas dissecare. An nimadvertisendum quippe est, ejusmodi Vela, sive Fascias, *Brandeas* appellata (de quibus multa habet Johannes Ferrandus e Societate Jesu in Disquisitione Reliquiarum, & Du-Cangius in Glossario, ut alios omittam) particulas fuisse oblongas ex ampliore tela discissas, aut Vittas seu Fascias. Hasce novimus, postquam contigerant Sanctorum Sepulcra (& quod pluris fiebat, eorum Reliquias) Reliquiarum loco habitas, & fortassis in frusta fuisse divisas. Ut enim omnium devotioni fieret satis, sacri viri *Brandeas* in multas particulas peregrinis distribuendas consindebant; aut peregrini ipsi domum reversi, eadem dividebant, consulturi affinium & amicorum piis defideriis. *Exbrandeare* vero in *Exbrannare* conversum fuit pro Neapolitanorum more, qui pro *Exbrandeare* seu *Exbrannare* dixerint *Exbrannare*, quemadmodum etiam *Bandum* & *Binnum* in usu fuit. Tum *Exbrannare* evaserit pro more Italicae Linguae in *Sbrannare*, quod Tusci detraecto uno N. dicunt *Sbranare*, idest in frusta discerpere, concidere. Inde postea *Brano*, *Frustum* *earnis*, *panni*, aut alterius rei, ex integro antea corpore avulsae. Et quia ferae in frusta discerpunt corpora animalium, translatum est & ad ipsas idem verbum. Animadverte etiam, Tusci esse diminutivum *Brandello*, significans *Frustulum*, & *Brandone* ingens *Fustum*: ita ut agnoscere possis *Sbranare* & *Brano* in origine sua e *Brandeas* emersisse, ac D. postea excidisse. Ejusdem quoque originis est *Sbrandellare*, quod nobis Mutinensisbus significat *Mandare in pezzi*, ac dicitur de vestibus.

A *Bravo. Audax, Strenuus, Ferox.* Ex Graeco *Bραβός*, aut ex Latino *Pravus*, aut ex *Rabies* Cujacius, Nicotius, aliquique frustra deduxere. Multum heic exspatiatur Menagius, a *Probus* denique, sed minime felicius, originem vocis derivans. Èa utuntur Germani, Galli, Hispani, & Angli. In Italica Lingua multae antiquitatis nequaquam videtur, quum apud neminem ex primis Scriptoribus occurrat. Malim ego illam credere propriam alicujus ex praelaudatis populis ultramontanis, ac inde in finitimos propagatam. Mathias Cramerus *Brav* seu *Braf*, uti primitivam Linguae Germanicae vocem recenset. Schilterus quoque Celticam putat. Si id verum, ad hunc fontem reliqui biberint. Et quum sit militaris appellatio, facile propterea de una in alteram gentem migrasse potuerit. In Statutis Veronensis Populi, Anno Christi MCCXXVIII. conditis, atque ab eruditio amico meo Campagnola evulgatis Cap. 126. memoratos videoas *Campions bravos & magistratos*, idest *Campioni bravi e ammacstrati*. Acta quoque publica Mutinensis Reipublicae scripta vidi Anno Ch. 1178. *Boschetto, Lucio, & Bravo Consulibus*. Ubi nomen proprium *Bravus* est.

E *Breccia. Fractura murorum.* Recens apud nos militare vocabulum, & a Gallico *Breche* desumptum. Ejusdem originis tum *Beccia*, tum *Bricia*, seu *Briciolo*, quod nobis est *Mica*, seu *Fragmentum panis*, Menagius esse censuit. An verum sit, experiamur. Extra controversiam futurum est, effluxisse *Breccia nostrum*, & *Breche Gallicum* a Germanico *Brechen*, significante

Fran-

Frangere, Disrumpere: quod Menagius minime advertit. Ex ipso Brechen Teutonicō Britanni to Breach accepere, aut saltem e Gallico Breche. Bricia verò Italicum, idest Mica, aequi mihi certum est descendere e Gallico Bris, unde efformatum Briser, Frangere; & Debris, Res fracta. Mutinenses, & nonnulli Italiae Populi le Brise del pane appellant Fragmenta seu Miccas panis, quas Germani dicunt Brofen. Pro Brisa Tusci dicunt Briciz, cuius diminutivum Briciolo. Falsum autem puto, Gallicum Brisser e Greco Βρίζε manasse, quod nonnulli censuerunt. Nimis discrepat Graeci verbi significatio. Neque heic omittendum, ex ipso Germanico Brechen Frangere enatum videri Italicum Brocco, significans, Ramum fractum. Mutinae dicimus un Brocco d' albero, & una Brocca pro fragmēto Rami. A Brechen deduxere & ipsi Germani Brock & Brocken, Fragmentum alicujus rei. Quare ultra limites excurrit confidentia Menagii. mirabili gradatione Brocco. & Broccare parturientis: Veru, Verucum, Berucum, Brucum, Brochum. Plaudat qui potest. Rideat qui plaudere nequit. A Brocco & Broccare efformarunt Mutinenses Shroccare, idest ramos avellere; quod sane dicunt de pecoribus, jumentisve, ac ceteris animalibus, qui frondes ramulosque ex arboribus depascendo avellunt; aut etiam translate dicunt de homine, qui panem aut edulia expedite ac celeriter comedit.

Briccone. Contumeliosa vox, ad designandum hominem foedis ac dishonestis moribus deformatum. De ejus origine nihil Menagio surceperit. Brica pro Briga, inquit Du-

A

B

C

D

E

Cangius in Glossario. Hinc forte nostris Bricon, & Italīs Briccone pro Impudente, & qui facile rixatur. Quasi Briacone, Udinus est opinatus, idest ebrietati deditum. Haec omnia explodenda. En tibi certam vocis originem. Vocabulum Bricco Mutinensisbus, aliisque Lombardiae Populis in familiari usu est ad significandum Arietem, Tuscis Montone. Inde Briccone, uti & alia ejusmodi convicia, puta Caprone, Pecorone, Civettone, Becco, Barbaglianni, Oca, Asino, Allosco, Porco, Merlotto, Cicalone, atque alia id genus. Inde etiam Bricconeria. Unde verò nos Bricco acceperimus quis novit? Non certe e Latino Buricus, significante equum pusillum. Num a Bicornis, corrupte pronuntiato? MACTET RENETENS AVRATA FRONTE BICORNIS, legitur in Inscriptione apud Gruterum pag. 27. num. 4. E Linguis, quae ante Latinam heic usurpatae sunt, fortassis ad nos usque venit, nisi quis recentiorem originem mihi ostendat. Arabum Lingua habet Baracon, significans Arietem. Sed vocabulum hoc vix in Bricco evassisse potuerit.

Briga. Contentio, Molestia. Inde Brigante. A Latino-barbaro Briga, inquit Menagius, qui deinde subdit: Non so d' onde venga il Latino-barbaro Briga. Ita ille, & quidem cautius quam Acharisius, qui ex Trica vocem hanc deduxit; & Ferrarius, qui a Preces, Preca, Briga, reclamantibus quibusque Etymologiae legibus, ipsam traxit. Sincere fateor & ego, me irrito conatu in ejus originem haec tenus inquisisse. Attamen donec meliora adferant alii, levissimam quamdam
con-

conj. Eturam cur non innuam? Nata vox ista videtur post Seculum a Chr sto nato Decimum aut Undecimum. Neque enim antiquiora occurunt exempla. Itaque perpendant Eruditi Lectores, num ex antiquo Germanico *Brijben*, significante *Scindere*, an e *Barra*, significante nunc nobis *Svaria*, *Repagulum*, *Impedimentum*, efformari potuerit *Briga*, hoc nimirum modo. Primo *Barricare* dixerint, tum *Bricare*, ac tandem *Brigare*, unde *Briga*. In Charta Anni MCCVL a Clariss. P. Grandio in Epistola de Pandectis editâ habemus *Imbriegasse sepe & forâ viam*, qua itur ad *Leccios*. Sunt & alia apud Duangium. Ita *Disbrigare* in Chartis Seculi XII. & XIII. invenimus, quod & adhuc perdurat, nempe *Sbrigare*, in usu Linguae nostrae. Haec sonant *Impedimentum Ponere*, ejusque contrarium *Tollere*. Itaque *Briga* primo *Impedimentum* significavit, ac deinde ad alias significations transferri potuit per Metaphoram. Certe *Embarris Gallicum* & *Embarrasser*, & *Barrisader*, ex *Barra* venerunt. An verò *Barricare* converti potuerit in *Bricare*, unde postea fluxerit *Brica* & *Bunga*, id fateor incertum. Quod etiam tenebras auget, Tuscī veteres usurparunt *Brigare* pro *Curare*, *Conari*, quod aliam originem indicare videtur. Sed fortassis *Brigare* dixerunt pro *Sbrigarsi*.

Briglia. *Frenum equorum*. Hariolantur heic mirum in modum Etymologiarum venatores, Latinorum, Graecorumque arcas studiose scrutantes, ut inde trahant hujus vocis primordia. Ferrarius aut a *Retinaculum*, aut ab *Hahena*, aut a *Frenum*, ipsam prodiisse est op-

A

B

C

D

E

natus. Mirum, quei in hominis docti mentem venerit, ex tam dissimilibus, iisque tribus, nominibus deduci potuisse istud. Menagius e Graeco *ρύν*, significante *Traho*, per familiares suas arbitrarias Metamorphoses invitam vocem detorsit. Ego Germanicae Linguae filiam puto. *Bydile* fuit in usu apud veteres Saxones. *Brittil* occurrat in antiquissima Psalmorum versione Notkeri. Franci in Galliam importarunt *Bride*; & Anglo-Saxones in Britanniam a *Bridle*. A Germanis aut a Gallis Lombardi, ac praecipue Mutinenses, accepere suum *Bria* pro *Brida*, quod Tuscī pro more nostrum *IA* immutantes in *GLIA*, dixere *Briegia*.

Brio. *Animus*, *Fortitudo*, *Vivacitas*, *Vigor*. In officina Menagiana originem vocabuli nullo negotio reperias. Scilicet, is ait, a *Vis*, *Viris*, *Vives*, *Virium*, *Birium*, *Birio*, *Brio* manavit. Stupenda is narrat. Ad nos vox ista venisse ex Hispania videtur. Et laudanda quidem mihi est conjectura Covaruviae, illam deducentis e Graeco *βρίας*, *Robustum Reddo*, *Robore Polleo*. Unde etiam *Briapos Robustus*, *Validus*. Sed quum apud ipsos Graecos parùm usitatum fuerit hoc verbum (exemplum enim duntaxat e Carminibus Hesiodi adfertur) difficile credas, Hispanorum Populum ab iis hausisse hanc vocem. Itaque adhuc quaerendum est, num Arabes, aut Gothi eam invexisse potuerint. Cambrica gens, teste Daviesio in Lexico Cambrico, *Annum* appellat *Byd*.

Broccibieve. Scuti genus. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Brecco. Vide supra *Breccia*.

DISSERTATIO TRIGESIMATERTIA.

733

Brodo. *Jus carnium elixarum.* A Latino *Brodium*, cuius mentio est in Sermon. de Paschate Sancti Gaudentii Saeculo Christi Quarto, inquit Menagius, Italicum *Brodo* descendit. Latinum vero *Brodium* e Graeco βρύων, cuius meminit Hesychius in Lexico. Mihi quidquid ex Hesychii Opere adfertur, ceteris antiquis Scriptoribus ignotum, recentis originis suspicionem ingerit; recentiores enim veteris Lexicis multa addidisse persuasum habeo. Jam in superiori Dissertatione XXXII. Clarissimi Galleardi conjecturam probavi, censentis, nunquam Sancto Gaudentio excidisse Barbaricum illud *Brodo*, sed alicuius Glossema irrepisse in textum. Quamobrem ne puta Latinae originis *Brodium*. Sed quidem Gothicæ, sive Septentrionalis. Et sane Angli adhuc appellant *Brot* *Jus Carnium*. Hickeius verò nos monuit, hanc esse unam e Gothicis vocibus. Gallicum *Broët*, aut *Brouet* ex Italicorum diminutivo *Brodetto* desumptum mihi creditur.

Brollo. Locus clausus, arboribus consitus *. Vide Dissertationem XXI. de Italiae statu.

Bronzo. *Aes* (nobis *Rame*) cum *stanno mixtum*. Menagius duras nobis exhibit Etymologias, dum hanc vocem e *Cyprium Aes*, aut e *Fronde*, per somniaras suas scalas educit. Ferrarius e Germanico *Ertz*, quasi *aenitium*, sive *aeritium*, aut a colore prunarum, quasi *Prunitum*, trahebat. Verum nimis distat *Ertz* a *Bronzo*: neque color *Prunarum*

734

A quidquam simile habet, ut mibi videtur, cum *Bonzo*, *Aere*. Quare videndum, num potius e colore *Nigricanti*, quem *Bruno* e Germanica voce nos appellamus, inditum fuerit nomen illi Aeris speciei, quum revera colorem istum preeferat. *Bruniae* olim nuncupatae Loricae eadem de caulsâ. *Aes Brunitum* diminutivum pro *Aes Subnigrans* invaluisse videtur, deinde *Aes Bruntum*, & denique *Bronzo*. Mutinenses per translationem dicunt *Abronzo*, aut *ciera* o *faccia Bronzina*, vultum hominis significantes subnigricantis coloris.

B *Brucare.* *Frondes amputare.* Ita verbum hoc, nunc obsoletum, interpretantur Academicci Cruscani. Sed vereor, ut haec sit germana illius significatio. Et sane sensu diverso adhibitum fuisse, exempla ibi congesta ostendunt. Nihil arduum Menagio. E *Lucare* (quod verbum iple, ut puto, e *Lacus*, auctoritate sua confinxit) *Blucare*, *Brucare* traxit. Ferenda haec minime sunt. Quando revera *Brucare* significarit *Fondare*, ex Lombardico *Sbroccare* veri similius Florentini effecissent *Brucare*, uti e *Sbrollare* traxerunt *Brollo*, quam vocem infra vide. Nobis *Broche* appellantur *Frondes seu Rami* ex *arbore* excisi. Inde *Sbroccare*, significans, ut supra monui, *Ramos amputare* sive *abstrahere* ex *arbore*. Vide supra ad vocem *Breccia*, ubi de hoc ipso verbo sermo fuit.

C *Brughiera.* Terra *inculta*, *sentibus*, ac *bunilibus plantis infrugiferis horrida*. Ex Gallia in Lombardiam nomen

mi-

* Si vox haec pro *Loco clauso & arboribus consito* accipiatur; seu pro *Corona*, *Ghirlanda*, uti Polit. = *Ove bel' à di fiori al crin fa brolo* =, unico L. scribenda est. Alias duplice cum L. *nudo*, *spogliato* significat apud Tuscos Scriptores. Dant. Inf. 16. Comincid l' uno, e'l tristo aspetto e *brollo*.

migravit; & plura ejusmodi loca in Mediolanensi agro vidi, quae incolis appellantur *Brughere*. Non a *Bruchis*, sed a Gallico nomine *Bruvere*, quae est *Erica*, frutex sylvestris, nomen processit, quem crebrius ibi haec planta crescat quam reliquae. Fureterius tamen enatam vocem censuit ab antiqua Gallica voce *Bruir*, sive *Brouir*, quae comburere significabat, quia le *Brughiere*, ut ad culturam componantur, antea succenduntur. *Bruera* & *Bruarium* eodem sensu occurrit in antiquis Anglorum monumentis.

Brullo. *Spoliatus*. Benevenuto etiam Imolensi teste in Commentariis MStis ad Comoediam Dantis, significat *Pauperatum*, *Nudatum*. Originem vocis se minime assequutum satetur Menagius. Dubitantis tantum specie ait: *Forse per Brullato*. Sed alia est significatio vocis *Brullo*. Conjecturam accipe meam, seu potius certam vocis hujus originem. Mutinenses non *Brullo* ajunt, sed *Sbrollo*, & *Sbrollare* pro *Nudare substantiis, vestibus &c.* Haec autem Mutinensium vox mihi creditur non aliunde nata, nisi e *Perula*, sive *Pera* peregrinantum. Fortasse miraris. At celebris olim ritus fuit sacras peregrinationes ineuntium, *Peram* assumere (nunc *Bisaccia*, *Tasca*, *Saccoccia*, *Scarsella*) & *Baculum*, postea appellatum *il Bordone*, non quod loco *Burdonis*, sive jumenti, peregrinantibus esset, sed a Germanico *Bert*, significante *Sustentaculum*, *Fulcrum*. Mutinenses adhuc vocabulum retinent *Bordonate*, quo denotant *Trabes*, quibus domorum testa tum superiora tum interiora sustentantur. E *Bert* efformatum *Bertone*,

A quod mollius pronuntiatum evasit *Bordone*, & inde *Bordonale*. Assumebatur autem *Pera* ex sacro Altari per manus Sacerdotis, atque ab ipso benedicta. Passavantus, vetustus Italicae Linguae Scriptor, in Speculo Poenitentiali ait *Persono il Bordone, e la Scarsella, come è usanza, dal proprio Prete*. Vide apud Martene Tom. 3. Lib. 2. Cap. 23. de Antiq. Eccles. Ritib. Ordinem ad benedicendum *Baculum & Peram peregrinorum*. Reges ipsi peregrinationem sacram inituri, *Peram & Baculum* solenni et ratione suscipiebant, uti ostendit Du-Cangius ad Joinvillam Dissertation. XV. Teste Monacho Engolismensi in Vita Caroli Magni Augusti Cap. 24. compositum fuit incliti Principis cadaver, & super vestimentis Imperialibus *Pera Peregrinalis posita est*, quam Romae portare solitus erat. Pariterque Leo IX. Papa Romam profectus est, assumta *Perā si ut peregrinus*. Nempe in *Pera* deferebatur pecunia, atque interdum esca, viatori necessaria. Antiquitatis ejusmodi usum habes in Evangelio, ubi Christus Discipulos monet, ut sine *Baculo*, & sine *Perā* se viae committant. Iraque, si quando Peregrini incidebant in latrones (idque non raro contingebat) non *Baculo*, sed *Perā* sive *Perulā* spoliabantur, ad quam ii potissimum inhiabant. Hinc *Experulare, Spoliare*, quod postea pro more *Exprulare* dictum, in *Sbrollare* demum evasit, uti factum vidimus in *Bramare* ex *Peramare*, in *Brsare* ex *Perussare*, in *Brancare* e *Perangare*. Inde *Sbrollo Spoliatus, Nudatus*. Florentini *Sbrolle* in *Brullo* immutarunt.

Bruſo, *Bruscolo*. Vox Florentinorum. A Fragmentum levissimum ligni, aut paleae. Pud derivare da *Fruſtum*, *Fruſtulum*, aut a *Bosco*, inquit Menagius. Ac tandem ait: *Mx credo, derivi da Fifta, Fifta, Fifta, Fasca, Vasca, Busca, Buscum, Bruscum, Brusco*. Postremam hanc derivationem vereor, ne quisquam concoquat. Nihil ego habeo heic animadvertendum, nisi appellari a Mutinensibus *Fruscole* fructula illa, quae fabri lignarii in expoliendo ligno educunt dolabrum sive runcinam, quam Florentini *Pialla*, nos vero *Piolla* appellamus. Translata vox fuit ad reliqua ligni minuta segmenta. An vero *Fruscola* nostrum e *Fruſtulum* descenderit, & an *Tusci Fruscola* in *Bruscolo* converterint, quisnam, rogo, rite decernat?

Brutto. *Deformis*. Recte nos docet Menagius e *Bruttare*, significante *Inquinare*, *Inſuere*, enatum esse *Brutto*. Tum is *Bruttare* deducit e *Bu-tia*: ita nempe teste Plinio appellata *Pix*, quod in inferiori Calabria omnium optima colligatur. Videlicet *Brutia* tuerit *Inquinare* tamquam *Pice Brutia*, atque inde natum *Bruttare*. Nemo credit. Nunquam enim solo *Brutiae* nomine designata fuit *Pix*. Erat *Pix Brutia* species *Picis*, neque indefinite quisquam dicebat *Brutia*, sed *Pix* addebatur. Acharisius, Caninius, & alii, a *Brutus*: Corbinellius ab *Imbrattare*: Ferrarius ab *Impurus* & *Impuritare* hanc vocem traxerunt. Somniis hisce cur & meum adjungere non liceat? E *Peramare* *Bramare*, ex *Peruſſare* *Buſſare*, *Buciare*, nata vidimus. Num ergo ex *Perunus* sensim efformatum *Brutto*? Voce videlicet desum-

Tem. VI.

tā e popularibus Mimis sive Histrionibus, qui, uti Horatius monet,

Peruneli faecibus ora,

Popellum cantilenis, gestibusque suis obleſtabant? Inde *Perunelare*, ac sublatō N. *Bruttare* tandem evasisset, pro *Conſpurcare*, *Foedare*, *Inquinare*. Sed fortasse ne una quidem ex hisce conjecturis rem haſtenus attigit. Apud Schilterum inter veteres Germaniae voces est *Brutten*, *Conturbare*: & *Vintes Bruti* apud Otfridum antiquissimum Germaniae Poëtam, idest *Venti terribiles, turbinosi*.

Buca. Vide infra *Bugio*.

Bucato. *Purgamentum pannorum lineorum* per lixivium. Primo videtur dictum, *Mettere i panni in Bucato*, idest nel *Vaso Bucato*, qualia sane sunt vasa ad id negotii usurpata, atque a ceteris diversa. Deinde ipsi panni appellati fuere *il Bucato*, & *panni di Bucato*. Etymon hoc indicavit noster Alexander Tassonius, celebris Mutinensium Scriptor. Attamen animadvertis velim, Matthiā Cramero teste, Germanicae Linguae esse *Bauhen*, significans fare *il Bucato*. Inde conſequum videtur *Bocato*, *Bucato*. Ita & apud Schilterum antiqui Germani dixerunt *Buchen* pro *Lavare*, quod in Linguam Italiam inflexum dat *Bucare*, & inde *Bucato*.

Bucinare. *Clam & caute rumores spar gere*. *Susurrare*. Interdum quoque *Buzzicare* Florentini dixerunt. Sed prior vox usitior, pro qua Mutinenses dicunt *Buinare*. A *Bucinum* Menagius traxit, aut a *Vox*, *Vocare*, *Vocare*, *Bocicare*, *Buzzicare*. Tum his verbis oratio-

A a a

net

nem claudit: Vene sicuro da Buccinum. Mihi ignota vox est Buccinum. Novi quidem Buccinam & Buccinare Latinorum, significans Sonare la Tiomba: at hoc contrarium est significationi Italici verbi Buccinare & Mutinensis Businare. Itaque verbum hoc natum opinor aut e Bocchina, aut potius e Vocina, diminutivis vocabulorum Bocca & Voce. Nam qui alteri in aurem insuffrat rumores, submissâ ac tenui voce utitur, neque patulo, sed angusto ore loquitur. Mutinenium Businare crederet aliquis e Busino profectum, quo nomine nos significamus un Buco picciolo, quasi suffrones per Foramen exiguum suas cogitationes aliis insufflent. At mihi potius videtur, Tuscorum Buccinare a nobis immutatum in Businare. Apud eosdem Tuscos in usu est etiam Vocina, & Boce pro Voce.

Buffare. Insuffare, Flare, Inflare. Si fidem habere Menagio volumus, Latinum Bucca in Buffa conversum fuit; atque inde enatum Buffare; immo & Beffa, ac insuper Buffetto, significans ut ipse putat Armario, o Credenza; proptereaque Pan Buffetto: Buffone: Buffera; & quid non? At ubi primam metamorphosim neges, omnia corruunt. Videndum potius, an a figura aut sono oris, quem insufflamus, ori potuerit Buff, quod adhuc usurpamus (Anglica & Germanica Lingua Puff pronuntiant) & inde postea Buffare, & Bufera ventus. Eiusmodi est & apud Latinos Sibilare, Mugere, Rugire, aliaque permulta a sono. Nos quoque habemus Abbajare, Azzare, Bisbigliare, Frullare, Tartagliare, Cricch, Ciocch, aliasque voces e sono enatas. Vide infra Fischiare.

A Bugia. Mendacium. Caninius a Budia Syriaco; Ferrarius a Futilis Latino deduxere. Ambo sane infelicititer. Menagius fatetur sibi frustra quaesitam vocis originem. Si non certa, veri saltem simillima opinio mihi insedit, Germanicum vocabulum Boss fontem esse, unde Italicum Bugia manarit. Scilicet Boss Germanis est Burla, Scherzo, Baja, Facezia, & horum similia, quae Jocum significant. Nunc Bossem ii dicunt, sed vox primitiva Boss est, uti Cramerus animadvertis. Joco loqui, sive ut Germani dicunt Reden zum Boss, aut Bossem, idem est ac Parlare da burla, dire una favola. Non loqui verum. Et sane pleraque Jocorum Mendacii genus quoddam in hominum commercio continent, a quo Mendacii genere culpa abesse potest, quemadmodum Sanctus Augustinus in Libro de Mendacio ostendit. Itali ergo Mendacium joculum Boss appellare coeperunt, ac deinde ad quodlibet Mendacium translulere vocabulum, efformata voce Bosia & Busia, quam Lombardi adhuc retinent. Propius etiam ad originem illius vocis accedunt Neapolitani, dicendo Bosia. Tisci pro more suo in Bugia convertunt. Est & Bos eisdem Germanis, significans Malus, Improbus, Perversus, Fraudulentus: inter quod vocabulum & Lombardi um Bosia vel Busia, quantum affinitatis intercedat, nemo non sentit, ita ut hinc etiam Italica vox produisse potuerit. Et olim quidem Bos significasse videtur un Bugiardo, un Mentitore. Ratherius Saeculo Christi Decimo, Veronensis Episcopus in Opuscul. Qualit. Conject. inquit: Non habeo fidum, cui hoc committ-

mittam ministerium; siquidem illum, cui unam libum argenti pro trabibus emendis commiseram anno praeterito; immaniter inde mibi *Bausiassae* percepit. Et in altero Opulculo de Contentu Can. Part. I. ait: *Fraudulentus adeo est, ut Bausiator vulgo dicatur.* Nihil aliud est *Bausiator*, & *Bausiare*, hoc est *Bosiare* & *Bosiator*, ut alii ajebant, nisi qui *Mentitur*, & *Fraudem facit*, *Bugiaro*, e che dice *Bugie*.

Bugio. *Perforatus, Vacuus.* Menagius vocabulum *Buca*, significans *Srobum, Foveam* e Latino *Bucca* dedicit, atque inde prodiisse putat *Bugio*, & *Buco, Foramen.* Habeat ille suum Eymon. Nos *Bocca* pro *Bocca* retinemus. Neque *Bucca* exprimit, quod per *Buca* nos significamus. Mihi adhuc ignota est vocis origo, nisi quod obversatur menti meae dubitatio aliqua, num e Germanico *Bos*, vel *Boſs*, unde *Bugi*: enatum mihi visum fuit, uti in praecedenti voce dixi, emeſſe potuerit *Buca*, *Buco*, *Bugio*. Animadvertisendum quippe est, in Lombardia nostra dialeto pronuntiari una *Busa*, un *Buso*, un *legno Buso*. Ad vocem *Bustare* infra videbimus, antiquorum morem fuisse, paratis *Foveis*, quas *Bile* nuncupamus, decipere feras, immo & ipsos homines. Atqui *Bausiator*, idem atque *Bosiator*, *Bosiator*, *Fraudulentum* sonabat olim, ut mox ante innui. Ac proinde fare una *Busa* ad alcuno, fortasse dictum fuerit, pro alicui *Fraudem facere*. Et inde postea invaluerit *Bulo* pro *loso* *Vicio*. Longe petitum video hoc Eymon; sed meliora preferant eruditii Germani, quibus eorum Lingua vetus perspectior quam mihi. Facile enim mihi accidat

A

B

C

D

E

in Germanicis vocibus, quod Germanis interdum accidere video in pertractandis Italicis. Celeberrimus Leibnitius in Epistola ad Mejerum originem vocis *Archibugio* quaerebat. *Arkebusse* Germani appellant, nomen ab Italib mutuati. Nulla dubitatio est, quin prima pars nominis sit ab *Arcubus*, quorum loco successere *Archibugi*. *Busse* vero, inquit Leibnitius, est nomen generalissimum, notans quodlibet *Vasculum*, quamlibet *Pixidem*, quia formatur ex *Buskbomboli*. Indicare vult Leibnitius Italican vocem *Bossolo*, Mutinensisibus *Bussolo*, *Bussola*. Sed nihil rei est *Buxo*, *Vasculus*, & *Pizziæ*, cum Italico *Bugio*, seu Lombardico *Buso*. Hoc significat nobis aliquid *perforatum*, atque *intus vacuum*, qualia sunt *Archibugi*, vide-licet canuae ferreæ intus vacuae, sive evacuatae, quae propterea ex *Aco* & *Bugio*, sive *Buso*, nomen accepere.

Buio. *Orcurus, Tenebrofus.* Hujus vocis adhuc incerta origo est. Frustra Castelvetrus noster *Pultus* immutatum cenlet in *Buio*. Ridendus Pergaminus, qui ex Hebraico *Bohus* illam derivat. Neque a *Furvus*, ut Gujetus est opinatus, quisquam eam deducat. Caninius vero, & Monosinius a *Burrus*, seu a Graeco Πυρρός ipsam traxere: iisque subscribens intrepide Menagius ait: *Ne viene sicuro*. At apud veteres *Byrrus*, seu *Burrus*, significavit non nigrum, sed *Rufum*, seu *Rufum colorum*, Festo & Isidoro testibus. Et in Regula Templariorum Cap. XX. legimus: *Vestimenta unius coloris esse jubemus, verbi gratiâ, Alba, Nigra, vel etiam Burella.* Neque descendit *Buio* a Graeca voce φαιδος, ut Ferrarius suscipit Aaaa caba-

cabatur; nam is etiam est color inter Album & Nigrum. Illud certum mihi videtur, non *Buio*, sed *Buro* fuisse primitivam vocis hujus pronuntiationem. Adhuc Bononenses, Mutinenses, aliquae Populi *Buro* pronuntiant. Immo & ipsi Florentini *Buro* olim dixere, uti apud eumdem Menagium exempla a Redio congesta docent. Sed ii converterunt *Buro* in *Buio*, quo more etiam tot alias voces in *Aro* efferunt, dum apud reliquos Italiae Populos in *Aro* desinunt, puta *Gennaro*, *Febbraro*, *Macellaro* &c. Tuscis *Gennaio*, *Febbraio*, *Macellario* &c. Itaque perpendendum, num *Buro* descendisse potuerit ex Hebraico *Bor*, aut e Graeco ῥῶψις, significantibus locum *concarum*, *obscurum*, *tenebrosum* &c. de quo infra ad vocem *Burrone*, & *Burlare*. *Bullo*, idem quod *Smargiasso*, & *Sgherro*. *Thrafo*, *Satelles*. Lombardica vox est. Ejus origo Germanica mihi creditur, hoc est e *Bul*, *Babl*, & *Bubler*, significante *Drudo*, *Amante*, *Bertone*. Ita primo appellati meretricum Amasii, seu *Satellites*: tum quicumque *Thrafonem* agunt, sive *fanno il Bravo*. Anglis quoque *Bully* significat *un falso Bravo*.

Burasca, seu *Burrasca*. *Tempestas*, *Procella maris*. Hanc vocem a *Buffa*, *Bufra*, *Buferasca*, *Burasca* enatam putavit Menagius. Ferrarius a *Borra*, sive a *Boreas*, sive a *Bullitione maris*. Neutri adhaerendum censeo. Nimis enim distat literarum structura in *Buffa* a *Burasca*, & *Bullito*. Neque tantum *Boreas*, sed & alii venti mare conturbant, ac procellas in aequore excitant. Non aliunde profecta mihi creditur *Burasca*, nisi a *Buro*, quo nomine nos Lombardi appellamus *tempus tene-*

A *brosum ac nubilum*, sive locum quempiam *obscurum*, *Tusci* verò dicunt *Buio*. Procellosum mare fere semper sub *obscuro caelo* furit, ipsaque ejus superficies veluti nigrescit. Vide supra *Buio*.

B *Burella*. Si Auctoiribus Vocabularii *della Crusca* credimus, est una specie di prigione, e forse quella, che oggi diciam segreta. Per translationem ita appellatus est carcer aliquis profundus & tenebris osus. Centerum *Burella* significat proprie *Foveam*. Vide subsequens verbum *Burlare*, & infra vocem *Burrone*.

C *Burlare*, *Fallere*, *Deludere*. A *Burra*, nel significato di *Qusquiliae*, cioè cose da niente, opinatur Menagius deducendam vocem *Burla*. A *Pila* Ferrarius. Neutrum probes. Certainam vocis originem detexisse mihi videor. Nimis a *Burrella*, sive *Borrella*, significante nobis Lombardis *Foveam*, sive *locum in terra cavatum*, vox desumpta fuit, ut esset primo *Burrellare*, tum *Burlare*. *Vulpes*, *Lupos*, aliave animalia rapacia capturi homines, *Foveam* humi cavabant, & levi superinducto tegmine, aut mobili tabulâ superimposita, in eam impellebant feras. *Foveae quibus feras venamur*, Plinio memorantur Lib. X. Cap. 38. Est & apud Plautum in Poenulo Act. I. Scen. 2. *Decipere Foveam*. Hinc *Burrellare*, pro *Decipere*, translatum ad alias significations affines. Ita dicimus *Uellare* altrui, *Trappolare* altrui. Neque tantum feris, sed & hominibus olim decipulae ejusmodi positae. Habemus in Psalmo LVI. vers. 5. *Laqueum paraverunt pedibus meis. Foderunt Foveam ante faciem meam, & inciderunt in eam*. Vide & Isaiae Cap. XXIV. vers. 17. & in aliis

D

E

Scri-

Scripturarum locis eandem phrasim. Porro confirmatur origo vocis *Burlare* a *Burrella*. Nam & nos Mutinenses dicimus *Sburlare gli occhi*, pro *Exburrellare*, hoc est e *Burrella*, seu cavitate oculos fere educere, ut intentissime aliquid spectemus. Ita Mediolanenses habent *Burlar ḡd*, pro incaute *Cadere*, ad instar eorum, qui in foveam decepti cadunt. Gallis *Trape* idem est ac *Burrella*, & *Attraper* est capere feram in fovea, quam mobilis tabula insidiose tegit. *Attrappolar* nos Mutinenses dicimus. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*, & infra vide vocabulum *Trappolo*. Hisce adde & Paullum Diaconum Lib. 4. Cap. 46. de Gestis Langobardorum, haec de Sclavis Beneventanam regionem afflgentibus scribentem: *Qui occultas Foveas circa sua castra facientes, quum Ajo Beneventi Dux super eos venisset, eosque debellare vellat, equus ejus in unan de eisdem Foveis cecidit, atque irruentibus super eum Sclavis, extintus est.* Ita in Lege 310. Rotharis Langobardorum Regis. si quis fossatum occulte cooperuit, unde alieno equo aut pecori damnum contingat, illi poena indicitur, qui occulte fecit. Constat etiam ex Paralipomenis Anonymi Salernitani Cap. 57. Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum, Christianorum plurimos captos & necatos fuisse occultis in Foveis, quas Saraceni paraverant. Cadalo quoque Antipapae *Foveam in Strata Motinensi* struxit Beatrix Ducissa Tusciae, Donizone teste in Vita Mathidis. Eiusmodi Fovearum in obsidione Cremae Anno MCLIX. mentio est apud Radevicum Lib. 2. Cap. 57. de Gestis Friderici I. Vide & eis

A

B

C

D

E

callide usum Rogerium de Lauria Anno MCCLXXXV. adversus Gallos in Catalonia, teste Nicolao Speciali Lib. 2. Cap. 4. Histor. Sicul. Tomo X. Rer. Italicarum. Haec germana mihi videtur origo verbi Italici *Burlare*. Unde vero *Burrella*, *Burrella*, seu *Borrella*, descendit, vide infra in vocabulo *Burrone*. Ceterum nedum Mutinenium pueris, sed & Regiensium, Parmenium, Bononiensium, aliorumque Populorum adolescentibus adhuc in usu est infantilis Ludus *Burrellae*, seu il *Gusco della Borrella*, sic appellatus ab exigua fovea, hoc est *Borrella*, in solo cavata, in quam quidem solatii, jocique caulsâ, interposito quorumdam passuum spatio, manibus immittere & jactare solent nuces, nucleosque pomorum Persicorum.

Burro. Ita a Florentinis appellatur *Butyram*. Quantum ii a prima voce recesserint, animadverte. Nempe, ut upinor *Butyrum* converterunt in *Butrum*, *Butro*, *Burro*, aut a Gallis accepere *Beurre*. Nos Lombardi adhuc dicimus *Butiro*, & *Buttero*, & *Botero*. Germani quoque & Angli *Butter* retinent.

Burrone. *Locus asper & profundus* subrupibus. Ita Academicci Crusciani in Vocabulario. Etiam *Borro*, testibus ipsis *locum praeruptum* significat, per quem defluit aqua. Menagius originis diversae arbitratur *Borro*, & *Burrone*. Hoc a *Burrus* Latino vocabulo (quod tamen ille sibi finxit) significante *Cirratus*, *Crispatus*, *Hispidus*, derivat. At *Borro* e Graeco *B* ον deducit, significante *Rivus in praelo*. Ego & hanc vocem eā significatione adhibitam suspicor confitam, aut saltem dubiam. Nullum proinde ex hisce

Ety-

Eymis probandum videtur. Mutinensium Dialectum audi. Nobis aopellatur *Badrione* quaecumque vorago, caviras, seu fovea profunda tam in planicie quam in montibus, immo & inter ipsas domos. Et nullus dubito, quin idem sit atque Tuscorum *Burrone*, quam vocem potuissent illi accuratius definire. Atqui Mutinenses *Budrione* procul dubio a Graecis accepere, apud quos *βάθης* significat *Foveam*, *Scro'ēm*, *Cavitatem*. Graecis quoque est *βάθης*, itidem significans *Foveam*, *Scro'ēm*, *Cavitatem profundiorem in terra aut lapide*. Inde *Borro* enatum credo: neque enim ut *Borro* appelleatur, necesse est, ut per illud aqua defluat. Nuper vidi mus, *Burlate* efformatum e *Burrella* seu *Borrella*, idest *Fovea*. Nunc habes originem vocis ipsius *Burrella*: diminutivum nempe est, descendens e *Borro*, & significans *parvam Scro'ēm*. Neque tantum Graecia heic nobis suppeditat *βάθης*, & *βάθησις*, *Foveam* significantia; sed & Hebraica Lingua *Bor* habet, item significans; ita ut recte etiam ex hoc fonte deduci possit *Borro*, *Burrone*, *Burrella*. Praeterea Italicae Linguae est *Burrana*, quo nomine designamus locum infimum, in quem defluunt aquae. Celebre est ejusmodi vocabuli receptaculum in Ferrarensi agro, quo confluunt aquae e Mantuano, Mutinensi, ac Regiensi. Boccaccius in Fabula Secunda Diei Octavi ait: *Corre l'Acqua alla Borrana*. Vereor, ut Autatores Florentini Vocabularii recte interpretati heic fuerint vocem

A *Borrana*, quam putarunt herbam *Borragine*. In textu Boccaccii non continuo sequitur: *E fa tremar la foglia*, ut ii scribunt. Quare arbitrandi locus est. *Borrana* ibi quoque locum designare concavum, quo sese recipiunt aquae *.

B *Busse*. *Verbera*. Menagius a *Pulsare* natum *Bussare*, ac inde *Busse* putavit. Non repugno. Additum tamen volo, ant. quissimam vocem Germanicae Linguae esse *Busse*, qua significatur *Poenitentia*, *Multa*, *Poena*: & *Bussen*, *Poenitentias agere*, dare *Poenas*, quod praecipue a Poenitentibus siebat aut Psalmorum recitatione, aut Flagellorum usu. Hinc Germanis *Buss-tag*, *Poenitentiae dies*: *Buss-kleid*, *Cilicum*: *Buss-Psalmen*, *Poenitentia Psalmis peralta*, ac alia multa. Quare iuspicio suboriri posset, illinc ad nos descendisse *Busse* & *Bussare*, significans nunc tantummodo *Pulsare* & *Verberare*.

C

D **C**

Cacciare. *Venari*. *Caccia*. *Venatio*. Assentiri non possum Menagio, vocem hanc a Latino *Capto*, aut *Capio* derivanti. Non est haec prima ac germana illius significatio. Nihil aliud primo fuit *Cacciare* nisi *Persequi*, *Expellere*, *Depelleve*, *Fugare*: eoque seniu adhibetur ab Italisch. Nos *Scacciare*, *Discacciare*, *Cacciare* dicimus, & nobis *Dar la Caccia*, idem est atque in *Fugam Azere*. Ita Galli suum *Chasser*, & *Donner la Chasse*, uti & Angli *to Chase*

* In Cod. chartaceo M^{Sto} Decamer. Joannis Boccaccii, quem Franciscus Amaretti Mannelli an. 1284. ex autographo exscriptit, existente in Bibliotheca Mediceo-Lauren-tiana, qui **OPTIMUS** nuncupatus, nuper, h. e. an. 1761. typis in lucem editus est; non = *L'acqua corre alla borrana* = sed quidem legitur peripicue = *L'acqua corre la borrana* = . Qua dicendi forma doctiss. Muratorii sententia satis roborari videtur.

Chase usurpant. Ad Venatores deinde translata vox *Cacciare*, subintel ligendo feras, pro *Fugare*, *Eduere* de latebris, *Persequi* feras. In Vita Sanctae Gudilae ad diem VIII. Januarii apud Bollandum Cap. 8. Rex Carolus exercitio venationis Regio more deditus, per circumadjacentem forestem exturbabat feras e suis saltibus. En germanam vocis *Cacciare* significationem. Non igitur a *Catio* aut *Capo* *Cacciare* manavit, sed illud aut ex aliqua Septentrionalium Linguarum, aut ex vetustissima Gallorum Lingua, vox superstes dicenda est. *Cacciare porcos* & *fermina* legitur in Capitulari Caroli Calvi Regis Franciae, Seculo Christi Nono. Ex *Cacciare* efformavimus per translationem *Procacciare*. **Cagionevole.** *Valetinarius*, idest *Valetidine* parum firmâ utens. *Causarios* id hominum genus appellarent Latini. Quare uti Lingua Tuscorum *Cagione* dicit pro *Causâ* (quoniam *Cagione* ab *Occastone* prodierit) ita pro *Causarios* efformavit *Cagionevole*. At vox ista in usu tantummodo Scriptorum est, non autem Vulgi.

Cagliare. *Lahascere*; ita interpretantur Academicci Cruscani. A Graeco, καλλω, significante *Dimittere*, *Relaxare*, deducit hanc vocem Menagius. Atqui nos *Calare* inde traximus: quei ergo & *Cagliare*? Carolus Datus a *Coagulare*, unde *Quagliare*, *Caglio*, derivavit, metathorâ a latè deductâ, quod fluere definit: sed audax translatio videatur. Mihi potius creditur, reëta ad nos venisse hoc verbum ex Hispanico *Callar*, quod *Obmutescere* significat. Nam inter litigantes, aut juriis contendentes, qui primus obmutescit, cedit. An verò

A

Callar Hispanicum e Graeco καλλω descendenter, incertum puto. Nemo ex antiquis Linguae nostrae Scriptoribus verbum hoc usurpavit. In ore Italicorum ipsum invaluit, postquam Hispani dominari heic coeperunt.

B

Calafatare. *Pice illinere Nives*. Vox insalutata Menagio. Gallis *Calfenetr* & *Calfater*, Hispanis *Calafatear*. Ejus Origo aut Graeca, aut Arabica. Linguae enim Arabicae est *Kalafa*, sive *Calasa*, quod verbum *Gollius* & *Giggeus* ita explicant: *Fibris palmae*, vel *musci comâ tabularum commissuras infarciendo*, & *obducendo* *picem*, *stipare Navim*. Graecis medii aevi eadem vox fuit, nempe καλαφάρη. Vide Du Cangium in Glossario Graeco. Falli puto *Covaruviam* & *Furetrium*, qui ex Hebraico *Cephar* efformatum *Calafatare* censuerunt.

C

Calare. Varias significaciones habet. Pro *Demittere*, *Laxare*, omnino verisimilis est Monosinii, aliorumque sententia, deducentium hanc vocem a Graeco καλλώ. quod idem significat. At quum *Decrescere*, *Insinuari* significet, Arabicae originis fortassis est: nam a Populo illo dicitur *Killa* pro *Defecit*, *Caruit*, *Destituit*, *Gollio* teste. Itemque *Challa*, *Diminutum*, *Extenuatum* fuit. In commercio cum Arabibus, quum de pondere auri, aliarumve mercium ageretur, saepe ex Arabum ore exaudita fuerit vox *Challa*, eamque Itali arripuisse potuerunt. An verò & ii a Graecis hanc vocem fuerint mutuati, latet.

D

Caleffe. Vehiculi genus. Vocem acceptimus aut a Germanis, quibus est *Kalesch*, aut a Gallis, quibus *Caleche*. Ita e Germania ad nos venit una *Sedia Rollante*.

E

Cal-

Calibro. Mensurae species apud tormentorum bellicorum Artifices. Fortassis ab *Aequilibrium* derivata vox fuit. Herbelotius tamen eam ab Arabico descendisse opinatus est.

Calma. *Tranquillitas Maris.* E Graeco *μαλαχίας* vocabulum hoc traxit Menagius, hecce via: *Malacos*, *Calamos*, *Calmus*, *Calma*. Paene incredibilem quisque agnoscet metamorphosin. Mihi veri videtur similis, ne dicam certum, e Graeco *καῦπα*, significante *Aëstum*, & *Calorem* nimium, efformatum ab Italica fuisse *Calma*. Nam *AV.* Majores nostri interdum efferebant per *AL.* ut infra ad vozem *Scalrito* ostendam. Ita Graecorum *Σάρων* *Sagmo* Latino-Barbari converterunt in *Sauva*, & nostri inde efformarunt *Salma*, nunc *Soma*. Cur Graecorum *καῦπα*, *Cauma*, ab Italica adhuc fuit ad significandam *Malaciam*, ea caufsa fuit, quod qui mare, velis praecipue utentes, perigrant, si nullo flante vento nullus est in pelago motus, Aëstu perquam molesto tunc divexantur. Atque inde Mutinensium aliorumque Lombardorum, *Scalmana* processit: quo nomine donatur aëris, aut corporis intolerandus Aëstus. Senensis quoque & Florentinis est *Scalmare* significans *gravi labore* Aëstu ac siti. Verbo huic ita originem ope sui cerebri Menagius fabricavit: *Calor*, *Calos*, *Calus*, *Calimus*, *Calimare*, *Excalimare*, *Excalmare*, *Scalmare*. Nugae. Et istud e *Cauma* immutato in *Calma*, enatum est. *Scalmire* quoque Mutinenses dicunt, quem panni mafacti & complicati, neque ad aërem expositi, e fermentatione Aëstus atque humoris contrahunt integratum quemdam odorem, & mar-

A

B

C

D

E

cidam qualitatem, praetereaque calorem, si in eis est, corruptunt. Denique in Vocabulario della Crusca *Scalmati* dicuntur equi, ob nimium calorem contradictum in maciem inclinantes. Quare primo *Calma* significavit nimium *Aëstum*, quo quum laborent navigantes, quoties Malacia in mari sentitur, propterea ipsam *Malaciam Calma* appellarent. Eamque vocem subinde usurparunt Galli, Hispani, Britanni, ac Germani. Et quoniam Malacia ipsa nihil aliud est nisi *Tranquillitas Maris*, hinc ortum habuit verbum *Calmare*, significans *Tranquillare*.

Camminare. *Ambulare.* Iter facere. Ferrarius & Menagius a *Campa*, quod est *Crus si se Gamba*, *Campinare*, *Camminare*, profectum putant. *Campare* inde futurum fuisse, non *Campinare*. At, inquiunt, diminutivum est. Veidūm Itali pro diminutivo a *Gamba*, *Gambettare*, *Sgambettare*, efformarunt. Et *Camminare* unico N. scriebatur olim, quanquam nunc Florentini, ut popularem suam pronunciationem exprimant, duplex N. voci dederint. Ita *Chemin* & *Cheminer* Gallicum, ita *Hilpanicum Caminar* & *Camino*. Potius ergo nata vox a *Caminus*, *Via*, *Iter*, quo vocabulo usus est apud Hispanos Visigothorum Rex Wamba Seculo Christi Septimo, aliique apud Du-Cangium legendi. Aut videndum, an a *Komen* Teutonico, quod *Venire*, *Pervenire* significat, effluxisse potuerit. Ab eadem Germanica voce *Komen*, suum *Come* (quod *Came* evadit in praeterito) Britanni accepere. Certe Bergerus, Schilterus, & alii *Chemin* censuere Celticam vocem.

Cas

Camo. Panni species. Vide Dissertationem XXV. de *Textrina*.

Canto, Cantone. Angulus. Si Menagio fides, Latinorum *Canthus*, seu Graecorum κανθός, idest oculi *angulus*, originem huic vocabulo dedit. In ea opinione praececesserunt Henricus Stephanus, Martinius, ac alii. Non facile consentiam ego, quum *Canthus* Latinis *Ferrum* tantummodo significarit, quo rotae extremitates vinciuntur. *Angulos oculorum*, non *Canthos*, Plinius eam corporis partem appellavit. Sed proprio, inquieto, nomine eos *Angulos* Graeci dixerunt *Canthos*. Ita sane. Verum cur iognotam vocem, neque a Latinis adhibitam, Itali & Galli concordi studio accepere, non ut *Oculorum Angulos*, sed ut quemcumque *Angulum* designarent? Mihi veri videtur similius, Italicum *Canto* e Germanico *Kant*, idem significante, processisse, si verum est, quod Mathias Cramerus tradit, haberi in Germanica Lingua vocem istam, eamque antiquissimam. Neque *Canto* proprie *Aegulum* significat, sed quidem *Latus*, seu *Partem*, sive ut nos dicimus, *Banda*, seu *Disparte*. Remotiorem autem sive abditiorem partem Majores nostri appellavere *Cantone*.

Caponna. *Tugurium Pastorum*. Antiquissima vox. *Tugurium*, inquit Isidorus Lib. XV. Cap. 12. *parvula casa est. Rustici Capannam vocant, quod tantum unum capiat. Ineptum Etymon*, neque immerito, istud appellat Menagius. Tum is post Monosinium contendit, ex Tom. VI.

A

B

C

D

E

Graeco κάπη descendisse *Capanna*: Immo idem Monosinium καπάνη eadem significatione reperit apud Graecos, eique plaudit Menagius. Verum καπάνη Graecis nihil aliud fuit nisi * *Veiculum*, aut *Praesepe*, Italice *la Mangiatoja*: κάπη, *Praesepium*. Quid rei ergo est vocibus Graecis cum Italico *Capanna*? Habent & Hispani *Cabanna*, Galli *Cabane*. E Septentrionalibus Populis ad hosce Populos fortasse vox migravit: nam & Cambro-Britanni, Daviesio teste, vocem vetustissimam *Caban* servant. In Charta Anni Christi MLV. quam habes in Notis Benvoglienti ad Statuta Pistoriensia in hoc Opere edenda, legitur: *Et Pojo, qui vocatur Capana murata*.

Capitare. Vide infra vocabulum *Incappare*.

Cappare. *Eligere, Seligere*. Primo *Cappare* natum puto, quod presso pronuntiatum, duplex P. admisit. A *Capitibus* rerum feliciter efformata vox videtur. Antiqui multis in vocibus literas non duplicitabant, quod nunc Florentini faciunt.

Cappio. *Nodus laxus*. Vide infra *Gabbare*.

Carnasciale. Carnovale. Vide Dissertationem LXXII. de *Caussis imminutae &c.*

Carrezza. *Rbeda nobilium, ab equis vecta*. A *Carrum* deducit Menagius. Rectâ venit ex Latino-barbaro *Carrocium*, de quo in Dissertatione XXVI. de *Militia* egi.

Cassare. *Delere, Abolere*. A *Cassare* Latino, quod pro *Quassare* veteres

B b b

res

* *Vehiculum*, sive ut alii volunt *Veiculum*, quod ex *Veja* *Plaistrum*, dictione Osca, desumunt, Graece οχυρα, φορέω, ἄρρεν dicitur, non autem καπάνη. Quei ergo καπάνη heic sumitur pro *Vehiculo*, seu, si malis *Veiculo*? Suspicandi locus est, tricas ex librariorum, seu typographorum incuria heic delitescere, quae enucleandae aliis relinquuntur.

Homero Iliad. 18. ex Luciano Libro de Luctu, ex Platone Lib. 12. de Legibus, aliisque Aucto-ribus ostendere possem.

Catasta. Strues lignorum. Si Menagium audimus, *Catasta*, Isidoro teste, fuit *Lectus ferreus*. Tum suspicatur, efformatam fuisse vocem res usurparunt, derivandum est, si Menagio credimus. Utique a *Cassare* processit. Minime vero *Cassare* a *Quassare* descendit, cuius plane diversa est significatio, sed a Latino *Cassus*, idest *Inanis*. In Lege XIV. *Dudum*, Cod. de contrabenda emtione; quae promulgata fuit Anno Christi CCCXCI. habemus: *Lex Cassata*, idest *Abolita*, *Arogata*. In antiquis etiam Chartis non raro occurrit formula haec: *Cassam & irritam fecit*.

Cassaro. *Arx*. Ita Senenses. Florentini vero *Cassero* dicunt. Occurrit vox ista apud antiquos Italicarum Rerum Scriptores, tum Latinâ, tum Vulgari Lingua usos. Italiæ originis vocabulum Du-Cangius putavit. Errat. Sed gravius fallitur Menagius, qui a Latino *Capsa* emersisse *Cassero* aut *Cassaro* censet. Nulla dubitatio futura est, quin Arabes eam intulerint in Italiam. Habet ea Lingua *Chassiron* & *Chassaron*, significans Gollio teste, *Sepimentum*, *Munimentum*, *Castellum*, uti & *Chassara*, *Arce ob-sedit*. In Charta Hispanica Anni MCLXXXII. producta ab Antonio de Yipes, memorantur tres *Cassares*, videlicet *Villa-nova* &c. Du-Cangius pro *Casales* scriptum putat; sed heic nullus emendationi aut interpretationi locus est, quem *Cassara*, hoc est *Castella*, illuc designari certissimum sit.

Cataletto. *Feretrum*. Monoſinius, &

A

B

C

D

E

ex eo Academicci della *Crusca*, nomen hoc ex Graecia ad nos adventum censuerunt, efformatum videlicet ex καταλίχομαι, *Cubo*, *Dormio*. Menagius a *Castrum Lecti*, aut potius ex κατά & Λέγεις, ut sit καταλέγεσθαι. Ferrarius vero (minime sane heic audiendus) e *Capulus*, traxerunt hanc vocem. Mea opinio est, vix falli nos posse, deducendo vocabulum *Cataletto* e Graeca Lingua, sive hoc sit ex καταλίχομαι, sive ex καταλέγομαι, sive etiam ex κατά & λέγειν, quam postremam vocem in *Lectus Latinus* immutarunt, Nobilium enim cadavera non in nudo *Feretro* (nunc *Bara* Italice) olim ad tumulum deferebantur, sed in *Lecto*: quem morem, a Romanis usurpatum, servatum adhuc videoas in efferendis Episcoporum, aliorumque insignium Procerum corporibus. In Chronico Alexandrino, seu Paschali (uti etiam animadvertisit Du Cangius) occurunt καταλέγειν, scilicet *Strata*, *Mattæ*, *Stragula*, nobis *Materassi*. Itaque *Cataletto* idem est ac *Lectus emortalis*. Aulicus Tisinensis Cap. 13. de Laudibus Papiae, Tomo XI. Rer. Italicar. funerum formam describens Anno MCCCXXX. haec habet: *Sequitur funus* (idest caderer) in *Lecto* cum calcitra & sinteaminibus & operorio, sub quo positum est indutum vestibus sui status vel ordinis, ut ab omnibus videatur. Atque heic animadverte, quantâ constantiâ Majores nostri hac in re veterum mores tenuerint. Sunt hi versus Persii:

----- tandemque beatulus alto
Compositus *Lecto*, crassisque latus amomis,
In portans rigidos calces extendit. -----

En

En ut Romanorum quoque temporibus in more fuit, collocare in Læto Defunctorum cadavera, eaque in atrio domus statuere, pedibus in portam versis: quod & nunc facimus. Immo idem ritus antiquissimis Graecis fuit, uti ex a καταστοτε, aut a Casa & Tassus, nos monens, ut vocabulum Gallicum *Tas* in ejus Originib. Gallic. adeamus. Defecit heic Menagium sua eruditio. Neque Du-Cangius rem ipsam satis pro sua solertia animadvertisit. *Catastæ* nomen non Italicum est, sed mere Latinum, aut si mavis Graecum. De eo complures eruditi viri egerunt, sed praecipue magnus Cardinalis Baronius in Notis ad Martyrologium, ad diem XVI. Martii, & la Cerda in Adversariis, Cap. 71., ut pudeat his immorari. Attamen in gratiam minus peritorum dicam, *Catastam* nihil aliud fuisse nisi Tabulatum, sive Suggestum ligneum, in quo tum Servi venales exponebantur, tum expositi ad ignominiam, atque etiam cruciati fuere non pauci e Sanctis Martyribus. Vocem hanc adhibuere Tibullus, Plinius senior, Persius, Statius, Sanctus Cyprianus, Prudentius, & alii. Eamque retinuerre Itali, nunc eâ utentes ad significandum cumulum·elevatum lignorum, & per translationem etiam aliarum rerum.

Catasto. *Tributum Decimarum*, bonis Civium, Anno Christi MCCCCXXVII. a Republica Florentina impositum. Ab *Accatastare* derivarunt hoc nomen post Machiavellum Academicum Cruscani in Vocabulario. Errasse illos diserte scribit Menagius: nam *Catasto*, si ei fidet, appellatum fuit a *Capitastrum*.

A Atqui, reponebat Octavius Ferrarius, tributum illud non capitibus, sed bonis indictum fuit. Nihil refert, Menagius subdit: Non hanno risguardo a queste distinzioni gli Etimologi. Lepidum sane responsum, ut somniare quidquid lubet, Menagiis liceat. Alii ab *Adquotare Catasto* traxerunt. Ferrarius a Graeco Καταστα, Gothofredus Lib. XIII. Codicis Theodosiani. Tit. 10. l. 8. a κατασφεδια deduxerunt: quasi temporibus iis usque ex Graecia petendum fuerit id nomen. At nobis gravior heic futura est ipsorum Florentinorum auctoritas de suis rebus scribentium. *Accatastare* significabat *Ammassare*, *Ammontare*, *Fare una massa*, *un'unione*. Latine dices *Congerere*, *Coadunare*. Ex *Catasto*, de qua nuper egi, verbum illud efformatum. Itaque e bonis Civium descriptis in Regestis publicis massâ conflatâ, apparebat, quod singuli pendere deberent, & quid Respublica inde perciperet. Quella gravezza, ait Admiratus senior Lib. 19. Histor. Florentinae, dal mettere insieme i beni, che con altra voce *Accatastare* si suol dire, *Catasto* fu chiamata. Ad eam quoque similitudinem appellantur Romae & alibi i Monti della Pietà, i Monti de' Debiti, e Crediti &c.

E *Cavolo*. *Brassica capitata*. Vide supra in Dissertatione praesenti.

Cedola. *Syngrapha*. Ex Latino, vel Graeco *Schedula* venit. *Schedula*, denique *Cedola* evalosit. Zettel Germani dicunt, atque a nobis vocem accepisse mihi creduntur.

Ceffo. Anterior pars capitis, praecipue brutorum animantium. Difficile mihi persuadeat Menagius, Latinam vocem *Caput* immutatam

fuisse in *Ceffo*. Nostrum *Ceffo* idem esse cum Gallico *Chef* puto. Utraque autem Lingua hoc recte traxisse e Graecia videtur, ubi κεφαλή *Caput* significat.

Cenno. *Nutus*. Menagius rem brevibus decernit, inquiens: *Signum*, *Segno*, *Seno*, *Senno*, *Cenno*. Ego ab amplectendo hocce Etymo ditterror, quod ex *Signum* Lingua nostra efformaverit *Segno*; nullaque ratio excogitandi sit, hoc in *Cenno* fuisse conversum. Proinde aliam originem vestigare minime prohibemur. Glossae MStae in Glosario Du-Cangii habent; *Ni⁷⁰*, quod *Rustice* dicitur *Cenno*. Rustica Lingua, quae olim fuerit appellata, dixi in praecedenti Dissertatione. Videndum quoque, num e Graecorum κένω, seu κώ, significante *Movere*, antiqui deduxisse potuerint *Cenno*, *Cennare*. Profectō *Nutus* nihil aliud est, nisi Motus oculorum, digitorum, aliorumve membrorum, aliquid sine voce indicans. Veteri etiam Germaniae Linguae, uti Schilte-
rus monuit, fuit *Kennen*, *Noscere*: & *Cenniga*, *Notitia*, *Notificatio*. Inde quoque *Cenno* ad nos pervenisse potuit. Sed fortasse diligentes certiorem nobis fontem ostendent.

Cerna. Vocabularii Florentini Autores per Latinum *Purgamen*, & *Purgamentum* reddidere hanc vocem. Minus recte sane. E Latino *Cernere*, interdum adhibito pro *Secernere* ejus derivativo, prodiit *Cernere* Tuscorum, & *Cernire* Mutinensium, significans *Separare*, *Secernere* utile ab inutili, ut sit in cibranda farina. Aequo verò dicimus *Cernere* bonos a malis, quām malos a bonis, uti unam speciem,

A aut rem ab altera. Hoc potissimum nomine usi sunt veteres ad designandas turmas Artificum & Rusticorum minime adsuetas militiae, quas ubi necessitas urgebat, ad bellum ducebant. Quum ex massâ tot hominum tantummodo aptiores ad arma feligerentur, reliquis ineptis dimissis, propterea cohortes ejusmodi *Cerne* appellabantur, & adhuc a Mutinensibus nuncupantur *Cernide*. Quare *Cerna* pro *Scelta* usurpatum. Rursus quandoquidem id genus milites extemporanei comparati cum veteranis ac stipendiariis, in arte militiae induratis, parum roboris in proeliis afferre solebant, & modica in iis spes collocabatur, quoties conferenda erant manus: idcirco in exercitibus *Cernae* istae parvi fiebant, non quod essent *spruzie di soldati*, divenuti per li rei loro portamenti insani nella milizia, ut iidem Florentini Academicci censuerent, sed quod experientia destituerentur in bellicis rebus, & facile converterentur in fugam.

Cesoie. *Forfices*. A *Caedendo*, sive *Incidendo*, *Caesoriae* forfices primo appellatae fuerint. Mutinenses adhuc eas nuncupant *le Cefore*. Sed & *Anglica* Lingua *Cifers* illas appellat.

Che. Varias significationes in Lingua nostra habet, uti & apud Gallos & Hilpanos *Quæ*. Ferrarius nihil cunctatus, a Latino *Quæ* deducit, *Che coja?* *quæ caula?* Menagius plaudit. Sed fortassis adhuc obscura est integra vocis hujus origo. Non enim de femininis tantum dicitur *Che*, sed & de masculino, & neutro, immo & pluri-
ali numero. Insuper conjunctio est, Infinitivum regens: *Credo, che*

non sia facile. Penso, che tu mi ascolti. Heic nullus certe locus Latino Quia. Ad haec pro Quā, & pro Quid, Cur Quia, uturpatur, ut alia omittam. Tot diversis viis principium unum assignandum vix credam. Quare veri similius est, etiam Quod, & Quia conversa fuisse in Che. Persica quoque Lingua, teste Angelo a Sancto Joseph, in usu habet Ke pro Quod Latino-barbaro, sive pro Quē Gallico. Alia quidem a Persis accepisse potuimus. Verūm hanc vocem inde profectam nemo arbitretur.

Chiappare, Achiaiappare. Fugientem Capere. A Capio Capulare Menagius sibi finxit, & inde efformatum tradidit Chiappare. Mihi veri videatur similius, rudem Populum breviori viâ efformasse e Capio Capiare, & postea perturbato, ut in multis aliis verbis, literarum ordine dixisse Ciapare, quo Mutinenses adhuc utuntur. Ita verò accidere potuisse, fortassis indicabit origo vocis Ficcare. Haec enim non a Fittare derivata est, uti Menagius est opinatus, inde namque emersisset Fittare; sed quidem ex Figo, ad formam primae Conjugationis Verborum inflexo, hoc est Figo, Figas, Figare, quod postea evasit in Ficcare. Ita e Puto, Putre antiquis Latinis fuit. At vulgus Putio & Putiare sibi efformavit, quod secundūm consuetudinem Linguae nostrae in Puzzare conversum est. Eodem quoque more pro Educere apud Tertullianum offendimus Educare, & pro Deglubere occurrit Deglubare: & in Glossis antiquis legitur Compescere pro Compescere, Sculpare pro Sculpare, ut alia praeterream. Inter hujus

A

B

C

D

E

generis verba Mutinensibus est Azzarsi, significans Sternere se humi. Non aliunde natum puto, nisi ab Adjacere, quod in Altazzare se, ac tandem transitivē in Azaccare se mutatum fuit.

Chiasso. Angiportus, Via angusta, quae interdum exitu caret. Miror ego, cur in mentem Menagio venerit, hanc vocem e Capsa, Capsus, Capso, Casso, Chiasso, esse derivandam. Nihil simile heic, immo omnia extra normam. Occurrit quidem mihi Graecum κλάζω, quod Claudere significat: occurrit Latinorum Clausum, & Germanorum Gasse, significans Strada, Piazza, Calle. At haec tenebris abundant. Mutinenses hac voce tantummodo utuntur ad significandum susurrum, ac strepitum puerorum inter se ludentium, aut mulierum murmur, cum viris multâ licentiâ agentium. Fare del chiaffo aequē dicunt, ac Fare del bordello insieme. An ista notio usui alicui esse possit ad detegendam vocabuli Chiasso originem, considerandum nunc est. Mutinensis vox e Germanico Klatch, significante Rumorem, Loquacitatem, videri alicui possit profecta. Mihi creditur enata e Classem: quo nomine medii aevi Scriptores omnium campanarum pulsationem designarunt, uti multis exemplis ostendit Du Cangius. Classem etiam strepitus ille appellabatur, & a Francis Glas. Sed cur & Angiportus a Tuscis Chiasso nuncupatus fuerit, nondum agnovi, nisi statuas, ea loca ex meretricum strepitū nomen accepisse. Et sane, uti Cruciani Vocabularii Auctores animadverterunt, Bicciano eadem ratione usurpatum fuit pro Streptū simul, & pro Lupanari. Pari modo apud Mutinen- fes

fes Bordello in usú est pro *inhonesto strepitu, & Prostibulo.*

Chiedere. *Petere, Postulare.* Vox intata Menagio. Is tamen deducit Richiesta ex *Requirere*, ideoque uti Richiedere a Requiro, ita Chiedere erit a Quaero, quod & Corbinellius censuit. Durum Etymon; ac propterea inquirendum adhuc, an emanasse potuerit a Cedo Latino-rum, significante *Dic vel Da*. Antiqui dixerunt: *Cedo aquam, Cedo tabulas. Cedo, dic mibi*, Terentii est, ita ut ipsum *Peto*, aut *Posco* referre videatur. Liutprandus quoque Ticinensis Lib. 4. Cap. 4. Histor. Saeculo Christi Decimo, feminam percontantem inducit: *Quod, Cedo, crudelius mulieribus bellum inferre positis?* Heic Cedo idem significat, ac Tuscorum *Chiedo*: neque enim Lombardorum Lingua popularis hac voce utitur. Vide alterum similem Liutprandi locum Lib. 4. Cap. 13.

Giabatta. *Calceus vilis.* Vide Dissertationem XXV. de Texrina.

Gianciare. *Nugas loqui.* Menagius a Nugax trahere hanc vocem conatus est. Ferrarius a *Canticare* deduxit, Uterque (dicere liceat) nugas in forum attulit. *Chance Gallica* vox est: est & *Anglica*. Utrique genti significat *Casum fortuitum, & quae accident inter homines.* Nos appellamus *Avventure, Nuove, Novelle, Novità.* Ut ex *Novelle* natum *Novellare*, ita ex *Chance*, seu *Ciance* prodiit *Cianciare*. Nihil enim aliud primo fuit *Cianciare*, nisi quae contingebant in Urbe, aut in Orbe, enarrare. Eadem ratione ex *Fabulari* sive *Fabellare*, hoc est: *Fabulas narrare* (Italice *Novellare*) Majores nostri confecerunt *Favellare*, quod idem

A

B

C

D

E

significat ac *Loqui, Parlare.* Idem est *Confabulari*, ac *Cianciare*. De Hadriano Spartanus: *Uno tempore scriptis, dictavit, audivit, & cum amicis fabulatus est.* Et antiquissimus vulgatus Interpres Evangelii Sancti Lucae Cap. 24. vers. 15. haec verba in ὡραίοις, idest dum colloquerentur, de rebus videlicet seriis & sanctis, vertit, dum *Fabularentur*. In Vita Beatae Michelinae Pisaurensis apud Bollandistas in Actis Sanctor. ad diem 19. Junii legitur: *Omnia ista videntur Tuffae & Cianiae, & a personis desperatis & rudibus.* Recte legendum heic *Tuffae* censuit Clariss. P. Papebrochius. Subdit ille: *Ciancia quid sit, nondum compéri, nisi forte a Canto sit, idemque valeat, quod naenia.* At nihil aliud heic sunt *Cianiae*, nisi *Italicum Ciance*, hoc est *Nugae*, de quibus actum satis est. Adde ita efformatum fuisse e *Parabolare Parlare*, nempe e *Parabolā*, quod conversum fuit in *Parola*. Et inde *Parabolano, Ciancione, Ciarlone*.

Ciarlare. *Inania loqui.* Vide Dissertationem XXIX. de *Speculis*.

Cimento. *Periculum, Experimentum. Cimentare, Experiri, Periculum facere.* Menagius suam heic facit, simulque laudat Octavii Ferrarrii sententiam, censentis, enatum *Cimento e Specimen, Specimentum, Cimentum, Cimento*. Uterque fallitur. *Specimen* (quod nobis est *Mostra, Saggio*) diversae plane significacionis est a *Cimento*. Itaque ex Arte Chemicā, seu Metallicā vocem hanc accepimus: ipsa verò ex Latino *Caementum* efformavit *Cimento*. Vide Pyrothecliam Vannoccii Biringuccii Senensis, Anno MDXL. editam, hoc est *Librum in Re Metal-*

talica eximum, sed quem nos Itali (quod & in aliis multis facimus) negligimus, aut longe infra meritum aestimamus. Ibi Lib. 4. Cap. 7. traditur *il modo di Cimentar l'oro, e di condurlo all'ultima sua finezza*: quod fit in vase *Cementato*, cui ignis supponitur. Quod la *Coppella* praestat in argento, il *Cimento* praestat in auro. Eiusmodi experimento purgatur aurum a quacumque sorde; & quidquid argenti commixtum erat, inde separatur. Postremis hisce Seculis Italici Scriptores per translationem uti coeperunt verbo *Cimentare*, & nomine *Cimento*, ad significandum arduum aliquod experimentum fortitudinis, aut probitatis hominum. Habet germanam hujus vocis originem.

Cimurro, seu *Cimorro*. *Pituita*, seu *Rbrumatis* species, quo e naribus defluente interdum equi laborant. Menagium audi: *Non so l'origine di questa voce. Chi me la insegnerà, erit mibi magnus Apollo.* Idem & ego repeto. Addo tamen: vel *Arabiae originis* esse hanc vocem, quum Lingua etiam Hispanica, quam *Arabica* multum locupleravit, habeat *Cimorra*, eadem significatione, *Covaruvia* teste. Vel ex *Populorum Septentrionalium Linguis* ad Italos & Hispanos ista migravit. Certe Anglis *Murr* est *Catarro*, *Freddore*. Tum *Chill* est *Freddo*, ita ut suspicari liceat compositum *Chill-murr* (Italice *Cilmurro*, idest *Freddo Catarro*) a *Populis* iis olim appellatum fuisse morbum istum equorum: quae vox postea in *Cimurro* transierit apud Italos.

Cid. *Hoc. Istud. Dal Latino Hecce, Ceoc, Ceo, Cid*: verba sunt Mena-

A gii, intrepide decernentis, ac si audisset suis metu auribus Italos olim pronuntiantes illud suum *Ceo*, conversum postea in *Ceo*, *Cid*. Unum ego novi, videlicet Gallicae Linguae esse *Ce*, pronomen, latius etiam quam nostrum *Cid* adhibitum. Veteres vero Franci, uti animadvertisit Hickeius in Grammatica Anglo-Saxonica pro *Ce* usurparunt *Ceo*, id est *Hoc*. Propterea ab ipsis Francis, olim in Italia dominantibus vocem hanc *Tufci* accepisse videntur: nam nos Lombardi ea in Dialectis nostris non utimur. Unde vero Francicum *Ce*, *Cet*, *Cette*, & proprium ne sit illius indigenae Linguae, ab aliis edoceri cupio.

Ciuffo. *Frontis capillitum*. Menagius a *Tupba* traxit, qua voce usus est Vegetius Lib. 3. Cap. 5. veterum Vexilla describens. *Cristam e plumis* fuisse, Eruditi sentiunt. *Vexilli* quoque speciem hoc nomine designatam, a Beda intelligimus, qui Lib. 2. Histor. Cap. 16. scribit: *Illud Vexilli genus, quod Romani Tuscan, Angli appellant Tuuf, ante eum ferri solebat. Sed sive Cristae e plumis, sive Vexilli genus fuerint Tuscae, nemo certe hac voce usus fuit, ad designandos capillos fronti supereminentes*. Praeterea vix *Tusa* conversum nunquam fuerit in *Ciuffo*. Mihi longe verisimilius est, manasse hanc vocem e Germanico *Zopff*, significante *Cirrum capillorum*, sive *apicem, fastigium, culmen crinis*. Hinc *Zuff*, quod Mutinenses & Mediol. adhuc retinent, *Tufci* vero pro more suo in *Ciuffo* converterunt. Quod potissimum ea voce designarentur *Cirri imminentes*, *Fronti*, propterea *Frons* ipsa per eam vocem

cem quandoque designata est. Dicimus nos adhuc: *Fare sudare il Zuffo ad alcuno*, idest *Frontem*, ut significemus, grave negotium aliqui facessere. Hinc etiam *Fare il Zuffo ad alcuno*, idest *corrugata Fronte* quempiam contueri. Neque aliunde natum *Azzuffarsi*, idest conferere manus, seu *Frontem Fronti* in certamine opponere. Qua ratione etiam dicimus *Affrontare*, & *Affrontarsi*; & denique *Zuffa*, *Certamen* inde evasit.

Civetta. *Noctua*. Putat Menagius, se satisfecisse sibi ac aliis, quum a Graeco κιρρεῖ *Noctuanam* significante, & ab uno Aristophanis Scholiaste usurpato, Italicum *Civetta* per suas scalas consuetas deducit. An res ei successerit, aliorum judicium esto. Illud solūm adnotabo, Persicae Linguae esse (uti testatur Angelus a Sancto Joseph) vocem *Chifet*, quae *Noctuam* significat. Mihi tamen difficile persuadeatur, Italos ab Orientalibus accepisse nomen volucris indigenae, neque peregrinae. Quare origo vocis proprius petenda videtur. Scilicet avem non absimilem nos Mutinenses a sono vocis nuncupamus *Ciù*; e quo subinde efformatum fuisse puto *Ciuvetta*, quod demum evasit apud nos in *Civetta*: quasi *Civetta* femina fuerit, *Ciù* vero mas, quum tamen diversae sint speciei. *Ciovetta* eam appellat Francus Sacchettus Tuscus in Fabulis. Mediolanenses *Cignesta* appellant.

Coccio. Fragmentum vitrei, figlini, aut alicujus similis operis fragilis. Multa habet Menagius ad vocem *Coccare*, quam a *Conca*, *Cocba*, *Coca* trahit: addens inde etiam venire *Coccio*. Nil solidi adfert, si quidquam video. Ne ego quidem

quidquam certi habeo de vocabuli istius origine. Eruditos tamen moneo, ut perpendant, an fortè emersisse illa potuerit ab *Excusio Latino*, atque an heic audiendi sint potius Lombardi. Nos Mutinenses *Scozzare* dicimus *Confringere* aliquid integrum, uti ovum, amphoram, ollam, calicem, regulam, nucem, ita ut in fragmenta abeat. Nata videtur vox ab *Excusio*, scilicet ex ejus Infinitivo, ad insiar aliorum non paucorum corrupto (ut supra monui ad vocem *Chiappare*) hoc est ab *Excutiare* pro *Excutere*, quod postea evaserit in *Scozzare*. Nam primo ad normam Latinae Linguae dixere, *Excutere* *nucleum ex nuce, avellana, ostreo, aliisque ejusmodi rebus: tum *Excutiare nucem, avellanam, ostreum, &c.** idest frangere, ut quod intus est, educatur. Denique confringere quodcumque vas, appellarunt *Scozzare*, eorumque fragmenta *Scozzi*. Romani verò ac Tufci dicunt *Cocci*. Originem propositam confirmare videntur verba *Accozzare, Raccozzare*, quae nihil aliud proprie significant, nisi *Coniungere* iterum *Fragmina* alicujus vasis vel rei confractae, significacione postea propagatā ad quaecumque unionem rerum antea sejunctorum aut dissipatarum. Ubi vides, non *Cocci*, sed *Cozzi*, intervenire. Erunt fortasse, qui e *Cochlea*, significante *testam Limacum*, suspicentur prodiisse vocem istam, hoc est; efformatum ab *Excobleare* *Scozzare*, quum nempe *Cochlea* conteritur, ut inde *Limax* extrahatur. Mihi veri videtur similius, ac legibus Etymologiae propinquius *Etymon* antea propositum.

Socba. *Navis Species.* Vide Dissertationem XXVI. de Militia.

Codardo. Vide eandem Dissertationem XXVI.

Cegolaria. Genus retis, Saculum jacentem imitantis, in ore ampli, & sensim decrescentis, appositis interdum valvis reclinatis, per quas tum piscibus, tum avibus facilis sit ingressus, difficilis vero regressus. A *Cuculus*, *Cucula*, *Cucularius* &c. deducebat Menagius. At *Cuculus* nihil aliud est, & fuit, nisi volucris, quam adhuc Tusci *Cuculo* appellant, Mutinenses *Cucco*. Dic ergo, a *Cucullus*, ad cuius similitudinem efformata fuere ejusmodi retia. Latinis *Cucullus* fuit, quod nunc *Cartoccio da Speciale*. Appellatum quoque ob similitudinem fuit *Cucullus* id, quod nunc dicimus *Cappuccio*, unde Minores *Cappuccini*. Certam vocis originem prodit Mutinensium, aliorumque Populorum Dialectus. Anobis enim Rete hujusmodi appellatur il *Cogollo*, Latino *Cucullus* omnino respondens.

Collare. Fune torquere. Vide Dissertationem XXIII. De Moribus Italicorum.

Colmo Substantivum. Vertex alicujus rei. A *Cumulus* hoc vocabulum Menagius traxit, atque ab eo minime dissentio. Habemus enim *Colmare di benefizi*, atque hoc certe a *Cumulare* descendit. Attamen omittendum non erat, Latinum nobis esse *Culmen*, quod proprius exprimit & literarum sono & significacione Italicum *Colmo*. Dicimus: *sua fortuna era giunta al Colmo*. Heic potius *Culmen*, *Fastigium*, designari videoas, quam *Cumulum*. Sed & *Culmus*, sive *Colmus* vox fuit apud Latinos meliores, significans tritici calatum, pa-

Tem. VI.

A leam, seu stramen; quo tecta domorum cooperiebantur. Ammianus Marcellinus Lib. 31. Cap. 2. loquens ait: *Nec templum apud eos visitur, aut delubrum; ne rugurius quidem Culmo tectum cerni usquam posset*. Guilielmus Apulus Lib. 2. de Normann. ait:

B *Ad Ducas hospitium, quod Calmo texerat ipse, Frondibus & septis.*

Sed & Vergilius longe antea Acneid. VIII. vers. 654. scriperat:

Romuleoque recens borrebat Regia Culmo;

C Idest tecta cooperta stramentis. Ita & Apollinaris Sidonius Lib. 7. Epist. 17.

Et casa, cui Calmo Culmina pressa forent.

D Suspiciari quisquam possit, hinc etiam descendisse Italicum *Colmo* pro *Vertice*, *Fastigio*. Ita *Cima*, seu *Cyma* olim significans summitatem olearum vel arborum, Isidoro teste, translata ad res alias, nunc summitatem rerum apud Italos designat. Meliores tamen Latini alio sensu *Cymas* usurparunt. At ego *Culmen* retineo tanquam veri similiorem vocis istius originem.

E *Coloro.* Illi. Menagii sententia est, veteres *Eccum illorum dixisse*, & inde efformatum *Coloro*. Mihi non persuadebit. Suspicer ego, enatum potius cognomen istud ex *Qui illorum*; quod facile usurparunt Barbaro-Latini, quasi dicerent *Qui ex illis*. In antiqua Vita Felicis, quam Eftensis Bibliotheca MStam servat, legi: *Imperechē tuy: aiuta*

Ccc

& conforta quellori, che in lui se confidano. Mutinensium quoque Dialectus pronuntiat *Quellor* pro *Colo*, E. suppresso more Gallico.
Colpo. *Ictus*, *Percussio*. Antiquissima vox est Francicae ac Teutonicae Linguae, atque illius exempla occurunt in Lege Salica, apud *Marculfum*, & alios. Si Menagium audimus, nos aequa ac Germani ex *Colaphus* efformavimus *Kolp*, nunc nobis *Colpo*, & Gallis *Coup*. Mihi veri videtur similius, originis prorsus Germanicae esse *Kolp*, genericum nomen cuiuscumque *Ictus*. Ut dura nimis translatio nunc foret, *Dare uno schiaffo*, (idest un *Colpo*) *colla spada*, *col bastone*, ita olim suisset, *Al quem tundere Colapbo gladii, baculi, laci &c.*
Cominciare, Incipere. Rete Menagius a *Cum* & *Initiare* arcessit. Sed Covaruviam commemorare poterat, qui ante eum Etymon istud indicarat.

Compagno Socius. Multis vox ista hariolandi caussam dedit. Sunt qui a *Combreno*, de quo Festus mentionem fecit, illam derivant. Alii a *Combino*, aut a *Compaganus*, sive *Compagus*. Alii denique a *Panis*, quasi qui eodem *Pane* vescitur. Postremae huic sententiae adhaesit Menagius, in eamque novissime concessit etiam Eccardus in Notis ad Legem Salicam Tit. 66 ubi legitur: *Si quis hominem ingenuum in hoste in companio de companiei suorum occiderit &c.* hoc est, de *Sociis suis*. Verum addere liceat; verba haec in *companio de companiei suorum* Glossema videri adiectum, ac intermixtum textui Salicae Legis. Neque enim ea habentur in editione elimatâ Balzai, neque occurunt in vetustis-

A

B

C

D

E

simo Codice MSto Cathedralis Mutinensis. Utcumque sit, omnino mihi a veri similitudine abhorre videtur, *Cum & Pane*, originem dedisse Italico vocabulo *Compagno*, Gallico *Compagnon*, Hispanico *Companero*, & Anglico *Companion*. Quid enim, amabo, analogiae inter *Socium*, & *Cum Pane*? Propterea quod in ea voce *Panis* mentio seu sonus occurrat, leve est inde statim elicere velle originem ex *Pane*. Suspicabar olim vocem istam enatam ex Latino *Compagnare*, scilicet *Unire & Jungere* (quod verbum usurpavit Sanctus Augustinus). Inde enim facili mutatione Italicum exsurfat *Compagnare*, *Accompagnare*, hoc est, *Jungere* se alicui, unde postea *Compagno* emanarit. Non obstabo tamen, si malis, esse originis Germanicae hanc vocem: quod Hickesius docuit. Scandicum enim vocabulum est *Kompan* ejusdem significationis; & *Kompanship* idem sonat atque *Societatem*, *Consortium*. Fatetur ipse Eccardus, apud Saxonum vulgus in usu esse *Kumpan* & *Kumpf* pro *Socio*. Mathias quoque Cramerus inter primitivas Germanicae Linguae voces recenset *Kompan* significans *Socium*.

Congedo. *Abeundi facultas, Commeatus.* Ab ipsa voce *Commeatus*, significante veniam militibus datam discedendi, Menagius traxit *Congedo*. Nemo non vider, e *Commeatu* deduci quidem Italicum *Commatio*, nunquam verò efformari posuisse nimium distantem vocem *Congedo*. Neque a *Concedo* enatum *Congedo*, ut visus est suspicari Carolus Dati. Undenam ergo? Perpende, num a praepositione *Cum & Geben* Teutonico, significante *Ire & Proficiisci*.

DISSERTATIO TRIGESIMATERIA:

773

ficiisci. Voce hac significatur *facultas abscedendi* (nos *Licenziare* dicimus) unde adhuc Germanis a verbo *Scheiden*, *Abscheiden*, *Partirsi*, in usu est *Abschied*, *Congedo*. Latinam vocem *Commeatus* fortassis expressere Latino-Barbari per similem ex Germanica Lingua petitam. Quid enim est *Commeatus*, nisi *Cum & Meare*, idest *Ire simul*? Atqui *Cum*, & *Geben* Teutonicum, conjuncta idem significant, hoc est *Simul Ire*. Proinde hinc natum videtur Gallicum & Anglicum *Conge*, & *Congeare*, *Dimittere*, usurpatum ab antiquis Latino Barbaris, cuius rei exempla profert Du-Cangius. *Congeare* profectò indicare videtur *Con-geben* Germanicum, Latinâ terminatione usurpatum.

Congegnare. *Compaginare*, *Copulare*. Nata vox videtur e verbo barbarice efformato *Cum-ingeniare*.

Coniare. *Cudere pecuniam*. Monosinius, atque ex eo Academicī Cruciani, a Graeco *σικνίαζεν* derivatum hoc verbum putarunt. Quid Menagius? *Da Cuneus*, sicuro. *Cuneus*, *Cunius*, *Conius*, *Conio*, *Coniare*. Atqui *Cuneus*, Italice *Bietta* quid quaeſo rei habet cum Nummis in Moneta percussis? Certum censeo, ex Graecia ad nos verbum venisse; & quidem ab *Icona* seu *Iconia* barbarica voce, qua a multis Seculis usi sunt Scriptores ad designandam *Effigiem*, *Imaginem*. Silicet *Iconiare* dictum fuit imprimente in Nummis *Imaginem* Principis. Vide Du-Cangium ad hanc vocem in Glossario Latino. Dixerunt etiam *Effigiare*.

Conquidere. *Male babere*, *Affigere*, *Prosternere*. Si Menagio fides, *Conquidere* ex *Conquestare* Latino-Bar-

A

B

C

D

E

774

baro prodiit. Is enim idem putat *Conquidere* & *Conquistare*. Basilice fallitur vir doctus. Diversa omnino & origine & significatione sunt haec duo verba. In errorem raptus fuit, quod censuerit, Italicum *Conquiso* nihil aliud esse, nisi Gallicum *Conquis*, Participium scilicet verbi *Conquerir*, quum tamen Italicō *Conquiso* nihil rei sit cum Gallico *Conquis*. Atque in hunc eundem errorem antea prolapsus fuerat Bembus Lib. Primo Proſar, quem Castelvetrus noster in Additament. emendavit, scribens: *Conquiso* è voce Italiana, ed è intera Latina, cioè *Concifus*. Nè significa quello, che fa *Conquistato*, in guisa che l'una si possa uſar per l'altra. Perciocchè *Conquiso* significa Tagliato, e in minute parti diviso: ma *Conquistato*, *Guadagnato*, *Procacciato*. Animum ad haec non advertit Menagius. Ceterum non facile subscriberem Castelvetro, deducenti ex *Concidere Conquidere*. Neque enim *Conquido* revera significat, minutatim aliquid concidere. Et cur CI. evasit in QUI?

Conquistare. *Adipisci*, *Comparare sibi*. Ac praecepit de illis hoc dicimus, qui vi armorum potiuntur Regnis, Urbibus, aut Castris. Verbum hoc, si Menagium audimus, a Latino-Barbaro *Conquestare* venit. At unde ipsum *Conquestare*? Reſtius ille dixisset, Italicum *Conquistare* prodiisse a Participio ſive Supino: Latini verbi *Conquiero*, quod pro *Acquiero* maiores nostri usurparunt. Nempe *Conquisitum* evasit *Conquistum*, & inde *Conquistare*.

Contado. Vide Dissertationem VIII. de Comitibus.

Contare. *Narrare*. Vide infra verbum *Raccontare*.

Ccc 2

Con-

Contrada. Via, Regio, Vicinia. Tafsonio nostro visa fuit vox nata e *Contrabo, Contractus*, ut sit *Contracta Regio*. In ejus sententiam ivit Menagius, addens hinc emerfisse *Trāitus*, ut *Trāitus Ligeris, Trāitus Rheni*. Sed nullum apud veteres exemplum reveries *Contractus*, ejusmodi significatione usurpati; & ubi Italicam maiores nostri fecissent hanc vocem, *Contracta*, & non *Contractata* dixissent. Quare mihi praferenda creditur Henschenii V. Cl. e Societate Jesu opinio, non ignota ipsi Menagio, dum censuit *Contractata* efformatum e *Contractata*. Notum est, *Contractaneus* in usu fuisse melioribus Latinis ad significandum un'uomo dello stesso paese. Pro *Contractaneus* barbarica Saecula dixerunt *Centerratus*; & inde *Contractata*, idest *Regio, Plaga, Vicinia*: quae vox ad vias etiam Civitatum translata est, in quibus habitantes appellabant se ejusdem *Contractatae*. In Anonymi Barenfis parvo *Chronico*, quod supra in Dissertatione I. de exteris gentibus, evulgavi, legitur ad Annūnum **XL**. *Occisus est Michaēl Catt* (forte *Catapanus*) *sub Castello Murulae ab ipsis Contractatis*. Infra quoque & omnes *Contractati* dispersi sunt: idest *Cives* ejusdem *Terrae*.

Copercchio. A cooperculum efformatum fuit.

Coppa. Occiput. Ab ipso *Occiput* Ferrarius nomen hoc derivavit incredibili hac metamorphosi: *Occiput, Occipa, Coppa*. Menagius a Germanico *Kopff*, significante *Caput*. Sed ne hoc quidem satisfacit. Nos enim ut *Caput* designemus, utimur vocibus *Capo & Testa*; & vocabulo *Coppa*, non *Caput*, sed *Occiput* nuncupamus. Itaque veri si-

A

milius videatur, *Coppa* efformatum fuisse ex Latino-barbara voce *Cupus*, significante *Concavum, Curvatum*, quasi *Occiput* sit pars *Cupae Capitis*. Fortassis inde est & *Coppo, Tegulam* significans, uti & *Coppa Patera*, quod *Concavae* sint.

B

Coppia. Par hominum aliarumve rerum. Paucis Menagius: E *Copula*. Vereor, ut nimis fertine sententiam protulerit. Nihil aliud est *Copula*, nisi *Nexus, Conjunctio* rerum, quae significatio plurium esse potest, ac praeterea distat a vi Italici *Coppia*, duo tantum significantis. Itaque videndum, num potius illius origo petenda sit e Germanico *Kuppel*. *Kuppe, Koppel*, significante *un Pajo*, hoc est *Coppia*. Hinc etiam Gallicum *Couple*. Quod si quis Germanicam vocem ex *Copula* & *Copulare* prognatam fuisse opinetur: contendunt alii, hanc esse antiquissimam suae Linguae dictiōnem, & *Copulam* Latinorum, non respondere nostro *Coppia*.

C

Coppo. Tegula. Vide Dissertationem **XXI.** de *statu Italiae*.

Corredo. *Ornatus, Convivium.* Vide Dissertationem **LIII.** de *Institut. Milit.*

Corriho. *Levis*, qui facile ab aliis decipitur. *Forse da Corvere*, inquit Menagius. Immo sine dubitatione. Nam *Corriho* (uti nos Lombardi pronuntiamus) significat hominem, qui facile ad credendum currit.

Coscino, Cuscino, Latine Pulvinus. *Cussino* Mutinensisbus. A *Coxis*, inquit Ferrarius, quod mulieres illum, quum acu operantur, coxis complectantur. *P. rum concinne.* Germanicum *Kussen*, seu *Kuffin* putat Menagius pertransisse in Galliam, ubi est *Couffin*, idem significans, ac nostrum

D

E

strum Cuscino. In Glossis Theotis-
scis ab Eccardo editis legitur Cer-
vical, *Pulvillus*, (Germanice) *Cus-
fin*. Haec veri similius vocis ori-
go videatur, quam quae a Du-
Cangio producta est, scribente in
Glossario ad vocem *Cussinus*: Vi-
detur autem vox haec Gallica *Couffin*
effi ta, quasi *Coessin*, derivarique a
Colte, *Culcita*. Porro vox ista apud
Scriptores Gallos & Germanos
occurrit ante Annum a Christo
nato *Millsimum*. Perpendendum
igitur esset, num aliqua affinitas
sit inter ipsam & *Gallicum Cou-
che*, & *Coucher*. Nimirum *Pulvil-
lus* instar lectuli est, super quem
componitur caput quietis causâ.
Costui. Iste. Ferrarius immutatum cen-
suit *Cujus Istius* in *Costui*. Menagi-
us ex *Ecco Istius* efformatum cre-
dedit *Costui*. Suspicio ego, prodiisse
primo *Cotesto*, de quo infra dicam
ad vocem *Quello*. Tum e *Cotesto* & *Huic* emersisse *Cotestui*: quae
vox apud veteres *Tuscos* interdum
occurrit. Denique *Cotestui* brevita-
tis causâ conversum fuisse in *Co-
stui*.

Cotone. *Gossipium*. Ludit aut ludere
videtur Menagius, quum a *Cydoniis malis*, nobis *Pomi Cotogni*,
quia lanuginem praferunt, hanc
vocem efformaram censem. Manife-
stum est (quod & *Caninius* prae-
sensit) illam ex *Arabum Lingua*
descendisse. Iis enim *Qotonon* seu
Cotonon, & *Qtonon* est, quod La-
tinis fuit *Gossipium*, *Tuscis*, Itali-
isque *Cotone*, ac *Lombardis Bam-
bagia*, *Bambaso*.

Covelle. *Aliquid*. Tum *Tuscorum*,
qui & *Cavelle* dixerunt, tum *Mu-
tinensium* atque aliorum Italico-
rum vox est. Menagius eam de-

A

B

C

D

E

ducit a *Kόννο*, vocabulo apud He-
sychium reperto, ac significante
Eλέκτιον. hoc est, *Minimum*. A-
beat, quaeso, Hesychianum illud
Kόννο. quod fortasse nihil aliud si-
gnificavit, quam *Granulum*: neque
enim nisi per vim exprimas inde
Covelle, idest arte Menagianâ ita
progrediendo, *Coccu*, *Coccubum*, *Coc-
cubellum*, *Coccubellum*, *Covellum*, *Co-
vella*, *Covelle*, idest res nibili, * *Xpū*.
Immo *Covelle* *Aliquid* significat.
Nos Mutinenses dicimus *Dammi*
aut *Dimmi Covelle*, idest *Aliquid*,
sive cibus ad edendum, sive ele-
mosyna, sive instrumentum, sive
narratio, sive alia res indetermi-
nata petatur. Videtur ergo *Covelle*
Latinum *Quod velis*, vel *Quod ve-
lles* conversum tandem in *Covelle*.
Id est da mibi, seu dic mibi quod ve-
lis, dum *aliquid* dicas, des-ve, ne-
cessitati, quae me nunc urget, con-
sonum. *Far Covelle* Mutinensibus
est *Facere Aliquid*: & hanc vocem
pronuntiamus, uti *Gallicus homo*
pronuntiaret *Queuelle*, quasi *quae-
velles*.

Cozzare. *Cornu ferire*. Ita vim vocis
explicant Scriptores Vocabularii
della Crusca. Latior mihi videtur
vocabuli significatio. Porro certum
est, minime illam fuisse efforma-
tam ex *Cocium* significante (uti o-
pinatur sive somniat Menagius)
Caput. Alterum Etymon ab eodem
Menagio propositum, proprius ac-
cedit ad verum. A *Quatio*, *Quaf-
so*, *Cuasso*, *Cusso*, *Cocco*, *Cozzo*, *Coz-
zare*. Nihil tamen opus erat tantâ
metamorphoseon copiâ. Neque e-
nim aliunde venit *Cozzare*, nisi e
Cutio, sive ex *Percutio*, sublatu *Per*
antea addito. E *Cutio*, *Cutiare*,
Cozzare. Nam *Cozzare* est *cornu fe-
rire*,

* Ipsi, sive ipsi: non autem *Xpū*: quod nihil Graece sonat.

vire, seu fronte Percutere & Repelle-re aduersarium contra venientem: quod praesertim arietes, tauri, ac boves faciunt, dum alter in alterum cornibus & fronte nititur.

Crollare. *Succutere, Commove-re, E loco Movere.* A Graeco Κρόνειον significante *Pulsare*, Nicotius & Monosinius censuerunt deducendam hanc vocem. Sed longe alia est significatio verbi *Crollare*. Eoque minus e *Succutere* ipsum trahas: quod opinatus est Ferrarius, hanc scalam adhibens: *Succutere, Succus-sare, Scossa-re, Scrollare*. Mutinensis bus, praepontentibus *S.* multis vocibus, est etiam *Scossa-re* & *Squassa-re*: Sed venit a *Quassare* Latino, non verò a *Succutere*. Est & nobis *Scrollare*, duo videlicet diversae originis verba. Menagio heic haeret aqua. Mihi verò nil melius succurrit. Fabulandi tantum causâ petere liceat, num e *Curro* efformari potuerit *Currulo*, idest aliquantulum *Curro*. Ad significandum: *questa cosa non istà ferma, fortassis dixere barbaro Latini veteres: i-stud Currulat.* E *Curru-lare* postea venerit *Curlare*, *Crullare*, *Crollare*, intransitive primo usurpatum. Dantes Purgator. V.

Sta come Torre ferma, che non Crolla.

Sensim postea adhibitum fuerit *Crollare* transitive & active pro *Commove-re*. Frater Jacoponus Tudertinus Lib. 4. Cant. 10.

Scrulla la danza, e fa portadura.

In altero Codice *Scurla*. Pro *Crollare* dixisse etiam veteres videntur *Grollare*; quod animadvertisendum. In Vita Sanctae Zitae Lucensis ad

A diem 26. Aprilis, in Actis Sanctor. Bollandianis legitur Cap. 6. Ipse multoties videbat eam Grollantem caput. Clariss. P. Papebrochius in Notis scribit: *Grollare Teutonibus Grollen, Francis Grouler, Submurmurare, & inconditum quid voce ac gestis praeserre: a Grol, quod Teutonibus semifatum significat.* At is vim vocis nostrae neutiquam est assequutus. *Grollare* ibi est *Crollare*, *Succutere* caput. Vide etiam in Hist. Romanâ, in hoc Opere editâ. *Dagli ancora un Crullo*, uti in Romana Dialecto tunc dicebatur; quod verbum ad *Currulo* proprius accedit. Aliorum erit felicius heic divinare.

B C *Crusca. Furfur.* Tuscorum vox est, & vilis quidem rei nomen, sed cui illustre decus peperere doctissimi Florentini, qui Academiam della *Crusca* fundarunt, & Linguam Italicam singulari cum laude illustrare pergunt. Ab antiquo Teutonico *Gruis*, quod adhuc Belgae usurpant, descendisse hanc vocem auctor est Menagius. Sit apud illum fides. Nam quod ille addit, nempe apud Andegavenses & Normannos appellari *Gruau* farinam ex avena, Du-Cangium quoque hanc in rem advocans ad vocem *Gruellum*, id omnino extra chorum est. Agimus heic de *Furfure*, non de *Farina*. Fureterius quoque in Vocabulario Gallico commemorat *Gruau*, hoc est *Farinam* ex *Avena*. Tum subdit: *Ce mot vien de Grutellum, diminutif de Grutum. Les Italiens disent Crusca & les Flamands Grutte. En quelques lieux on dit Gruel & Grut.*

Fallitur vir doctus: neque enim Tuscorum *Crusca* significat *Farinam*, sed *Furfurem*. Tandem ait Menagius, e *Gruis* effor-mâ-

matum fuisse *Gruiscus*, *Gruscas*, *Gruſca*, *Crusca*. Dimittamus Menagium, donec Ferrarium audiamus, qui a Cernere deducit *Cretum*, *Gretum*, *Crusca*, aut a *Quisquiliae*, *Cruſilia*, *Crusca*. Quis haec ferat? At ego vadem me facio nobili Academiae *della Crusca*, nomen hoc puram putam esse vocem ex Germanica Lingua profectam; nam apud Germanos adhuc sole clarius est usurpari *Grusch* & *Krusch*, *Furſurem* significans. Idem quoque nomen ipsis olim in usu fuit. Nam in antiquissimis Glossis Theotiscis, ex Medicea Bibliotheca descriptis, atque a Johanne Georgio Eccardo editis in Appendice ad Tom. 2. Histor. Franciae Orientalis, legimus *Furfur*: *Crusc*, vel *Chliba*. Et fortasse Mutinensis Dialectus ex hoc ipso fonte accepit suum *Rusco*, significans *Quisquiliae* seu *Purgamenta rerum*, ad similitudinem *Furfuris*, qui Purgamentum farinae est. Unde verò prodierit *Semola*, & *Remolo*, quibus nominibus *Furfur* apud Mutinenses designatur, si quis mihi indicaverit, ei gratias habeo.

Cucire. *Suere*. A Latino *Cusire*, cuius mentio est in antiquis Glossis: inquit Menagius. At hoc ipsum *Cusire*, pe' o ego, unde natum? Neque enim Latini veteres hac voce sunt usi. A *Consuere* opinor ego, quod in *Cosire* & *Cusire* evaserit, & apud Tuscos in *Cucire*. Sed nondum mihi detrāta suspicio est, quin e *Cudo*, *Cudis*, *Culsum*, barbarica tempora efformasse potuerint *Cusire*, quum e Supino seu Participio alia verba deduxerint, ut *Aquistare* ab *Aquisitum* verbi *Aquiro*, *Conciare* a *Comtum* verbi *Como*, *Pefcare*, seu *Piftare*, a *Piftum* verbi

A

B

C

D

E

Pinso &c. Latini ipsi a *Pultum* *Supino* antiquo verbi *Pello* traxerunt *Pultare*; idque in aliis verbis praestitere: frequentativa enim ita efformabant. Certe Galli habent *Coudere* pro *Suere*, *Cuire*, quod videatur ipsum *Cudere*, quasi olim dixerint Majores nostri *Acu Cudere* vestes. Sed nullus heic veterum locus mihi succurrat, ac propterea, re tantum propositâ, digito os comprimo.

Culo. *Anus*. *Podez*. Sit honestus auribus. In prima Vocabularii Florentini editione ita Academici Cruciani hanc vocem interpretati sunt. *Parte del corpo, con cui si fiede*. Tassonius noster, vir lepidus simul & acutissimus, definitioni huic notam inussit, subscriptens: *Con cui si caccia* &c. Neque inutilis censura fuit. Nam subsequuti Academici Anno MDCXCII. Vocabularium amplificatum rursus proelo tradentes, eamdem sunt amplexati. At in novissima ac ampliore ejusdem Vocabularii editione mirari forsitan Lectores possint, cur docti illi Viri, abjecta germanâ Tassonii definitione, a praecedentibus quoque Vocabularii illius restauratoribus adhibitâ, rursus scripserint, *con cui si fiede*. Nam etsi interdum hac voce *Nates* designantur, id tamen per licentiam, sive figuram fit. Propria quippe vocabuli significatio ea est, quam indicavi. Si honestatis causa illi fecerunt; cur obsceniora aut foediora vocabula suo loco recensuerunt? Vocis autem hujus, qua etiam Galli utuntur, pariterque & Hispani, origo, si Monosinio fides, quem Academicus *della Crusca* sequuntur sunt, e Graeco κάλος arcessenda est. Et revera in Lexico Suidae legitur παντερός,

o κῆλος, uti Du-Cangius animadvertisit. Sed contra sentiendum est, recentiores Graecos a Latinis, seu Italies, mutuatos hoc vocabulum fuisse, & in Lexica sua invexisse. Nemo enim ex antiquis Graecis eam usurpavit: neque in editione prima Suidae, ab Aemilio Porto procurata, eadem vox mihi se obtulit. Praeterea in Lexico Graeco-Latino Cyrilli & Philoxeni, edito a Carolo Labbeo legitur: παράτης. Culus, Podex, Anus. Et in Latino-Graeco: Culus, παράτης. Ubi vides, Culum accipi pro Latina voce, neque per κῆλος reddi. In Glossis Isidoro tributis, & in Glossis a Pythleo excerptis legitur: Culina, Latrina, Secessum: quod nescio, an aliquid rei habeat cum voce ista. Varro apud Nonium ad vocem Culina ait: *In postica parte erat Culina.* Sed his dimissis, ajo hanc esse vocem Latinam, veterumque Latinorum vulgus foetenti hoc vocabulo usum passim fuisse, quanquam Lexicographi idem omittere consueverint. Martialis Poëtae cloacam pete, ubi ipsa vox non semel recurrit.

Curato. Parochus. Per apocopen a Curator Ferrarius efformatum putat Curato. Immio subdit Menagius, a Curatus pro Curator, ut Dictatus pro Dictator. Nullius momenti lis est. Norunt omnes, ab animarum Cura Parochos appellatos fuisse Curatos.^{*}

* Diversa quidem Parochi notio a nobis apud Latinos. Erat enim penes illos Parochus, qui Legatis, Magistratibus &c. tectum, & quae per Legem Julianam praescribebantur, ea parabat. Cic. ad Att. l. 13. ep. 2. de Ariobarzane Ariaratis Cappadociae Regis filio, qui Romam venerat, inquit: *Omnino eum Sextius noster Parochus publicus occupavit: quid quidem facile patior &c.* Horatius vero l. 1. Sat. 8. Parochum appellat Convivatorem, qui coenam praebet.

A

B

C

D

E

D

Ado. Cubus. Tesseræ. Giocare a' Dadi, Taxillorum Ludum appellare consuevimus. Totorum Ludus, aut Alea judiciorum apud veteres Latinos idem fuisse creditur a nonnullis. Si audis Adrianum Turnebum, cui Menagius subscribit, a Datus nomen hoc emersit. Contra Du-Cangius Gallicum Dē, nobis Dado, nihil aliud censuit, nisi Judicium Dei, conversum in ieu de Dē. Habeant illi suas opiniones. Mihi veri videtur similius, Arabes importasse in Italiā & Hispaniam hunc Ludum, ejusque nomen. Ipsorum enim Lingua usurpat Dadden & Dadda pro Ludo Taxillorum, uti fidem faciunt Giggeus & Gollius, quos consulere potes.

Danzare. Chorea ducere. Danza, Chorea. Salmasio, quem Menagius sequitur, placuit hanc vocem derivare e Latino Densare, more Fullonum, qui dum vestimenta cogarent & densavent, saltabant. Sed quis Salmasium docuit, Fullones olim non fustibus, sed pedibus usos fuisse ad pannos denlandos? Sanctum Jacobum Minorem, unum ex Apostolis tradunt antiqua monumenta, Fullonis Ethnici fuste interemptum. Hanc vocem Danzare & Danza Germanica Lingua mihi creditur nobis suppeditasse, cui est Tanz, Chorea, & Tantzen, Chreas ducere, ut alias inde compositas voces omittam. Facile vero T. in D., si-

D., sive *D.* in *T.* immutari, non runt omnes. Hinc etiam *Danser Gallicum*, & *to Dance* *Britannicum*. Et sane in veteri quoque *Islandica Lingua*, uti *Hickefius Tomo primo Linguarum Septentrionalium ostendit*, *Dans Chorea* significat. Hispanis pariter est adhuc *Danza* pro *Chorea*.

Dardo. *Verutum*. Qui a *Veruto* in mille formas converto ac detorto hanc vocem hausere (ii sunt *Ferrarius* & *Menagius*) non serio scripsisse mihi creduntur. Galli quoque *Dard*, & Angli *Dart*, & Hispani *Dardo* habent. In *Glossario Boxhornii* inter *Celticas* vetustissimas voces etiam *Dart* numeratur. Quare, dum origo melior prodeat, licebit opinari, vocabulum istud apud unum ex hisce *Populis* proprium & antiquissimum esse, ac in alias gentes propagatum: quod facile militaribus vocibus accidit.

Darsena. *Navale*. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Dextriere. *Equus procerus*, quo ad proelium nobiles viri utebantur. *Dextrarium* Scriptores medii aevi saepe memorant. Non a *dexteritate* sic appellati *Dextrarii*, ut *Vossius* & alii putarunt, sed uti *Du-Cangiis* in *Glossario* animadvertisit, quod a *Scutiferis* sedentibus in equis minoribus ducerentur ad *dexteram* sine fessore, ut praestō militi essent ad proelium. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Digrignare, *Grignare*. Hoc verbo significamus actionem canis irati, quum adversario dentibus exertis minatur. *Ringi*, seu *Ringere* *Latini* dixerunt. Ex hoc ipso *Latinorum* verbo *Menagius* *Italicum*, suā licentiā usus, deducit, scilicet ex *Ringinare*, *Gringinare*, *Grignare*. Sed

Tom. VI.

A

quomodo heic interseritur *G?* Mihi veri videtur similius, e *Septentrionalibus Populis* ad nos hanc vocem descendisse. Apud antiquos *Saxones Grinian* significavit idem. Et inde suum *to Grin* didicere Angli. Ita & nos addito *Di nostrum Digrignare* efformavimus. A *Friderico II. Imperatore* Lib. 2. de Arte venandi, *Falcones Nidularii*, qui *horripilant pennas*, *cooperiendo pastum ipsorum*, & *rostro & pedibus defendunt*, appellantur *Grinios*. *Mutinenses* verò *Arghignare*, aut *Arghignarsi* dicunt, quum quis naufragi affectus, aut etiam irâ succensus, ita labia corrugat ut dentes ostendat, quod & de irato cane identidem solent dicere.

Dileggiare. *Iridere*. *Credo da Deliciae*, inquit *Menagius*, *Delicium*, *Delicio*, *Delicionis*, *Delicie*, *Dilectione*, *Diligione*. *Ovvero da Derisus*, *Derisi*, *Derisiare*, *Dericiare*, *Deli-ciare*, *Dileggiare*. Quot verba, tot somnia. Sui postea oblitus *Menagius* alio in loco vocem hanc sibi proponit, veluti haec tenus intactam, & ait *Ferrarium* ipsam deduxisse non a *Deliciis*, aut a *Risu*, sed quidem a *Deludiare*. Ne hoc quidem nobis persuadeatur, quum *Italica Lingua* nunquam *V.* mutet in *E.* Veri mihi videtur similius, originem vocis hujus esse e *Disleggiato*, *Dileggiato*, quo nomine *Tusci* appellare consueverunt hominem *Exlegem*, utpote qui *sine Lege* loquitur aut operatur. Est enim particulae *Dis* vis negandi, ut in *Disleale*, *Discordare*, *Disat-tento*, &c. Veniam dicendi petrem, si viverent, ab antiquis doctissimis Auctoriis *Vocabularii Florentini*. Veluti duas diversas voces ii nobis exhibuerunt *Dileg-giato*,

D d d

giato, & Dilegiato. Idem sunt, item significant; Veterum exempla, si accuratius perpendas, id ostendunt. Recentiores hoc verbo sunt usi ad significandum Irridere; at olim sonabat duntaxat Exprobare alicui mores effrenatos & informes. Ita Villaneggiare efformatum ex appellando aliquem Villanum, idest morum agrestium. Neque aliunde natum opinor Strapazzare, nisi ab appellantibus aliquem Strapazzo, idest Sommamente Pazzo. Nam uti recte monent Auctores ejusdem Vocabularii, Stra e Tra in compositione, denota accrescimento. In superrima amplificata editione Vocabularii Florentini supra laudati video nullum discrimen fieri inter Dilegiato & Dileggiato, & quidem recte. Infra vide Strapazzare.

Dimane, Domane, Domani. Cras. Ab inusitato Latinorum De Mane putavit Menagius derivatum istud Adverbium pro Mane. Unum is exemplum adfert ex Aristeneti Epistola postrema, quasi Graecus Scriptor Latinorum rituum testis idoneus esse in ejusmodi quaestione possit. Ego contra certum reor, nostrum Domani e Latino Mane prodiisse, sive quod Latini in usu habuerint Mane pro subsequenti die, sive quod Hebraeorum ritus ac divinæ Literæ, earumve Interpretæ Mane pro die craftina adhibuerint, eorumque mores in nostros jamdudum transtulerimus. Matrialem audi in Epigrammate 53. Libri VI.

*Lotus nobiscum est, hilaris coenavit;
Et idem
Inventus Mane est mortuus Andragoras.*

A

Non dicit craftino Mane, sed tantum Mane, quemadmodum & nos dicimus nel Domani. Alterum simile exemplum vide Lib. XII. Epigrammate 12.

Omnia promittis, quum totâ nocte bibisti:

Mane nihil praefas: Postume, Mane bibe.

B

Et heic habes in priori loco Mane, significans Craftinum. Ad haec Hebrei diem observabant a Vespera in Vesperam. Sub nomine Vespere Noctem computabant; diem vero subsequentem sub nomine Mane. In creatione Mundi, Factumque est Vespe & Mane dies unus, Geneseos Cap. I. vers. 5. Rursus in Exodi Cap. XVI. vers. 6. ista leguntur: Vespe scitis, quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti: Et Mane videbitis gloriam Domini. Quibus etiam verbis utitur Ecclesia in Vigilia Nativitatis Domini. Ita Matthaei Cap. XXI. vv. 17. & 18. usurpatum videoas Mane pro Craftino, sive subsequenti Mane. Et relictis illis, abiit foras extra Civitatem in Bethaniam: ibique mansit. Mane autem revertens in Civitatem esuriit. Neque dissimile exemplum Marci Cap. XI. vers. 20. Et quum Vespa facta esset, egrediebatur de Civitate. Et quum Mane transirent, widerunt sicum &c. Alia exempla praetermitto.

C

Divenire. Fieri, Evadere. Nulla dubitatio est, quin ex Latino Devenire descenderit. Sed quomodo diversa ei a Latino significatio indita fuit in Italica Lingua? Analogiam accipe. Uti Latium ex Vado efformavit Evadere, significans Fieri, ita subsequuta Secula ex Venio

D

E

Venio derivarunt *Devenire* & *Divenire* eadem significatione. Simil modo a *Re* & *Exeo*, verbo itidem significante motum, confecere Majores nostri *Riuscire*, ejusdem significationis atque Latinum *Eavadere*, & Italicum *Divenire*. Nempe Latini dixerunt *D-venire* ad *senium*, ad *paupertatem*, in *sublimem fortunam*, ad *ingentes opes* &c. Brevius posteri dicere coeperunt. *Divenir vecchio*, *divenir povero*, *divenire sommamente fortunato*, *ricco* &c. E *Devenio* est supinum aut participium *Deventum*, & inde processit *Diventare* Italicum, idem significans ac *Divenire*.

Divisare. Vide supra verbum *Avvisare*.

Divario. *Discrimen*, *Differentia*. Vox composita ex *Di* & *Vario*. Ajebant enim: *Nulla c'è Di Vario fra queste due cose*.

Drappo. *Serica*, aut *lanea tela*. Nos a Gallica Lingua accepimus, cui est *Drap*, antiquissimum ejus gentis vocabulum. Inde acceperunt & Angli. Ferrarius, qui a *Raupa* hanc vorem factam putat, minime audiendus. A *Raupa*, sive *Ruba* emanavit Gallicum *Robe*, *Vestimentum*, & Italicum *Roba*, non autem *Drappo*.

Dunque. *Igitur*, *Ergo*. Ludovicus Castelvetrus, celebris inter Scriptores Mutinenses, Lib. 3. Additament. ad Prosal Bembi censuit, enatum fuisse *Dunque* ex Graeco οὐν χε, anteposito *At*, ac *T.* in *D.* immutato. Ingeniose profecto. Attamen vix ego ad credendum inducar, Majores nostros e Graecia haussisse Conjunctionem istam. Et fortasse ne apud ipsos quidem Graecos reperies οὐν χε. Neque absentior Ferrario, deducenti *Dunque* a *Tunc*: neque Menagio a *Denique*.

A

Nam *Dunque* nihil est nisi primigenium *Adunque* breviatum. Quamobrem investiganda prius est origo vocabuli *Adunque*. Equidem sentio in hac voce Latinum *At Hunc*. Fortassis heic aliquid subintelligitur, exempli gratiâ: *At Hunc computum*, *Ad Hunc intuitum*, *Ad Hunc modum*, *At Hunc finem* &c. Alia habemus vocabula, seu phrases, e quibus aliquid excidit, seu quidpiam desideratur. Quaerendum itaque, num hac via deprehendi possit origo vocabuli istius, quod Italicae Linguae more in *E*. aut *A*. veteres terminarint, dicendo *Adunque*, *Dunque*, *Dunqua*, & Galli *Donc*, *Donques*. Ita vox *Per* efformata fuit ex *Per* & *Hoc*.

B

C

D

E

Elsa, aut Elza. Ferrum capulo ensis appositum, ne manus a contrario gladio laedatur. Mutinenses, aliisque Lombardi appellare solent *Coccia da spada* ferrum hujusmodi. Alii verò *Guardia*. *Elsa* vox est originis Germanicæ. Veteres Saxones nuncupabant *Hilt*, & inde Angli hausere suum *Hilt*, Itali denum suum *E'za*, sive *Elsa*. In Glossis Theoriscis Bibliothecæ Mediceæ, ab Eccardo editis habetur, *Capulus*, *Helza*. Ita in Glossis Aelfrici *Capulum*, *Hiltu*. Quare Graecum Ελιξ, significans *Involucrum*, a quo Menagius malebat deductum fuisse *Elza*, expoldendum esse facile intelligis.

Endica. Il comperar robe per serbarle, e poi a tempo rivenderle, per guadagnarvi. Ita Auctores Vocabularii Cruscani. Vereor, ut germanam vocis significationem nobis dede-

D d d z

rint.

rint. Mihi *Endica* nihil aliud est, uti jam monui in Dissertatione XXX. de *Mercat.*, nisi quod nunc *Magazzino* appellamus, locus nempe, ubi merces adservantur. *Lasciando i possenti colle grandi Endi obz.*, verba sunt Joannis Villanii Lib. XI. Cap. 99. Histor., quae non pro *Incerta*, sed pro *Reconditorio mercium & annonae accipio*. Ita & de reliquis exemplis. Haec autem vox e Graeco Ἐρύγην, idem significante venit. *Enibeca* pariter eodem sensu occurrit apud Latinos. Vide Du-Cangium ad ipsam vocem. Quare habemus, quam longe a meta abierit Menagius, qui suis fretus scalis ab *Emo*, *Emptus*, *Empti*, *Emptica* derivavit *Endica*. Vide etiam Dissertationem XXX. de *Mercatibus*. Cassiodorius Lib. 12. Epist. 4. inquit: *Comitis Patrimonii relatione declaratum est. Asinaticum (sive A:inaticum, idest Vinum) cui nomen ex acino est, Enthecis aulicis fuisse tenuatum. Clariss. Marchio Maffeius in Verona Illustrata opinatur, ibi legendum in Thbecis aulicis; nam Enthecae, ut is putat, nomine significabantur rusticorum instrumenta, sive dotes praediorum. Sed praeterquamquod Thbecas Vini appellare insuetum fuit, nuper memorata vox Entheca, Reconditorum significans, commodius ac tutius ibi adhibetur. Nos nunc appellamus Cantina, hoc est Cellam Vinariam.*

F

Fascenda. Negotium. Ex habere negotia facienda manavit.
Fagotto. *Fasciculus*. E *Fasciculottus* vocem hanc traxit Ferrarius. Inde

emersisset *Fasciotto*, non *Fagotto*. Menagius scalam suam hanc adhibet: *Fascis*, *Fascicus*, *Fascicuttus*, *Fascuttus*, *Fasgutus*, *Faguttus*, *Fagotto*. Et hoc ad somnia amandum. Antea e Graecia idem Menagius & Monosinus *Fagotto* traxerant, conatu minime feliciori. Sunt & apud Du-Cangium in Glossario, quae suspicionem ingerant, enasci potuisse hanc vocem e *Fasculis*, quarum fasciculi familiares erant; aut e *Fagis*, e quibus fases colligebantur. Sed nihil satisfacit. Quod certum mihi videtur, Itali e Gallica Lingua accepere *Fagotto*. Origo autem vocis ignota aut incerta esse pergit, nisi Boxhornio subscribamus, qui in Glossariolo suo inter Celticas antiquissimas voces enumerat *Ffagod*, significans *fasciculum*. Ceterum Autores Vocabularii Cruscani nobis exhibuere vocabulum alterum ejus significationis, videlicet *Fangotto*. Sed apage. Nemo Italicorum hanc vocem, ut opinor, usurpat. Unicum exemplum, quod in Vocabulario legitur, excerptum e Rythmis Matthaei Francesii, credendum est Typographorum sphalma.

Fal'ō. *Coloris species in equis. A Fulvus*, si Menagium audimus, descendit. Mihi potius creditur a *Flavus* corrupto. Nempe *Flabus*, *Falbus*, *Falbo*. Sed videndum, num potius hanc vocem e Graecis accepterimus. Theophanes auctor est, equum Heraclii Augusti appellatum fuisse Φάλβας.

Fallare. *Errare*. Vocem hanc e *Falla*, idest *Fallacia*, Latinorum veterum verbo, deducit Menagius. Aequo poterat dicere a *Fallo*. Verum non idem est *Falla*, seu *Fallacia*, atque *Errare*, sive *Peccare*. Igitur

Igitur ex Germanica Lingua nostrum *Fallare* prodiisse certum puto, hoc est a *Fall*, significante *Caduta*, unde Italicum *Fallo*, metaphorice usurpatum pro *Caduta in Errore*. Germanicum *Fallen Cadere* significans, in nostrum *Fallare evasit*, ad significandum *Cadere in errorem*. *Fall* quoque e Germanico sumtum usurpatur ab Anglis. Et in veteri Islandica Lingua, teste Hickelio, *Falla* & *Feallan Cadere* significat. *Fall*, *Cafus*, *Fell*, *Cado*. Ita in Glossis Rhabani Mauri *Cafus Fal*. Praeterea Germanis est *Fehl*, *Error*; & *Feblen*, *Errare*, *Peccare*, *Mancare*. Inde etiam Italica vox manasse potuit. Nam quod est ad *Fallire* Germanicum, de Mercatore fidem creditoribus fallente, ex Italica Lingua in Germaniam migrasse videtur. Arabum etiam Lingua habet *Fala*, *Errare*. Didicisse & inde potuimus.

Falò. Pyram immis data sub dio exultationis causâ. *Falodium* Barbaro Latini appellantur. Galli *Falot*. A Φαῶ Luceo Menagius: a Φαλός *Splendidus* eam vocem elicabant Monosinius, & Pignorius, quorum Etymologia verisimilis! P. Daniel e Societate Jesu in Libro de la Milice, vocabulum *Falò* a Phalarica traxit, sed minus recte. Contra contendit Hickelius, e Gothic & Saxonico *Bal*, significante *Flammam vehementem*, *Rogum*, *Pyram* deducendum esse nostrum *Falò* & Gallicum *Falot*. Facile in Germanica Lingua *Bil* immutari potuit in *Val*, & *Val* in *Fal*; indeque efformari diminutivum *Falot*, & nostrum *Falò*. Ego inter ista dubius haereo. Albertinus Muffatus Lib. 12. Rubric. 8. Histor. August. ait: *Ecce in summo*

A

Gorgonae fastigio ignem emicare, quod signum Falò ipsi nuncupabant, conspexere.

Fanfaluca. Haec vox ita exponitur in Vocabulario Cruscano: *Quella frasca*, che abbruciata si leva in aria. Quod certum est, vulgaris significatio vocis est *Nugae*, *Somnia vigilantium*. In Glossis Theotiscis Mediceae Bibliothecae, ab Eccardo editis, legimus *Fanfaluca Graece*, *Bulla aquatica Latine*. Ego desumtam vocem puto e Graecorum Πομρόλυξ Πομφόλυγος, revera significante *Bullas* in aqua aestuante nascentes. E Graeca voce Πομρόλυγος *Ponfolugos*, *Ponfoluga*, & demum *Fanfaluca*, emersisse potuerint. Sunt & qui *Pampaluga* dicunt, & *Pampalugo* hominem nihil. Venetorum Dialectum heic consulas velim. Itaque haec germana videtur vocis origo, & significatio, quam transtulimus ad alia per Metaphoram. Menagius vocabulum hoc minime sibi proposuit.

Fango. *Coenum*. Repugnantibus Etymologiae legibus universis; a *Fimus* hanc vocem traxit Menagius. Dissimiles literae sunt, ac diversa *Fimi* & *Luti* significatio. Neque meliora dat Ferrarius. Certi aliquid ne ego quidem adferam. In mentem mihi venerat suspicari, e *Fangen* Germanico, significante *Captare* Latinum, nobis *Pigliare*, *Prendere*, Italicum *Fango* & *Fangoso* prodiisse. Ut enim veteres designarent *Coenum*, fortasse dixerunt: *Terra*, che prende i piedi, idque verbo *Fangen* exprimere potuerunt. Ita Latinis *Coenum* renax appellabatur. Et Horatius dixit:

Nequicquam Coeno cupiens cavelere plantam.

Sed

Sed somnio proximam conjecturam hanc judicavi. Habent & Galli *Fange*, quod Fureterius ex Celticō *Faneg* emanasse cenlet. Si id verum, inde vocem accepimus. Mutinenses praeter *Fango*, & *Pantano* idem significans, habent etiam *Lezza*, *Bogra*, & *Zapello*, diversas *Coeni* & *Luti* species. Postremum nescio num venerit e Germanico *Zappeln*, an e Graeco Πηλός significante *Lutum*, quasi ex διὰ πηλὸν, seu διὰ πηλός efformatum fuerit *Zapello*, uti *Zabolus* e *Diabolus* olim dictum fuit, & *Zaconus* pro *Diaconus*.

Fante. *Famulu*. *Servus*. Effugit vox ista Menagium. Contendit Hicensius, e Scandico *Fantur* significante *Famulum*, *Satellitem*, emersisse hanc vocem. *Fanter* iisdem Populis appellantur *Famuli*, *Satellites*. Ad pedites in militia nomen inde translatum. Sed a Latino *Infans*, varie ab antiquis usurpato, vox ista fortassis est arcessenda. Ita *Famuli* ab antiquis appellati fuere *Pueri*. *Mon enfant* adhuc est Gallis. **Farfalla.** *Papilio*. Erudite de origine hujus vocis multa adfert Menagius, eam a Graeco Φάλλη deducens. Attamen sunt, quae me deterrent ab ejus sententia amplectenda. Cur enim additum *Far* voci *Falla*? Deinde Graecum Φάλλη, non *Papilionem* significat, sed *Cicindelam*, quam *Luciolas* appellamus. Eiusmodi *Cicindelae* a *Licophrone* dicuntur Φάλαι, & Φάλαιναι a Nicandro in *Iheriacis*, nempe quod Φῶς, idest *Lucem*, secum ferant. Non ergo veri vide'ur simile, tributum fuisse Φάλης, sive *Cicindelae* nomen *Papilioni*, insesto speciei

A diversæ. At unde *Farfalla*? Potius ab ipso Latinorum *Papilio*, apud nos Lombardos corrupto. Nimirum nobis *Papilio* est *Parpalia*, *Parpaja*. Tufci pro *Parpalia* dixisse videntur *Farfalla*: nam *P.* facile mutatur in *F.* ut ex aliis vocibus constat. Insuper ipsi retinent *Parpaglione*, idem significans atque *Farfalla*, hoc est *Parpalia*, seu *Parpaja* Lombardicum: quod *Papilionem* Latinum proprius refert. **Fastello.** *Fasculus*. Recte a Latino *Fascis* vocem deduxit Menagius, at non ea gradatione, quam ipse excogitavit, idest *Fasculus*, *Fascellus*, *Fastellus*. Aliâ ratione efformata vox fuit, hoc est e *Fascio*, *Fascetto*, *Fascetello*, *Fastello*. **Fegato.** *Jecur*, *Hepar*. Nusquam major quam heic controversia inter Eruditos de origine vocis hujus. Plerique eo feruntur, ut credant, a *Ficis* *Ficatum* fuisse appellatum, quod sues a Marco Apicio Romanorum famosissimo helluone *Ficis* nutriti, *Jecur* darent gratissimi saporis quaerentibus in mena delicias. *Laguna*, *Covaruvias*, *Salmasius*, *Vincentius Tanara*, *Ferrarius*, aliique non pauci haec narrant. Ego putidam fabellam puto. Neque enim Romani, apud quos floruit Apicius, hanc *Jecinoris* metamorphosin, novumque nomen novere: neque unius hominis culina Populos integros ad immutandum *Hepatis* nomen adducere potuit. Quod si *Salmasius* auctor est, in recentiore Graecorum Glossariis Ἡταῖον appellari Συκωτὸν, id factum, quod Graeci Italì immixti in Sicilia, ac alibi, Italicum vocabulum *Fegato*, seu Venetorum *Figão*, aut etiam Hispanicum *Higão*, Graece reddiderent.

dere Συκωτὸν, nomen a *Ficibus*, seu *Ficis* derivatum arbitrati. Glossis veterum non nimis fidendum est. Recentiorum additamenta in omnibus ferme Glossariis offendit. Praeterea non nisi risu excipienda Menagii opinio, qui ab ipso *Hepar*, incredibili gradatione enatum censet Italicum *Fegato*, & *Foye* Gallicum. Sed quid ego? Somnia proferre & mihi liceat. Dubitabam primo, an a Latino *Figere*, enasci potuerit *Fegato*, quum ut Medici ajunt, *incrassato* & *coagulato* *Sanguini* simile sit Jecur. Propterea Fureterius dixit: *Il ressemble à du Sang Figé, ou caillé.* Ita & Diemerbraechius *Hepar* instar *concreti Sanguinis* appellavit. Cum ista interpretatione consonarent Glossae Romano-Theotiscae, ab Eccardo editae, quae a Provinciali quoipiam Gallo antiquissimo scriptae creduntur. Ibi enim legitur *Figido*, *Lepara*, pro *Hepar*. Hinc saltem habes antiquitatem vocis. Attamen tolerabilius altera mihi opinio se obtulit, nempe a Medicis hoc ei sensim impositum fuisse nomen, quod *Jecur* Fellis ope *Sanguinis* faeces expurgare crederetur, quasi *Fecator*, seu *Defecator* esset. Plinium audi Lib. XI. Cap. 37. de Felle agentem: *Est autem nihil aliud, quam purgamentum pessimi Sanguinis,* & ideo in materia *Jecinoris* est. Cato quoque *Fecatum vinum* dixit. Praecipue verò a Germanicis Medicis hoc ei impositum nomen videtur. Ipsis enim *Fegen* est *Purgare*: *Aus-Fegen* quoque est *Expurgare*. A quo verbo efformatur *Feger*, & *Aus-Feger*. *Purgator*, *Defaecator*, ubi expressum paene vides nomen ipsum *Fegato*. Quod etiam veteres *Jecur*

A sedem *Ignis* putarent, Galli *Foye* *Hepar* fortassis appellarunt. Audi Isidorum Lib. XI. Cap. Primo Origin. *Jecur* nomen habet, eo quod *Ignis* ibi habeat sedem. Inde Gallica vox *Foye*, quasi *Foculare*, sive ut illi ajunt *Foyer* *Sanguinis*, non autem ab *Hepar*, quod censuit Menagius. Matthaeus Silvaticus. qui ait *Fecajum*, idest *Hepar animalium* esse, Pandectas Medicinae scribens Anno Christi MCCCXVII. addit quoque: *Ficatum*, idest *Hepar*: *Diasco*, quo nomine Dioscoridem commemorare solet. Verum vix credam, vocabulum hoc *Ficatum* in Dioscoridis Libris legi.

B C *Fiaccare*. *Rumpere*, *Frangere*. *Menagium* audi. *Da Frangere* *Latino*. *Frango*, *Fregi*, *Fractum*, *Fractare*, *Flaccare*, *Flaccare*, *Fiaccare*. E non *da Flaccus*, primitivo *di Flacidus*. Bardus sit, qui credit. Aut e *Flaccus* significante *Languidum*, aut e *Flacceo* intransitivo, significante *Languere*, barbarica Secula efformasse verbum transitivum *Flaccare*, aut *Flacceare*, nimium verisimile est. Nam *Fiaccare* significat etiam *Debilitare*. Nos persaepe dicimus *Fiacco* pro *Languido*, *Debili*, uti & *Fiaccato* pro *Fracto*, *Rupto*.

D E Fianco. *Latus*. A Graeco Λαγών, *Lagonus*, *Lagonum*, *Lagnum*, *Flagnum*, *Flancum*, *Fianco*, ridendâ hac gradatione traxit Menagius. Facile Phantasiae indulgentes, quidquid amamus, assequimur. Et profecto si tanta licentia ferenda est, omnium vocum originem in manu pro arbitrio nostro habebimus. Imperterrit quoque Ferrarius ab *Ile*, *Iliacum*, *Iliancum* deduxit *Fianco*. Nauci haec omnia facienda. Galli *Flanc Latus* appellant. uti & Angli *Flanck*, quod nos *Fian-*

co. Veri videtur simile, hanc esse antiquissimam Celtarum sive Gallorum vocem, quae in Italianam & Angliam immigrarit; aut potius Germanicam; nam & Germanica Lingua habet *Flanke* & *Lanke* eodem sensu. Monui, & monebo saepe, Septentrionales gentes sese effusisse per universum Occidentem, ibique multa reliquiae suarum Linguarum vestigia.

Fiata. *Vix*, *Vicis*. Idem ac *Volta*. *Una Vice*, *Tusci* reddunt una *Fiata*. Si Menagium auscultare volumus, e *Vicata* venit, hoc modo. *Vicis*, *Vice*, *Vica*, *Vicata*, *Viata*, *Fiata*. Metamorphosin istam quis credat? Longe veri similius est, e *Viata*, composito ex *Via*, natum fuisse *Fiata*. Nam *V.* consonans pressa pronuntiatum evadit *F.* Atque uti *Volta* (de quo infra) temporis mensuram significat; desumtam e deambulantium *conversionibus*, ita *Viata* significare videtur unum *Iter*, sive unam *Deambulationem*. Sic veteres Florentini *Fiata* appellassem crēduntur *Fatūm* in Alvearibus *Apum*, quasi *Viale*.

Ficcare. Vide supra verbum *Chiappave*.

Fiebōle, *Fievole*. *Debilis*, *Infirmus*. Redte Menagius, a *Flebilis* hanc vocem traxit, non verò a *Flexibilis*, quod Ferrarius fuerat arbitratus. In Lege 18. Langobardor. Ludovici Pii Augusti, uti Codex Estensis nos docuit, atque animadvertisi Part. II. Tomi I. Reg. Italicar. pag. 129. occurunt testes *Flebiliōres* pro *Infirimi*. Vide & Du Cangium in Glossario. Hinc & Gallis *Foible*. In Capitular. Caroli Calvi, pag. 180. occurrit, ita *wapulent Servi*, ut in corpore suo *Debiliōres* non fiant. Idem est *De-*

A *bilicres* ac *Flebiliōres*, nempe più *Fievoli*.

Fiera. *Nundinae*. Vide Dissertationem XXX. de Mercatibus.

Filugello. *Bombyz*. Vide Dissertationem XXX. de Mercatibus.

Filza. Series ordinata rerum mobilium, filo trajecto junctorum. Ab ipso *Filo*, *Filtia* manavit, *Filza*, *Infilzare*; nam *Filum* transvectum margaritas, corallia, papyros, grana precatoria &c. per ordinem jungit. Mutinenses dicunt etiam *Infilare* pro *Infilzare*, puta *Infilare perle*, *Infilare coralli* &c. uti & Mediolanenses &c.

Fino, seu *Fine*, ut Florentini ajunt, *Perfellus*, *Purns*. Est quod miremur, Guietum & Menagium e somniata quadam Latina voce *Vinnus*, deducere voluisse *Fino* Italicum, *Fin* Gallicum, & *Fino* Hispanicum. *Vinulus*, seu potius *Vinnulus* tantummodo fuit Latinis. Usus est Plautus, usus & Nonius. *Oratio Vnnuta*, *venustula* occurrit. Sed nondum novimus, quid revera significarit *Vinnulus*. A *Vinno*, idest *Cincinno*, flexuosa orationem Janus Duza & Vossius divinando censuerunt. Sed ii facile fumos mercantur, qui ab unis Graecorum, Latinorumve Linguis verba Italicae, Gallica, & Hispanicae derivare conantur, atque interim aut negligunt, aut contemnunt Septentrionalium Linguis, unde tot nobis accrevere vocabula. Inter antiquissimas Germanicū sermonis voces numeratur *Fein*, si vera tradit Crammerus, eademque significatione, qua nostrum *Fino*. En primum fontem. Britannica etiam Lingua, e viētrici, Saxonum gente suum *Fine* accepit. Inde postea efformavere. Majores nostri, Italica voca-

vocabula *Finezza*, *Affinare*, *Raffinare*, &c.

Fino, *Infino*. *Usque*. Vide infra vocem *Sino*.

Fio. *Pagare il Fio*. *Luere poenas*. Pollicitus fuerat Menagius, se de hac phrasι proverbiali fore pertraetatum. At nihil tale in ejus Libro reperire potui. Utique *Fio* pro *Feudo* *Tusci Scriptores* adhibuisse videntur; at haec notio nihil respondeat hujusmodi phrasι. Quid enim significaret *pagare il Feudo*? Quantum ego conjicere possum, *Fio* in phrasι illa significat *Usuram*. Anglica Lingua habet *Fee*, significans, *Praemium*, *Mercedem*, *Donum*. Anglo Saxones *Feo* dixere; & Eccardo teste in Notis ad Tit. IV. Legis Salicae, *Fio* & *Fibu* scribitur *Theotisce*, atque ipso testante significat *pecuniam*, *opes*. Foeneratores Gallici & Anglici ultra sortem sive pecuniam mutuo datam exigebant sub nomine *Praemii*, siue *Doni*, *Usuram*. Haec propterea appellata fortasse fuit *Fio* etiam ab Italisch, in Gallia & Anglia Foenus facientibus, ut dixi in Dissertatione XVI. de Foeneratoribus.

Fico. *Raucus*. A *Faucibus*, ita ut significetur vox *faucibus haerens*, frustra originem vocabuli hujus petit Ferrarius. Sed neque mihi unquam persuadebit Menagius, ipsam vocem emersisse ex eodem nomine *Raucus*; quanquam is nihil dubitans addat: *Ne viene sicuro*. E *Raucus* ad nos venit *Roco*, non *Fio*: Et *Fio* Italicum exsurgere potest ex *Flo*, non verò e *Rau*. Toleralior proinde conjectura foret, deducere *Fioso* e Latino *Flaccidus*, aut *Flaccus*. Nam etsi inde derivatum fuerit *Fiacco*, fieri tamen po-

Tom. VI.

A

tuit, ut *Focio* etiam originem traxerit. Verum ego nihil decerno.

Fischiare. *Sibilare*. Menagius & Ferrarius a *Fistula*, *Fistulare*, & inde *Fischiare* natum putant. A vero non abhorret ejusmodi Etymologia. Attamen, quum aliud sit *Fistulae* sonus, & oris sibilus, vindendum, an potius a sono sibili, aut a Germanico verbo *Biscben*, quod *Fischiare* significat, emanasse vox ista potuerit. Ut jam monui B. in V. consonans, & V. preesse pronuntiatum in F. facile transit. Fieri tamen potest, ut aequae nos ac illi a sono vocem efformaverimus, quod in tot aliis factum novimus. Vide supra *Buffare*.

C

Fitto. *Affitto*. Vide Dissertationem XI. de *Allodiis*.

D

Floscio. *Enervatus*. Menagio intentata vox. A Latino *Flacidus* suspiciari quisquam possit hauriendam hanc vocem. Attamen illi potius originem dedit Latinum *Fluxus*, ut *vestis fluxa* &c.

E

Foggia. *Modus*, *Ratio*, uti hanc vocem explicant Auctores Vocabularii Florentini. Menagium audiamus. *Da Facies*, *Facia*, *Foccia*, *Foggia*. O piuttosto *da Fabrica*, *Fabricia*, *Fauricia*, *Faucia*, *Foggia*. Ejusmodi Etymis suum nomen dare nolo. Quanti sint aestimanda, prudens Lector, vel me tacente, novit. Mihi creditur Mercatorum vox, e Gallia in Tusciam olim importata (neque enim illà Lombardica Dialectus utitur) atque e Gallico *Forge* derivata. Pro *Forge*, durā aliquantulum voce, Tusci veteres dixisse videntur *Foggia*, idemque primo significasse, quod nunc *la Moda*, quum de vestibus, telis, aliisque manufactis agimus. Profectò apud Gallos *Forge* nunc

Eee

signi-

significat *Caninum*, nobis la *Fucina*; at verbum *Forge* latius excurrit, significans *Fabricare*, & metaphorice *Comminisci*, nobis *Invenire*: ita ut ipsum *Forge* videatur olim eodem sensu, hoc est *Commenti*, nobis *Invenzione* usurpatum. Quae nunc *Mode* aut *Invenzioni d'abiti, di drappi, d'ornamenti &c.* appellamus, olim, ut reor, *Forges a Gallis*, & *Foggie a Tuscis* nuncupatae fuerunt. Un panno, una veste di nuova, di disfusa *Forgia*, hoc est *Fabbrica*, in usu fuit. Pro quo *Tusci* invexerunt *Foggia*. Atque id certum paene videtur; quippe iisdem *Tuscis* erat etiam *Foggiare* pro *Fabricare, Efformare*, eaque voce usus est *Joannes Villanius*.

Folla. *Confluxus hominum, Turba.* Sunt, quae mihi persuadeant, subscrinendum esse *Menagio*, qui post *Scaligerum* a *Fullo Fullonis* Italicum hoc vocabulum derivavit. Attamen prisca vox est Germanicae Linguae *Full*, *Fol*, *Plenus*, & *Fulle* idest *Copia*, *Abundantia*, Italice *Pienezza*, *Piena*. Inde *Fullen*, *Replere*, eisdem Germanis. Inde etiam Anglicum *Full*, *Plenum*. Quare non immerito credere liceat, e Germania ad nos migrasse nostrum & Hispanicum *Folla*, & Gallicum *Foule*: quum pari ratione dicamus *la Piena* & *la Folla del Popolo, della Gente*. Quod si adhuc instes, tam Germanos quam nos e *Fullonum* arte deduxisse hanc vocem, non obstabat. Multa quidem de *Fullonibus* disceptavit *Salmasius*. Nondum tamen evidens est, ut supra monui, ad eos spectasse calcare pedibus (ut ille contendit) & densare pannos. Vide supra ad vocem *Danzare*. Certum contra est, consuetum eorum rauus fuisse

A

se purgare, expolire, ac tergere vestimenta, & peccere pannos. Quod si revera *Fullonum* fuit, densare pannos, tunc non incongrue putemus inde emersisse Gallicum *Foule*, & nostrum *Affollare*, uti & *Folla*. Quippe Italice quoque dicimus *la Pressa*, & *la Calca del Popolo* pro *la Folla del Popolo*, ut videoas significationem verbi *Premere* inclusam in vocabulis *Folla* & *Foule*.

Folle. *Stultus, Insanus.* A Graeco Φαῦλος Monosinius & Vossius derivatam vocem opinantur. A Latino *Follis* Menagius deduxit, quasi *stultus ab inanitate Follis* sit appellatione ista dignus. Mihi quoties Germanica Lingua vetustam suam vocem affinem suppeditat, ad eam potius quam ad Graecam, confundiendum videtur. Huc enim Gothis, Langobardi, Franci, & Germani, cuncti Boreales Populi, copiosam intulere suarum vocum segetem. Est ergo Germanicae Linguae *Faul*, significans hominem nibili, invertem, corruptum, languidum. Metaphorice appellant *Itali Folle* hominem corruptae, aut languidae mentis, hominem cerebro vacuum, uti infra idem de *Matto* adnotabo, quam vocem vide. Est & Gallicae Linguae *Fol*, *Fou*, & femininum *Folle*, uti & Anglicae *Foul*: quae omnia credere fas est profecta e Germanico *Faul*. Hickeius auctor est, Cimbrice quoque *Folsonare Iracundus, Fatuus, Insipiens, & Folla* significare *Stultitiam*. Denique in *Glossario Boxhornii* inter Celticas vetustissimas voces enumeratur *Ffull*, idest *Stultus*. Olim sub nomine *Celtarum* veniebant Galli atque Germani. Johannes Diaconus in *Vita Gregorii Maggi* Papae, Cap. 96. ait: *At ille*

C

D

E

more

more Gallico sanctum senem. incrèpi-tans *Follens*, ab eo quidem virgā le-niter percussus est. Vides antiquita-tem vocis, ejusque originem non Latinam, non Graecam, sed Gal-licam. Consule, si lubet, Du-Cangium ad vocem *Follis*.

Folio. Hoc dicimus de rebus disjun-ctis, sed simul confertis ac spissa-tis. *Folto bosco*, hoc est, nemus den-sum dumetis atque arboribus. *Folto* Crine, *Folta Barba*, *Folta* scieva d'uomini. Dicimus etiam *Folta neb-bia* &c. Menagius vocis hujus ori-ginem attingere fortasse non est ausus. Vix audeo & ego. Meas tamen conjecturas proferam. Ita-que perpendendum, num forte vox ista effluxisse potuerit ex *Follare*, *Follato*, *Folto*. Vide supra vocem *Folla*. Tuscis certe idem est *Af-follare* & *Affoltare*. Praeterea *Fulta* ii dicunt pro *Folla*. Primo di-ctum fuerit *Panno Folto*, idest ben *Follato*; tum ad res alias transla-ta fuerit vox ipsa. In eam quo-que opinionem fortasse non imme-ritd quisquam inclinet, scilicet Teutonicum *Fult* sive *Fol* in Bri-tannicam quoque Lingua trans-latum, & significans *Plenum*, *Spis-sum*, immutatum a Majoribus no-stris fuisse in *Folto*. Judicent, qui meliora sapiunt. Neque enim au-deo proponere fontem vocis *Ful-tire*, unde *Fultum*, quamquam La-tino barbari verbum hoc ad alias significationes contorserint.

Fondaco. *Mercatorum officina*. Nugan-tur, paene dixi, Ferrarius & Men-agius, ille ab *Apotheca*, iste a *Fundum* vocabulum hoc derivantes. Caninius & Corbinellius a somnia-ta voce quadam Punica illud ar-cessunt. Arabicae originis sine du-bitatione est; Arabes enim *Giggeo*

A : testante *Officinam* appellant *Al-Fon-dogo* seu *Fondaco*. Atque uti Gol-lius monuit Arabicum *Fondogon* est *Publicum Mercatorum hospitium*, ubi cum suis mercibus versantur. Apud antiquos Orientalium rerum Historicos, in Siculorum quoque & Hispanorum monumentis *Funda*, *Fundicus*, & *Fundacus* occur-runt. Du-Cangium ad hanc vo-cem consule.

Forbire. *Polire*. Si Menagium audis, efformata vox ista fuit ab inusita-to. (idest somniato) verbo *Purimi-re*. *Purus*, *Purimus*, *Purimire*, *Pur-mire*, *Purbire*, *Furbire*, *Forbire*. Si Ferrarium, a *Foria*, *Forire*, *Forbi-re*, idest alvum citam purgare, ea-dem vox emanavit. Uterque in nubibus aedificavit. Gallis quoque *Fourbir* in usu est, Anglis to *Fur-bisb*. Aut iis nos vocabulum dedimus, aut ipsi nobis. Meam ac-cipe conjecturam. A Latino *Fur-vus* *Niger* natum opinor *Forbire*. Scilicet a *Furvus* compositum fue-rit *Furvire*; & dictum primo de armis, idest *Expluire*, *Lucidum ef-ficere*. Eadem ratione Majores no-stri *Brunire* l' armi, l' acciajo, l' ar-gento dixerunt, & adhuc nos dicere pergitimus. Inde *Thoraces*, seu *Lo-ricae* militum a Francis appellatae *Brunia*, seu *Brunea*, quod reluce-rent. Idem est *Brunire*, ac *Furvi-re*, & *Forbire*. Atque haec quidem conjiciebam. Verùm ubi animad-verti, apud vetustissimos Theoti-scae Linguae Scriptores *Otfridum*, *Notkerum*, & alios, occurtere ver-bum *Furben*, significans *Purgare*, *Tergere*, *Expluire*: eo, potius feror, ut credam, e Germania nos ac-cepisse *Forbire*. An verò Germani e Latino *Furvus* acceperint suum *Furben*, ignotum mihi plane est.

Eeez

Fore-

Forestiere. *Advena*. Menagius per hanc scalam a *Foras* hanc vocem traxit: *Foras*, *Foris*, *Forensis*, *Forestus*, *Forestarius*. Non ex uno *Foras* natum *Forestiere*, sed a *Foras*, seu *Foris*, & *Stare*. Ita enim appellati, quicumque stabant sive habitabant *Fuori del Contado e Distretto*. Propterea & in exilium aeti extra Comitatum, appellati sunt *Fo-
restati*. In Statuto MSto promulgato a Republica Mutinensi Anno MCCLXXV. haec scripta sunt: *Et Potestas, seu Rectores Communis Mutinae, teneantur ipsum homicidam Bannitum & Forastatum perpetuè tenere.* Ita *Foruscito* a *Foris* seu *Foras* & *Exeo*, nuncupatus est *Civis*, qui sponte vel coactus exsulabat.

Fornire. *Conficere*, *Perficere*, & plene *Praeparare*, seu *Instruere* aliqua. In utroque sensu antiquissima vox est Italicae aequa ac Gallicae Linguae, quae *Fournir* dicit, & Anglicae dedit *to Furnish*. Utra ab altera manarit, incertum. Brevibus se expedit Menagius, inquiens, verisimile esse, a *Finire* hanc vocem fuisse deductam. Haec inter se literarum tono distant. Quae ergo eaufsa immutandae hujus vocis *Finire*? Du-Cangius vero ita scribit. *Nota vox* (*Fournir*) *apud nostros videtur a Furnis*, *quum culturis suis plene instruti sunt*, *ita ut nihil in eis immitti possit*. Nimis late exquisita origo. Sunt enim innumera, quae replentur, ita ut nil aliud illuc possit inferri. Neque *Furnus* definit esse *Furnus*, etiam si parum aut nihil coquendum habeat. Reliquum igitur est, ut diligentius Eruditi perpendant, unde sit derivanda vox ista, de cuius origine nil mihi adhuc succurrerit, nisi suspicio aliqua, potuisse

A

B

C

D

E

ipsam descendere a *Foro*, significante affluentiam rerum comestibilium; aut aliquâ literarum mutatione ex ipso fonte proditiss, unde fluxerunt *Guarnire*, *Guarnito*, *Guarnimento*, idem significantia ac *Fornire*, *Fornito*, *Fornimento*. Est antem *Guarnire* Germanicae originis. In Capitularibus Caroli Calvi occurrit de suo sit *Warnitus* (Italice *Provveduto*) & ad hoc omnes semper *Warniti* sint. Hinc *Garniso*, quidquid ad muniendam Urbem annonâ & armis necessarium est. An autem *Warnire* efformatum fuerit a Germanico *Waen*, *Servare*, *Conservare*, uti opinatus est Vossius, aliis perpendendum relinquo. Fieri autem potuisse videtur, ut Septentrionalis aliqua natio suâ Dialecto utens, *Fornire*, seu *Furnire* pronuntiarit, quod aliae Nationes *Warnire*, & fortasse *Varnire* dicebant. Nam *V.* consonans presso pronuntiatum a Germanis convertitur in *F.* cujus rei exempla obvia sunt *curetis*. Et rursus idem *V.* consonans alii Populi in *G.* & *GV.* mutant, ut *Vastare* Latinum, quod nobis est *Guestare*, & Gallis *Gaster*, sive *Gater*, & Anglis *to Waste*. Ita Latinum *Vomer* a rusticis nostris nunc dicitur *la Gmera*, aut *la Gomea*. Et rursus quod nonnulli Populi per *A.* efferebant, alii per *O.* aut *V.* pronunziabant. Haec dixisse me non poenitet, donec alii felicius verum fontem verbi Italici *Fornire* ostendant, quem certe mihi ignotum fateor.

Frangia, *Fimbria*, seu *Lacinia* vestium. Contendit Menagius, a *Fimbria* enatum fuisse *Frangia* per admirabilem hanc gradationem. *Fimbria*, *Frimbia*, *Frimia*, *Frenia*, *Fenia*,

nia, Frangia. A Germanico *Franzen*, aut a Latino *Filitia*, secundum Ferrarii mentem vox ista venit. Docti isti viri in nubibus Etymon conquisierunt, quod ante pedes erat. A Latino *Frango* enatum *Frangia*. Nimis olim in luxum pronae gentes, vestium limbos in minutus particulas incidebant, aut limbis isdem falciam sive fimbriam assuebant in plures sectiunculas & minuta filamenta concisam. Ut Latini *Laciniā* a *Lancino* aut *Lacerō* compoluerunt, ita nos a *Frango* Latino Italicum *Frangia* efformavimus. E. inde Gallicum *Frange*, non verò a *Frimia* Menagiano. Ab *Auri-frigium*, sive *Pbrygium* Du-Cangius deduxit hanc vocem *Frangia*. Sed ab eodem *Pbrygium* manavit *Fregio* Italicum non *Frangia*. Neque tancūm limbos, sed & ipsas vestes, vestiumque facies olim scissuris minutis ornamenti causā frangebant: quod *Fragagliare* Tusci dixerunt.

Fraſtornare. Interrumpere contilium aut actionem alicujus inchoatam. Ejusdem originis est *Difſtornare*, lignificans *Avertere*, *Dimovere*. Occurrit etiam *Stornare*, quo utuntur Florentini ut significant *Deterrere*, *Revocare*. Fons harum vocum est *Tornare*, quod in sua primitiva institutione *Convertere* significavit. Intransitive dicere videmur *Tornare* pro *Redire*. Sed est transitivum, subintelligendo videlicet *Convertere gradum*. Ita ergo invaluit *Difſtornare*, & *Stornare*, Gallis quoque usitatum in *Detourner*, quo significamus ad motum diversum, diversam-ve actionem *Convertere* nos, aut alios, aut etiam quidpiam aliud. Ita *Fraſtornare* ex *Fra* & *Stornare* compositum, significat, in-

A terjectā aliquā re cursum alicujus actionis sistere, aut revocare.

Fresco. Duo diversa significat. Primo *Recens*, *Novus*, *Vividus*. Secundo *temperatum* *Frigus bahens*. Ferrarius a *Virassere* trahit *Fresco* priori significatione. Inconcinne omnino. Nihil dubitandum, quia sit pura pura Germanicae Linguae vox, hoc est *Frisch*, quod Germanis idem est ac *Recens Novus*. Inde etiam ad Britannos migravit *Frisch*, eadē significatione usurpatum: & ad Gallos *Frais*, cuius femininum est *Fraiche*. Neque iusto titulo opinatus est Menagius, & post eum Fureterius, *Frigeo*, aut *Frigidus* Latinum originem dedisse Germanico *Frisch*. Propria enim ac primaria illius vocis significatione apud illos non fuit *Frigidus*, sed *Recens natus*, *Recens factus*, *Vegetus*, *justo vigore instrutus*. Hoc sensu *Frigidum* Latini nunquam extulerunt. Ad alteram significationem quod attinet, conatur quidem Menagius deducere *Fresco* a *Frigidus*, sed parum feliciter. *Frigidus* ab Italibz in *Freddo* conversum est. Infelicius quoque opinatus ille est, a *Frigo* efformatum fuisse *Fresco*. Nihil aliud unquam *Frigo* significavit, quam *Torrere* aliiquid, ut sit in sartagine, Italibz adhuc *Friggere*: quod non solū nil commune habet cum *Fresco*, sed contrarium planè est. Itaque non alias originem reor ego tribuendam vocabulo *Fresco* sub hac altera significatione, nisi idem *Frisch* Germanicum, metaphorice adhibitum. Nam proprie *Fresco* non est *Frigidum*, sed aliiquid medium inter *Calorem* & *Frigus*, inter exiguae & nimias aetatis humanae vires, uti un' Uomo *fresco* d' età.

Nata

Nata autem significatio a Vento, praecipue in nautica. Galli adhuc appellant *Vent Frais*, qui medius est inter *Ventum Eschars*, nobis *Vento scarso e debole*, & *Vento Forcè*, nobis *Vento Forzato*. Ejus ope naves feliciter progrediuntur, & eo afflante moderatum ac suave frigus sentitur. Hinc far *Fresco*, quum sit ejusmodi *Ventus*, & *Aria Fresca*. Nos *Fresco* reddimus Latinum verbum *Frigidus*, quod aptiori voce careamus. At aliud est *Frigidus*, aliud *Fresco*. Illud revera *Frigus* in suo statu significat. Alterum vero quum calidus ser in primos fines *Frigoris* transit. Habent etiam Germani *Erfrijschen*, *Rinfrescare*.

Fretta. *Festinatio*. A *Premo*, ut opinabatur Menagius, nemo hanc vocem eliciendam putet. Subdit ille: *Ovvero dal Tedesco Fester, che vale Frettolofo*. Sich *Frenen*, cioè *Festinare*. S' usano queste voci nella *Franconia* e nella *Baviera*. Haec veri similior sententia. *Fretten* *Saxonibus* est *Axiabastare un mestiere*. Simile huic nostrum *Affrettare* videoas. Nam prae festinatione opera male confecta evadunt. Germanis est *Fertig*, significans *Promitus*, *Expeditus*, *Agilis* &c. Est & *Fertigkeit* *Promitudo*, nobis *Prestezza*. Inde nostrum *Fretta*.

Frollare. Teneram carnem, & coctu facilem efficere. Forstian a *Friculare*, ait Menagius, diminutivo verbi *Fricare*. Nam *Fricando* tenera efficitur caro. A *Friculare* efformaretur *Friclare*, quod nunquam in *Frollare* immutatum fuerit. Meliora tradere posse non mihi tribuo. Attamen vide, an fieri potuerit, ut e *Ferulare* emerserit: *Frollare*. Nimirum qui coquinariae rei student,

A

carnem tundunt ac verberant, ut molliorem faciant. A *Ferulâ*, *Ferulare*, detraæto E. exit *Frolare*, quod nullo negotio in *Frotare* & *Frollare* transire potuit. E *Frollare* natum postea *Follo*. Ita *Baculare* apud veteres occurrit. Supradidimus *Brullo* ab *Experulare* enatum *Shrollare*.

B

Fromba, *Frombola*. *Funda*. Ab ipso *Funda*, *Frunda*, *Frumba*, *Frumola* deducit Menagius *Frombola*. Non dum id mihi persuasit; uti neque Ferrarius, qui a stridore lapidis excussi nomen hoc inditum censuit *Fundæ*. Nihil mihi commodi occurrit de origine vocis hujus. Tantummodo animadvertis velim quoddam vocabulum in Vitis Pontificum Ravennatum scriptis ab Agnello circiter Annum Christi DCCCXL. atque a me editis Tomo II. Rer. Italicarum. Describit ille in Vita Damiani Archiepiscopi proelium civile inter Ravennates atque *fundati*, atque haec habet: *Alii mugitu Rumbulorum territi, per diversa fugiebant loca. Si quid video, Rumbuli, hoc est exigui Rumbi, sive Rhombi, appellantur ab eo Saxa per Fundam projecta. Praepositus F. sonus accedit ad Fromba, Frombola*. Nempe inde efformatum fuisset *Frombulare*, *Frombolare*, & *Fromba*.

C

D

E

Frotta. *Multitudo*, *Agmen*, *Coetus*. Forse da *Fultus*, cioè *Densus*, inquit Menagius. Non a *Fultus*, sed a *Fullonibus*, subdit Ferrarius. Mihi neutrum Etymon satis verisimile. Num *Frotta* pro *Fotta* Gallico nomine, adhibitum fuit, translato ex unione rerum natantium ad unionem hominum, aut animalium? Ita *Fleche* Galli *Sagittam* nuncupant, nos *Freccia* dicimus.

Ve-

Veteres Tusci facile *L.* in *R.* convertebant, uti *Salviatus* compluribus exemplis jamdiu ostendit.

Frugare. Praetentare ligno aut ferro aliquid abditum. A *Ferio*, *Ferutum*, *Feruticare*, *Fruticare*, *Frucare*, profectam vocem opinatur Menagius: a *Fodicare* Octavius Ferrarius. Neutra sententia arrideat. Num ergo a *Ferro* *Ferrucare* enatum, quum scilicet homines ferro immisso tentant, an ostium, sive arca sine clavi aperiri possit? Alterum par verbum, praeter istud, Mutinenses usurpant, hoc est, *Fusigare*, aut e *Festuca* corrupto efformatum, aut (quod veri videatur similius) a *Fuste*, *Baculo*, quoties nimirum *Fuste*, sive *Virgulâ* abditum aliquid scrutantur.

Frustare. Vide Dissertationem XXIII. de Moribus Italicorum.

Fucina. *Caminus*, locus, in quem ferrum, ut ignescat, injicitur. A Vocabularii Cruscani Auctotoribus Latine redditur *Officina*. Vocem e vestigio arripuit Menagius, sine dubitatione scribens, *Fucina* efformatum ex *Officina*. Si quid video, utrobique erratum fuit. Neque enim *Officina* unquam adhibitum fuit ad exprimentum locum, in quo Fabri ferrum ignescere cogunt. *Officina* descendisse creditur ex *O-pificina*, & omnium est Artificum. Nos nunc *Bottega* appellamus. Si *Officinae* nil rei est cum *Camino* Fabrorum: ergo neque *Fucina* emersisse inde potuit. At unde *Fucina*? A *Focus* verisimile est efformatum fuisse *Focina*, & denique *Fucina*. Ita e *Coquo*, vel *Coquus* manavit *Coquina*, *Cucina*. Aut e *Fundo*, *Fundis*, *Fusum*, Latinorum verbo, significante *Liquefacere metalla*, Majores nostri vocem hanc

A

traxere ad designandum locum, ubi metalla funduntur. Quippe Lombardis non *Fucina*, sed *Fusina* dicitur locus ille. Notum est *Fusores* a Latinis appellatos fuisse, qui e metallo opera fundebant. Inde *Ars Fusoria*, *Vasa Fusoria*, *Fusura*, *Fusilis*, &c. Eligat prudens Lector, quod proprius vero sibi videatur.

B

G

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

OO

PP

QQ

RR

SS

TT

UU

VV

WW

XX

YY

ZZ

AA

BB

CC

DD

EE

FF

GG

HH

II

JJ

KK

LL

MM

NN

creditur. Num a *Gaio*, significante *Hilarem*, *Festivum?* Lombardi, *Lucenses*, & alii dicunt *Gaiardo*. Et fortassis hoc primitivum nomen fuerit, quod *Tusci* in *Gagliardo* immutariat. *Carrocium Cremonensium* in *Chronico Parmensi*, a me in *Collectione Rer. Italicas* evulgato, appellatum fuisse traditur *Gajardus*. Quod si *Gagliardo* antiquiore vocem velis, quum adjectiva desinentia in Ardo e substantivo veniant, ut e *Malta Maliardo*, e *Coda Codardo*, e *Bugia Bugiardo*: erit forte, qui suspicetur, e *Galìa* (*Triremis*, ut vulgo creditur, Latinis) *Gagliardo* enasceretur, voce nimirum adhibita ad significandos Nautas, qui *Triremem* remis impellunt, ad quem laborem robustissimi virorum deligebantur, & diliguntur adhuc. Cur aliorum somniis & istud adjungere non liceat? Anno Christi MCCII. facta fuit *Societas Gagliardorum* in *Mediolano*, uti scribit *Gualvaneus de la Flamma* Cap. 235. *Manipuli Florum*, Tomo XI. *Rer. Italicas*. Societas ista, ut in praecedenti Cap. 233. scripsit, erat quaedam *Congeries Nobilium Juvenum*. *Du-Cangius*, quum in Concilio *Turonensi* Anni MCC-XXXI. reperisset Cap. 21. *Clericos Ribaldos*, maxime qui *Goliardi* nuncupantur (quae appellatio occurrit & in aliis subsequentis aetatis Scriptoribus) haec scribit: *Hinc Itali Gagliardo*, nostri *Gaiard* bauferunt indubie. Istud indubie vellem expunxissem vir doctissimus. Ante *Goliardos Clericos* erat *Italicae Linguae Galiardo*, seu *Gajardo*. Hanc vocem adhibebant olim, uti & nunc ad significandum hominem *Robustum*. Quare nihil opus fuit

A

nostris mutuo accipere e *Gallia Goliardus*, ac immutare in *Gagliardo*. Vidisti vocabulum *Galiardo*, Societati *Mediolanensi* inditum, tempore praecessisse, hoc est annis viginti novem, vocem alteram *Goliardi* adhibitam in *Turonensi Synodo*. Nemo autem putet vocabulum illud *Galiardo* tunc temporis ab Italies adhiberi coepisse. Adeo, vocem *Goliardus* significasse *Scurrām* potius, seu *Joculatorem*, quam hominem *Robustum*. Consule Martene Tom. 4. pag. 727. Thesaur. Nov. Anecdotor. Repeto ego, incertam adhuc, aut ignorantiam adhuc esse istius vocabuli originem.

C

Gajo. *Hilaris*. *Alacer*, *Castelvetrus* noster a Graeco Καλὸς: *Aleander*, & *Menagius* a Latino *Cajus*, seu *Gajus*, vocabulum hoc derivant, quod *Cajus* a *gaudio patrum dictus* fuerit. Addit *Menagius*, *Latinum Cajus* e Graeco Γαῖος, manante ab inusitato Γῶω, *Gaudio* processisse. Quanquam non desint, quae hisce opponi possint, laudare tamen in praesentia malo ejusmodi Etymon. Sed simul moneo, prout jam animadvertis Leibnitius V. Cl. videri vocem *Gahun* (apud *Ofridum* vetustissimum Poëtam Germanum) significare idem, quod nobis *Gajo*: ac propterea fieri posse, ut e Germania potius ad nos migrarit *Gaio*, & ad Gallos *Gay*, & ad Belgas *Gau*, quo & adhuc *Saxones* utuntur.

D

E

Gales, aut *Galera*. *Triremis*, genus navigii. Mirum, quantum se torqueant in hujus vocabuli origine investiganda *Castelvetrus*, Joseph Scaliger, Vossius, Menagius, Coivaruvias, & alii. Nil certi qui-

squam

squam protulisse mihi visus est. A
Arabica fortasse Lingua nomen
hoc nobis dedit. Eadem enim ha-
bet Chalaja significans *Navim Ma-
gnam*, unde *Galea* efformari po-
tuit. Habet & Chalion *Navis ma-
jor*, *ducta nautarum impulsu & re-
migio*. Hinc nostrum *Galeone*, one-
raria *Navis major*, & *Hispanicum
Galeon* haustum fuisse videtur. In
Actis Sancti Erasmi Episcopi ad
diem 2. Junii a Papebrochio edi-
tis mentio sit de quodam *Galliono
Provincialium*, Anno Christi MCCC.
Originem hanc certam appellarem,
nisi aliqua dubitatio superesset, an
Arabes ipsi a nobis eamdem vo-
cem didicisse potuerint, quum bel-
lica & nautica nomina facile de-
una in alteram gentem migrant.
Attamen Arabes & arte & tem-
pore in nauticae & classium usu,
meridionalis Europae Populis praei-
vere post Graecos, atque Latinos.
In novo Thesauro veterum Inscrip-
tionum, qui jam sub praelo est,
Inscriptionem Ravennatem adfer-
ram, ad Secula Romana spestantem,
in qua occurrit PHALLÆVS
GVBER. DE GALEAT. PIERIS.
Haec una indicio esse potest, ve-
tustiorem esse, quam vulgo creda-
tur, nomen *Galea*.

Galoppo. *Galoppare*. Dicitur de equo
moderate, seu gradatim currente.
Salmasius, cui subscriptit Menagi-
us, a Graeco Καλπᾶν, seu
Καλπάζειν, quod Currere signifi-
cat, hanc vocem derivavit. Pote-
rat Salmasius laudare Budaeum hu-
jus Etymologiae auctorem, Co-
varuviam, Monosinium, & alios,
qui antea id tradidere. Attamen
ego facilem heic ad credendum me
nequaquam praebeo, tum quod
non eadem heic sit literarum con-

Tom. VI.

A

B

C

D

E

ditio, tum etiam quod ipso Sal-
masio teste Καλπᾶν sit *Trottare*,
non *Galoppare*. Adde, praeter I-
talicum *Galoppare*, Gallis esse *Gal-
lop* & *Galoper*; Hispanis *Galope* &
Galopear; Anglis *Gallop* & *to Gal-
lop*; Germanis denique *Galop*. Tot
Populi Graecae Linguae ignari
quei fieri potuit, ut tanto confen-
su eamdem vocem, iisdemque li-
teris, conversam in suum sermo-
nem intulerint? Mihi veri vide-
tur similius, vel in Gallia, vel
in Germania natum *Galoppo*, in
reliqua Occidentis Regna pene-
trasse.

Gangaro, *Ganghero* Florentinis. *Porta-
rum cardo*. Ferrarius a *Canceres*
(Italice *Gamberi*) vocem prodiisse
opinatus est. *Quasi Canceres*, quod
distorti sint. Utique distortum Etymon.
Ecquando enim *Canceres*
distorti? A Graeco Κάγχαλος,
idest, *Canchalus*, vocabulum hoc
derivat Menagius, Hesychium te-
stem adferens. Verum Hesychii
aetas incerta est; multaque addi-
tamenta ad ejus Vocabularium a
recentioribus facta fuere. Denique
Hesychius ait, vocem hanc in u-
su fuisse apud *Siculos*. Non ergo
apud Graecos ea vox nata. Siculi
autem Italica gens. Itaque Sicu-
lorum usus indicare potius posset,
importatum a Germanis fuisse vo-
cabulum *Ganghero* in Italianam. Et
revera Germanicae Linguae *Angel*
ad Siculum *Canchalo* accedit. Ger-
manicum *Angel* idem significat
quod Italicum *Ganghero*. Sed cur
additum C. aut G. in principio
vocis ejusdem fuerit, me ignorare
fateor.

Gara. *Contentio*, *Aemulatio*. Nulla
dubitatio est, quin Italicum *Guer-
ra*, a Teotisco *Weerre* emerserit,

F f f

unde

unde etiam *War* Anglicum, & *Guerre* Gallicum. At inde etiam prodiisse *Gara*, ut Menagius censem, sibi minime persuadeat, qui diversam literarum strueturam, diversamque utriusque vocabuli significationem consideret. Quare potius confugiendum est ad Arabicam Linguam, cui est *Ghara*, significans *Invidere*, *Aemulari*, *Zetotypia laborare*, *Giggeo* & *Gollio* testibus. Inde Italicam vocem *Gara* descendisse opinari licet. Ab *Aurigare* hanc vocem Ferrarius infelissime trahebat.

Garbo. *Gratia*, *Venuſtas*, *Elegantia*, *Concinnitas*. Ferrarius e *Garba* fasciculo spicarum; Gujetus e Graeco Γαῦπον, Etymon hujus vocis duxere. Nulla mihi dubitatio, quin ii somnia narrarint. Haereo contra ego in vocabuli hujus origine signanda. Galli vix eam agnoscunt, Fureterio teste, atque a nobis se didicisse putant. Contra Italicae est familiaris, & inde aliae voces efformatae. Apud Anglos quoque multo in usu est *Garb*. Baileyus Britannus Scriptor auctor est, e Saxonico antiquo *Garpian* descendisse hanc vocem *Garb*. Hoc si statuas, Itali quoque e gentibus Borealibus eam acceperint. Sed fieri etiam potuit, ut a nobis ad Anglos, aliosque Populos ipsa transmigrarit. Itaque expendendum Eruditis relinquo, num fieri potuerit, ut per metaphoram appellemus *Garbo elegantiam* hominum in ore, gestibus, & colloquendo. *Vino Garbo* dicimus *Vinum probi saporis*, quod summopere placet, sequae attemperat bibentium gustui. Mutinenses quoque ajunt: *Questo mi aggårba*, idest *mi dà nell' umore*, *mi piace*. Num ergo e Vino

A translata vox fuit ad homines, eam gratiam in agendo praferentes, quae omnibus placet? Unde verò prodierit *Vin Garbo*, si petis, fortasse dicam, e *Gauro* Campaniae monte prope Surrentum, in quo Vinum dignitur praecipuae bonitatis, atque ab antiquis effuse commendatum. Vox ista facile in *Garvo*, ac tandem in *Garbo* immutata fuerit. Conjecturis locus est, ubi res certa teneri nequit.
Garbuglio. *Confusio*, *Tumultus*. Hinc *Ingarbugliare*, idem quod *Intricare*. Galli *Grabuge* dicebant; sed apud illos jam antiquatum est, & Fureterio creditur e *Garbuglio* Italico derivatum. Cavere sibi Menagius debuisset, ne ad risum Lectores serios commoveret, dum scripsit intrepide: *Viene sicurissimo da Turba*. Ne crassiori quidem sub ære natus hoc credat. Neque laudabilior Ferrarii opinio, a *Capillis* confusis, vocabuli hujus originem trahentis. Dicunt, ut aliquid dicant. Davum & ego heic me sentio. Attamen Eruditi perpendant, num Lombardica *Dialectus* afferre aliquid lucis heic possit. Mutinensis bus *Buia* est *confusio* & motus rixantium aut pugnantium. Ita *Garbuglio* (nobis *Garbuio* & *Ingarbuia*) confusionem rerum significat. Num a Latino *Bullio*, coniuncto cum *Gar* Teutonicō, significante *Multum* & *Valde*, potuit efformari *Garbuglio*? Ita Metaphorice dicimus *il bollore di una rissa*, *di una lite*, *d' una battaglia*. Angli quoque *Garboil*, & *to Boil* *Ebullire* dicunt. Nisi a nobis vocem istam acceperunt, videntur & illi e *Gar* Germanico & *Boil* efformasse hocce vocabulum, quasi *Garboil* sit *magna ebullitio*.

Garontoli. Monosinius apud Florentinam plebem reperit *Dar de' Garontoli*, pro *Infligere pugnos*. Et quamquam is fateatur, vocem hanc majoribus *incognitam* fuisse, attamen auctor est, eam processisse e Graeco Γρόντοι, idem significante. *Optimamente*, suum heic epiphonema addit Menagius. At quei, peto ego, tam erudita fuit ante centum annos Florentina Plebs, ut e Graeca Lingua vocem hanc acceperit, quam antiqui ignorarunt, & ne ipsi quidem Vocabularii Florentini Auctores recensendam censuerunt? Somnia haec appellare liceat hominum, ubique Graciam crepantium. Nova verba, novas phrases, ac translationes & ipse Populus quotidie procedit, quorum caussam & originem frustra interdum requiras. Mutinensis quoque Popellus pro *Dare un pugno*, inquit, *Dare un Garofano*, quod flos quinque foliis (totidem quippe digitos habet ultraque manus) constet. Inepta profectò Metaphora: cuius tamen incmini, ut videas, quasdam plebejas voces, seu populares loquendi formulas, non ut aurum, sed ut plumbum esse accipiendas. Dubitare etiam licet, ne Monosinius interpretatus fuerit *Pugni*, quod erat *Colpi di Bastone*, fortassis ab Hispanico *Garrote*, sive Gallico *Garrot*, unde traxerit Florentina Plebs suum *Garontoli*.

Garzulo. Pars media ac tenerior in caespitibus lactucae, brassicae, & quorumdam florū, ac herbarum comedibilium. A *Cauliculus* efformatam hanc vocem putavit Ferrarius. Sed repugnat literarum sonus. Omnino autem absonta opinio Menagii, trahentis hanc vo-

A cem a *Tursus* Latino, seu Graeco *Thyrsus*, hoc paſto: *Tursolus*, *Ciurſolus*, *Ciurſolo*, *Giarſolo*, *Giarſuolo*, *Garzuolo*. Somnianti duntaxat excidere haec possunt. Praeterea *Thyrsus* a *Garzuolo* diversam rem significat. Interea perpendant Eruditini, num *Garzuolo* potuerit prodiſſe ex diminutivo *Cardui*, idest *Carduolus*. Nobis in Lombardia degentibus *Carduus sylvestris* appellatur *Garzo*, *Sgaizo*, *Sgarzone*, uti infra adnotabo ad vocem *Scardassare*. Inde dicimus *Sgarzare il panno*, idest *sylvestribus carduis pannos pellere*. Similis est *il Garzuolo* in Rosis, *Caryophillis*, aliisque floribus, exiguo *Carduo* sativo, cui *Carcioſo*, seu *Articiocco* nomen dedimus. Ac proinde *Carduolus*, *Garzuolo* ea pars florū atque herbarum fortassis appellata fuerit. Sed cur *Garzuolo* nuncupetur pars etiama subtilior Lini, & *Cannabis purgata*, atque in modicos manipulos a carminatoribus contracta, nondum conjecturā ullā assequi potui; nisi forte inde nomen sumserit, quod ut *Garzuolo* in floribus & herbis pars delicior, subtilior, & media est, ita & in *Cannabe* ac *Lino* sit pars illa, de qua Plinius Lib. 19. Cap. 9. ait: *Improbatur cortici proximum, aut medullae. Laudatissimum est e medio, quae mesa dicitur.* Verū haec adhuc dubia mihi sunt at tenebricosa.

Gazza. Pica avis. Ab *Acacia* Menagius contendit nomen hoc natum. Sed prius ostendendum ei erat, quis unquam veterum hoc nomine *Picam* donarit. Mihi creditur, processisse vocem ex ipfa *Pica*, quām *Picazza*, *Pigazza*, Majores nostri nuncupare coep-

rint, & abjecto subinde *Pi*, tandem *Gazzza* dixerint. Ita *Gazzo* ex *Gorgozzo* efformatum fuit, ut infra dicam, & *Fondò* pro *Profondo*. *Picum* quoque avem *Tusci* olim *Piculum* diminutive appellarunt, unde emersit *Picchio*. At *Mutinenses* eamdem volucrem dicunt *Pigazze*. Hispanica verò Lingua, quae *Picam* appellat *Pigaza*, Eymon istud confirmat.

Gelosia delle finestre. *Transenna*, sive *Cancelli* lignei, fenestris appositi, per quos aspicimus alios, nec aspicimur. Inditum hoc nomen a *Gelosia* Italico, significante *Zelotypiam*. Hac enim arte Zelotypi subtrahere publico aspectui didicerunt mulierum, suarumque uxorum intuitum, neque tamen eis fenestram usum, & commodum eripiunt. *Gelosia* verò ita dicta a *Zelo*, *Zelosus*, *Geloso*, *Gelosia*. *Mutinenses* dicunt *Zelosia*.

Ghetto. *Vicus Hebraeorum*. *Gudecca* olim appellatum hunc locum alibi animadverti. Suspiciari quisquam possit, regioni illi nomen *Gheto* inditum fuisse, quod esset luogo *Gutto*, ut *Tusci* ajunt, seu *Ghutto*, uti *Mutinenses*, idest *Locus Sordidus*, quales *Judaeorum* vici in multis Urbibus esse solent prae copiâ gentis, & angustiâ habitantium, ne dicam, incuriâ. Verum mihi potius creditur vox *Hebraicae originis*, sive *Rabbino-Talmudicae*. Quippe, *Buxtorfio* seniore teste, *Rabbini Ghet* appellant *Divortium*, *Separationem*. *Chaldaice Guet* idem significat. Itaque locus, quem *Judaei* constituere olim quoque in Urbibus Principes Christiani consueverunt, nomen *Ghet* accepisse videtur, quod *Locus separatus a Christifidelibus* foret. *Vicus Judaeo-*

rum olim Romae fuit. Ita & in aliis Civitatibus.

Ghiera. *Circulus*, seu *Fascia* ex ferro seu alio metallo. Vocem *Vaginaria* confinxit Menagius, & inde *Ghiera* deduxit, literis quidem & significatione repugnantibus. Pro *Ghiera* *Mutinenses* dicunt *Verra*, sive *Vera*. Videndum, an manasse potuerit a Latino *Varus*: nam *Varas Manus* Ovidius, *Vara Brabia* *Martialis* usurparunt, ad significandas manus & brachia curvata ad complexandum aliquid. Num *Ligula Vara* olim appellata, quae nunc nobis est *Verra*, & *Tusci Ghiera*? Sed ab aliis meliora expecto.

Gbirlanda. *Corona*, *Sertum*. Vocem hanc *Castelvetrus* noster a *Gyrus* & *Gyrate* deducit. *Certissimam* etymologiam appellat hanc Menagius. Sed rem neuter attigit. E Septentrionalibus Linguis verbum hoc Itali accepimus. Acceperunt & Britanni, apud quos est *Garland*, & Galli, qui *Garlande* olim, nunc *Guirlande* nuncupant *Sertum*, vel *Coronam*. A *Gyrus* deduci non posse, satis prodit addita syllaba *Land*. *Bollandiani Patres* in Notis ad *Vitam Sanctae Francisci Romanae* die IX. Martii, putarunt, *Lombardicam* hanc, ut illi ajunt, vocem efformatam fuisse e Germanico *Wiren*, *Rotare*, vel *Wil*, *Rota*, & *Rande*, *Limbus*. Priorem sententiam praefero.

Giallo. *Flavus*, *Crocus*. *Salmasio* trahenti hanc vocem a Latino *Galbus*; *Galbinus color*, subscribit Menagius. Sed vide, an potius subscriendum sit *Scaligero* seniori, e Germanico vocabulo *Gheel*, nostrum *Giallo* derivanti, quum eadem utriusque voci sit significatio.

Gal-

Galbus nihil aliud est, quam *Glaucus*, non idem fortasse cum *Flavo*, sed *Caeruleus* dilutus, & in viridem inclinans. An Germani Latinæ Linguae nomen *Galbus* (paucis in Italia notum, aut usurpatum) converterint in *Ghel*, ut idem Menagius arbitratur, incertum est. Contra *Gheel*, seu *Ghel* vocabulum Germanicae Linguae antiquissimum atque proprium creditur, ita ut ab eis accepisse facile potuerint Itali suum *Giallo*, Galli suum *Jaulne*, suum *Yellow Britanni*, suum *Yald Hispani*. In haec omnia Regna victrices Septentrionis gentes transmigrarunt.

Giarra, *Giarro*, *Giara*. *Amphora*, *Poculum*. Ferrarius, & Menagius a Graeco Τάλος, significante *Vitrum*, descendisse hanc vocem opinati sunt. Literae repugnant. & latior quam oporteat est *Virii* significatio. Heic ergo Leñorem monere duntaxit possūm, ab Arabico Populo *Giaranon* appellari *Hydriam*, seu *Vas* *fielinum* ad potandam aquam. Giggeo quoque teste apud Arabes *A-Giarro*, nobis *Il Giarro*, *Hydriam* testaceam significat.

Giavellotto. Teli bellici, sive Jaculi species. Gallis *Javelot*. Menagius derivat a *Capus*, *Capulus*, *Capellus*, *Capellottus*, *Gapellottus*, *Garellottus*, *Gavelotto*, *Giavellotto*. Quid rei habeat *Capus* & *Capulus* Latinorum cum Pilis. Jaculis, ac Telis, libenter a Menagio didicissem. Totâ haec tela in ejus uno cerebro fabricata. Propius, ut opinor, ad verum accedit, qui putet, non aliunde natum *Giavellotto*, nisi a *Clavus*, *Clavellus*, & *Clavellottus*. Scilicet Jacula hoc nomine donata, quae longam & acutam cuspitem praeferebant, qualis est in

A

B

C

D

E

Clavis, ac diversa propterea erant ab aliis telis, quibus in cuspide fuerunt duae, aliae retorae. Latinum *Clavis* nos Lombardi in *Cla* convertimus. Inde *Giavellotto*, quod *Tusci* dixerunt *Gavelotto*. Non assentitur Menagius Ferrario deducenti *Gravarina*, alteram armorum speciem a *Clava*. Istam *Chiaverina* appellant *Tusci*. Sed fortasse Ferrarius rem tetigit.

Gorno. *Dos*. *Claris*. Marchio *Scipio Maffejus Lib. XI. pag. 313.* Veron. Illustrat. nos docet, Latinorum Plebi in usu fuisse *Jornus*, culticribus vero Latinis *Dies*. Sed nullum exemplum adeo antiquae vocis is prouulit, & proferre, ut puto, non poterit. Suspiciatur ille, ab *Hornus* significante *quod est hujus anni*, derivatum suum *Jornus*. At alterum ab altero nimis distat. Acharisio *Ialo*, qui primus hoc vidit, *Salmasio*, & Menagio subscribendum est, qui jundiu animadverterunt, *Jorno* & *Giorno* enatum ex tempus *Diurnum* Latinorum. Juvenalis Satyr. 6.

---- *Longi relegit transversa diurni.*

Ita *Mattino* prodiit e *Matutino* tempore, & *Verno* ex *Hyberno* tempore. *Giostra*. Ludus Militaris. Vide Dissertationem XXIX. de *Speculaculis*. *Gire*. *Ire*. Neglexit hanc vocem, a *Pectis* usurpatam, Menagius. Ab ipso *Ire* profecta videtur. Sed quâ ratione *G. ei* praefixum? Animadverte, an potius prodierit a Germanico *Geben*, significante *Proficiisci*, *Ire*. Frater *Jacoponus Tuderinus* in *Rhythmis* circiter Annum Christi MCCXCVIII. compositis, multâ licentiâ utitur hoc verbo variis temporibus.

Goffo.

Goffo. *Inexpertus*, *Ineptus*. *Salmasius* in Notis ad Historiam Augustam contendit, a Cusa ueste spissa & villosa processisse Gufum & Gofum. Adstipulatur Menagius, scribens: *Viene da Gufus*, significante Grossolano. Ex possibilium, non ex veri similium coetu desumpta haec origo. Non immeritò quisquam suspicari possit, prodiisse vocem istam ex Italico *Guso*, significante Bubonem Latinorum. Nomen hoc Tusci in *Goffo* facile immutasse potuerint: nam Bubonem *Barbagianni* nos Lombardi appellamus, *Tusci Gufo*. Et revera *Ineptum* hominem dicimus etiam: *Egli è un Barbagianni*. Plura nomina e bestiis & avibus mutuati sumus in aliorum contemtum, ut jam monui ad vocem *Briccone*. Attamen legitimam originem vocabuli *Goffo* indicasse mihi creditur Monosinius, qui e Κωρός Graecorum, nostrum *Goffo* derivavit. Nam a Graecis ea vox interdum usurpata fuit ad significandum *Fatuum* hominem, *Stolidum*, *Hebetem*. Vides ipsissimam significationem, & ferme eumdem Literarum sonum. Nullo negotio *Coso* in *Goffo* pertransiit. Menagius qui opportune & importune apud Graecos Italicae Linguae vocabula expiscatur, quamquam hoc nosset, parvi fecit, ut e nubibus aliam originem ad nos advehernet. Denique addo, etiam apud Arabes aliquid simile reperiri; nam & iis *Goflon* est experientia & usu carens homo: & *Gofolon Incogitantia*, *Hallucinatio*, *Socordia*.

Gomona, seu *Gomena*. *Funis nauticus*, *Rudens*. Menagium audi: Forse da *Gemina*, pro *Gemina Corda*, perchè que' *Canapi sono più grossi de gli altri*. *Gerrae*. Vocem hanc Arabum

Linguae nos debere censuerunt ante Viri docti. Arabum Populo nimirum est *Al-Gommalo*, *Camelus Navis*, idest funis, a quo anchorae pendent, seu *Funis crassior*, vel *Rudens*. Inde nos *Gomena*, Hispani *Gumena* accepisse videmur. Giggeus rem animadvertisit, eamque Bochartus confirmavit.

A *Gondola*. *Naviculae genus apud Venetos*. A *Gondus* derivato e Κόνδυ Graeco, significante exiguum *Scyphum*, ejus originem trahebat Menagius. A *Contus* parum feliciter Ferrarius. Fortassis adhuc incompta est nativitas nominis hujus. Id tantummodo animadvertis velim, a Germanis quoque *Gundel* appellari *Naviculam*, Cramero teste. An illi a Venetis acceperint, dic mihi, si potis es.

C *Gonna*. *Vestis plerumque muliebris species*. *Cyclas*, *Tunica*. Hebraicae originis hoc vocabulum censuit Bellicus Varro Vossius. Ego Menagio arbitranti, e Germanicā Lingua descendisse, lubentius assentior, nisi vox ipsa sit Celtici idiomatici, uti Boxhornius in Glossario suo memoriae prodidit, *Gwn* referens inter Celtici sermonis reliquias.

D *Gorgia*. *Guttur*. Antiquata vox, & nobis tantum in usu, quum dicimus la *Gorgia Fiorentina*, ad significandum Florentinum Populum, quasi gutture pronuntiare quasdam literas seu voces. Frustra e *Gula* Ferrarius hanc vocem deduxit. Et nihil erat, cur Menagius suspicaretur, profectam illam fuisse e *Guttur*, aut ex *Gorus*, vel ex *Gurgum*. Sine dubitatione *Gorga*, & *Gorgia* Italicae voces, uti & Gallicum adhuc usitatum *Gorge*, veniunt a *Gorges* Latino, quo nomine metaphorice

rice usurpato designata est *Gula*. Neque enim aliud est *Ingu-gitare* Latinum, nisi mittere in *Gurgitem*, idest in *Gulam*. In Glossis antiquissimis Rhabani Mauri Reuma dicitur esse *R velatio Gurgitis*. Sed quid hoc? Nihil aliud mihi creditur, quam *Rebellatio Gutturis*. Dicimus & *Fare una Gorga*, ad significandos Musicos vocem crispantes. Vide subsequens *Gozzo*.

Gozzo. *Ingluvies*, *Gurgulio*, *Sacculus* sub gutture, in quem aves cibum adducunt. Mutinensisbus est *Gosso*. Audi Menagium. A *Faux*, *Fau-cis*, *Fauce*, *Faucium*, *Focium*, *Vocium*, *Uocium*, *Guocium*, *Gozzo*. Addit: *Aut potius e Jugulus*, *Juguli*, *Jugalium*, *Gulium*, *Gulicum*, *Gu-cium*, *Gocium*, *Gozzo*. Brevius poterat deducere e *Gula*. Atque ita vir doctus in cerebro suo pro luto versabat vocabulorum origines. Sed tantam licentiam nemo ferat. Tu interea vide, an scopum felicius attigerim. Uti in *Gorgia* nuper animadvertis, *Guttur* ab antiquis appellatum metaphorice fuit *Gurses*, & inde *Ingurgitare*. E *Gurses* efformatum fuit *Gurgutium*, sive e *Gorgo Gorgozzo*; & detracto *Gor*, reliquum fuit *Gozzo* pro *Gula*, & pro *Avium Ingluvie*. Et ne dubites de ejusmodi Etymo, remineris etiam Florentinis esse *Gargizza*, & *Gorgozzale*, idem significantia, scilicet *Guttur*, & *In-gluviem*. Veneta verò Dialetus familiare habet *Gargozzo* pro *Gutturre*. Neque omissum volo, fuisse quoque Latinis *Gurgustum*, *Festo teste*, significans genus habitacionis angustum, a *Gurgulione verme sic dictum*. Atqui *Gurgulio* ex *Gurgite*, sive *Guttur* nomen sumisse creditur, ita ut ipsum *Gurgustum* e *Gur-*

ges efformatum videatur. Fortassis etiam per eam vocem nostrum *Gozzo* significatum fuit, quanquam per metaphoram translatum fuerit ad significandam angustiam, quemadmodum & nos nunc dicimus *un Guscio di casa*. Atque heic nescio, num Galli perpenderint, an vox sua *Gargotte*, qua significatur *vilos Taberna*, descendisse potuerit e Latinorum *Gurgustio*, angusto scilicet habitacionis genere, quales Tabernae solent esse. Nam & *Gur* in *Gar* immutatum vidimus in *Gargozza*. Immo animadverte, insectum tritico infestum, quod Latine dicitur *Gurgulio* & *Curculio*, a Graecis appellari *Γαργαρέων*, *Gargareon*. Varrone ac Servio testibus, hoc ei nomen inditum, eo quod nihil paene aliud sit quam *Guttur*. Neque aliunde venit *Gargarismo*, *Gargarizzare*, nisi e Graeco *Γαργαρίζειν*, significante *Abluere Guttur aquā*, seu alia potionē. Ex eodem fonte manasse puto vocabulum *Gargattone*, amplum *Guttur* significans, quod nobis in usu est, aliisque Lombardis.

Gozzoviglia, *Far Gozzoviglia*. Genio indulgere, sive *Convivari cum amicis nocturno tempore*. *Commissatio*, *Compotatio nocturna*. Est vocabulum Florentinorum. Forse da *Gozzo*, inquit Menagius. Immo sine dubitatione, addo ego. Subdit ille: *Gozzo*, *Gozzovum*, *Gozzovi*, *Gozzovilium*, *Gozzovilia*, *Gozzoviglia*. Ratio sane per quam commoda fabricandi quascumque volumus scalas. Audi & Ferrarium, Etymon hoc nobis exhibentem: *Gaudium*, inquit, *Godium*, *Gozzo*, *Gozzovium*, *Gozzovilium*. Veram originem vocis *Gozzo* me nuper in-

dicasse mihi persuadeo. Quare inepta haec omnia. Opinor ergo, non aliud esse Florentinum *Gozzo viglia*, nisi compositum e *Gozzo*, *Gula*, & *Viglia*, idest *Vigilia*. Nam et si Latinum *Vigilia* convertimus in *Veglia*, & *Vigilave*, in *Vegliare*, veteres tamen *Viglia* dixerunt, & adhuc apud rusticos Mutinenses ac Regienses *Viglia* appellatur *Vigilia* dierum festorum. Condiebantur autem majorum nostrorum familiares *Vigiliae*, sive *le Veglie*, confabulationibus, ludis, ac jocis. At quum accedat ad *Vigilias* commissatio & compotatio, tunc illae appellatae mihi creduntur *Gozzoviglie*, quasi *Veglie della Gola*, *Veglie Golose*.

Graffio. *Harpago*. *Graffare*. *Arripere*. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Gramo. *Moestus*, *Miser*, *Infelix*. Hinc *Gramaglia*, *Pulla* seu *lugubris vestis*. Castelvetrus noster, a quo minime heic discedunt Ferrarius & Menagius, a *Gramiae* Latino, significante *Lacrymas conglutinatas*, deduxit hanc vocem, quasi *Gramiosus* sit *Lacrymans* & *Moestus*. Robertus Stephanus in Lexico eandem sententiam amplexus est. Verum nihil aliud Latinis fuere *Gramiae*, nisi *Oculorum pituita*, Nonio & Festo hoc idem testantibus, cui morbo tam felix quam infelix obnoxius est. Itaque veri similius, ne dicam certum, videtur, ex Teutonico *Graemen* seu *Gramen*, quod Italice sonat *Rammaricarsi*, *Corrucciarsi*, seu *Moerere* aut *Irasci*, descendisse vocabulum *Gramo*. Hickelius quoque idem censuit, quum in Linguis Borealis Gram sonet *Iratus*, *Molestus*, *Perturbatus*, quales *Miseri* esse solent.

B

C

D

E

A *Granata*. *Mazzo di scope*, col quale si spazza. Ita vocem definiunt Florentini Vocabularii Scriptores. Latini *Scopas* appellant. *Granate* (hoc est, ramusculi *granis* sive seminibus suis instructi) per lo più si tagliano le scope, subdit Menagius, originem vocis se indicasse ratione ista sibi persuadens. Nos plantam sativam in hortis, speciosi aspectus, & ad hominis staturam interdum sese extollentem vulgari sermone *Granata*, seu *Granada* dicimus. Tantae interdum proceritatis est, ac tot ramulis constat, ut una siccata ad verrendas rusticanas areas sufficiat. Atque iis sane rustici utuntur in ipsis areis mundandis. Quae a Gaspare Bauhino appellatur *Linaria Scoparia*, seu *Belvedere* in *Tuscia*, sive *Chenopodium Lini folio villoso* apud *Tournefortium*, fortassis hanc nobis indicat plantam. Num *Granateni* ex Urbe planta haec ad nos advecta, nomen inde accepit? Rem indicasse contentus, nihil affirmo.

D *Grappare*. Idem atque *Graffare*. *Arripere*. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

E *Grappolo*. *Racemus uvae*. Verba Menagii sunt: *Fortassis ab ipso Racemo*. *Racemus*, *Racepus*, *Rapus*, *Grampus* &c. Ludat ac harioletur, ut vult, vir doctus, fidem sane a nobis non impetrabit. Quemadmodum Itali *Grappo*, *Graspe*, *Raspo*, & *Grappolo* dicunt, ita Gallis & Anglis *Grape* in usu est. A *Tranbe* Germanico, nisi forcipes adhibeas, non trahas. Dum propior origo se offerat, suspicari quis possit, antiquissimam hanc esse vocem *Italicam* aut *Gallicam*, quae ab una in alteram gentem illapsa fuerit. Idem dicas de *Graspo*. Si quid vetu-

vetustissimarum vocum reliquiarum tenemus, id praecipue de iis factum, quae ad Agriculturam pertinent.

Grattare. Scabere, Scalpere, unguibus Radere. A Latino-Barbaro *Cratare*, quod a *Rado* efformatum fuit, descendit, si Menagium audimus. Ferrarius ab *Afferere*, ignoto verbo illud derivat. Utique *Cratare* in *Burgundionum* (Du-Cangius ait *Frisconum*) Legibus occurrit, idemque est cum Italico *Grattare*. Sed vox ista nihil aliud est, nisi Germanicum *Kratzen*, unde etiam Galli traxere suum *Grater*, Angli suum *Grate*, nos verò *Grattare*.

Greppa, Greppo. Rupes praerupta, non verò *Dumetum*. A Graeco *Kρυπτής*, sive a Latino *Crepidō*, derivabat hanc vocem Guietus. Sed nihil rei est Graecae aut Latinae voci cum Italica. Videndum, an ita praerupta loca barbaricis temporibus appellata fuerint, quod *Gryphorum*, sive *Griporum* habitacula crederentur. Mutinenses ea loca *Grippe*, & *Grippole* nuncupant.

Greppia. Praesepē. Vocabulum hoc eā tantum de causâ innuo, ut Lector agnoscat, quo usque processerit confidentia Menagii, viri aliquin doctissimi. Veram vocis originem indicarat Ferrarius, nempe Germanicum *Krippe*, quod ipsissimum est Italico *Greppia*, paucis immutatis. Menagius alteram profert, non dubitantis, sed statuentis facie in hunc modum *Praesepē*, *Praesepia*, *Cresepia*, *Gresepia*, *Grepia*, *Greppia*. Quid inter ejusmodi Etymologias & Somnia intersit, percontari liceat.

Gridare. Clamare, Exclamare. A Graeco *Κρίζω* hanc vocem Nicotius trahebat. Verum non *Clamare*, sed

Tom. VI.

Stridere Graecis est *Κρίζειν*. Omnia primus Varchius, tum Joseph Scaliger, Covaruvias, Gerardus Johannes Vossius, ac alii unanimis, scripsere, Latinum *Quiritare* conversum in Italicum *Gridare*, Hispanicum *Gritar*, Crier Gallicum, & Belgicum *Kriiten*. Quam sententiam Menagius ambabus manibus est amplexus. Neque veri similitudine caret. De hac origine tamen fateor me vehementer, immo nimium dubitare. Nihil aliud, Varrone teste, *Quiritare* fuit, nisi *Quiritium fidem clamando implorare*. Hoc ergo verbum Romanae tantum Urbi in usu fuit, ac tum solum, quum quis auxilium Populi Romani magnis vocibus invocabat: quod in controversiis praecipue civilibus exclamationis genus fuit. Extra Urbis pomoeria ignotum, insuetum *Quiritare*. Id usque adeo verum est, ut Rustici ipsius Romani agri, quum exclamarent, non *Quiritare* sed *Jubilare* dicerentur. Testem rei Varronem eunderemus. Non ergo credendum, tanto successu propagatum fuisse *Quiritare* per universam Italianam, Galliam, Hispaniam, Belgium, ac alias regiones, ut quasi familiare vocabulum in *Gridare*, *Crier*, *Gritar*, *Kriiten*, ii Populi sensim immutarint. Non erat, inquam, alibi quam Romae usus hujus vocis, & is etiam ad paucos casus, angustamque significationem constrictus: quod insuper patere cuiuscumque possit, consideranti, apud tot Scriptores Romae ipsius dominantis, ac deinde apud reliquos Latinos diversarum gentium, ac subsequentium Seculorum, occurrere nunquam illud *Quiritare*, sed quidem *Clamare*, *Clamitare*, *Inclamare*,

G g g

mare, Exclamare, Vociferare, & horum similia. Usi fuissent, & saepe, si Latinum verbum, & notum, & usitatum ubique fuisset; quod ante statuendum est illis, qui inde natum arbitrantur *Gridare, Crier &c.* Itaque veri mihi videtur similius, a Schreyen Germanico petendam esse originem Italicu*m Gridare, Gallici Crier &c.* Idem enim Germanis significat atque aliis gentibus. Galli pro terminatione suae Linguae primo efformarunt *Scrier*, tum *Crier*, uti & Angli suum to *Cry*. Itali vero pro more suo confecerunt primo *Scriare*, tum *Sgriare, Sgridare* (quod postremum verbum adhuc in usu est, & significat *Ohjurgare*) ac deinde *Gridare*. Idem de Hispanis & Belgis excogitandum. Praeterea addo, Germanis etiam esse *Kryten*, idest *Plorare*, & Gothicæ Linguae esse *Greitan, Flere*: Hic etiam *Gridare* odiari, inde haudum fuisse nostrum *Gridare*. Ad ejus sententiam accederem, nisi me deterret discriben, quod inter *Plorare* & *Clamare* nemo non videt. Attamen saepe *Plorantibus* contingere solet, ut ploratibus clamores intermiscent,

Grimo. Rugosus, uti interpretantur Auctores Vocabularii Cruscani. Erythreus a *Rimis*: Ferrarius a *Crinitia Etymon* hoc deduxere. Ut Menagius recte monuit, aliae origines vocis hujus quaerendae sunt. Quum dicimus *Veccchia grima*, si significaretur una *Veccchia arrabiata, Rabbiosa*, ex Theutonico Grimm, significante *Iram, Rabiem*, fortassis enatum fuisset Italicum *Grimo*. Gallicum quoque *Grimace* perpendendum est, significans *contortiones vultus* (*Smorfie* a Mutinensibus ap-

A pellantur), quae risum, aut fastidium creant. Cujus tamen vocis fons esse potuit ipsum Germanicum Grimm. Nam qui in iram ac furorem abripiuntur, ejusmodi oris contortionibus obnoxii sunt. Inde *Grimoaldus, Irae potens*. Quare videndum supereft, num revera Italicum *Grimo* significet *Rugosum*, ut vulgo creditur.

B *Grinzo. Corrugatus, Rugosus*. Ejus composita *Grinzare, Aggrinzare, Grinza &c.* Italicae vocis vim fortasse Menagius non est assequutus, quum a *Ringere* Latino eamdem traxit: *Ringere* canum est, ut nuper dixi, quotiescumque exercitus dentibus in aliquem fremunt. Aliud est *Grinzo & Aggrinzare*, quo utimur ad designandam pellis corrugationem, & *Rugas*. At undenam haec Italicae Linguae vox? Fortassis e Germania. Saxones olim, uti supra memini ad vocem *Digrignare*, dixerat *Grinian*, hoc est *Corrugare labia*. Num ad ceteras *Rugas* propagata vox fuit? Eidem quoque Germanicae Linguae fuit *Wrincl*, significans *Grinzo, Rugosus*: unde Anglicum *Winkle*. Aliquam affinitatem inter has voces & *Grinzo* fortasse sentias. An inde processisse potuerit vox nostra, alii decernant.

C D E *Gruccia. Sub axillare fulcrum*, quo claudicantes utuntur, ad instar Tau, seu furculæ ligneæ confeatum. Senenses aliquique Italiae Populi *Croccia, Crocciola* appellant. Auctor est Menagius, a *Crux, Crucis*, scilicet propter formam, hoc nomen prodiisse. Non dissentio, quamquam *Crucis* aut nulla, aut exigua sit ibi figura. Addo tamen inter antiquissimas Germaniae voices occurtere *Grucke, & Grukkel*, quac-

quae idem significat; atque apud Belgas, ceterosque Teutones usitata est. Vox illa in Italicam Linguam ex Germania effluxisse rectâ videtur. Sunt & qui *le Crucie* dicunt. Atque inde & Britanni dicere *Crutch* & *Crutches*. Galli nunc appellant *Potence*, *Bequille*: at olim & ipsi *Crosses* appellabant, & *Cruchias*. In Vita Sancti Bernardi Poenitentis, scriptâ a Johanne Monacho Bertiniano, & in Vita Beatae Zitae Lucensis, occurrit vox *Crucca*, uti Du-Cangius animadvertisit. Ita in Vita Sancti Petri Parentii, scriptâ Anno Christi MCXCIX. & a Papebrochio editâ ad diem 21. Maji, claudus *duas Crucias, a scellis suppositas habebat*. *Crocciae* nuncupantur in Vita Sancti Raynerii Pisani, scriptâ circiter Annum MCLX., & evulgatâ in Actis Sanctorum ad diem 17 Junii. Adde & in Vita Beatae Finae ad diem 12. Martii, ac in Vita Sancti Arnulfi Episcopi Metensis, ab Anonymo Monacho apud Mabillonum exaratâ, claudum cum *Croci suis ad urnam Sancti Viri se prostravisse*. Nos Lombardi fulcra istiusmodi appellamus *le Ferle*; quo etiam nomine donantur *Clavis ferrei* ejusdem figuræ. Inter miracula Beati Simonis Tudertini, Ordinis Sancti Augustini, Bononiae tumulati Anno Christi MCCCXXII. claudus quidam *ire non poterat sine Ferla*. Ita in Vita Beati Jacobi Veneti, in Actis Sanctorum ad diem 31. Maji, memorantur *ligneal fulcimenta, quae Ferlas vocant*.

Gruppo, *Groppa*. *Nodus*. Si Menagium audis, vocabulum istud quum *Dubium* quid, ac *Difficultatem* significat, e Graeco *Τρίζος* descen-

A dit. Quum verò *Complexum rerum*, ex *Globus* haustum videtur. *Salmasium* is unice laudat, Etymi primi testem. Rem tetigit Menagius. Nam revera ex Latinorum *Grypus* Itali efformarunt *Gruppo*, *Groppa*. Sed Menagio commemo randus erat A. Gellius, qui Lib. I. Cap. 2. *Grypus dissolvere* scripsit, hoc est *captionum Dialetticarum laqueos*. Aenigmata quoque appellata fuere *Gripbi*, atque ita legendum apud eumdem A. Gellium Lib. 12. Cap. 6. Sed & apud Suidam Aenigmata vocantur *Gripbi*. Metaphorice videlicet, nomine translato ex rete pectorario, cui nomen *Grypus*. Hanc vocem in *Gruppo* & *Groppa* convertit Italica Lingua, ad significandum *Nodum*, aut aliquid implexum & difficile, quemadmodum ex *Gibbus* emersit Italicum *Gobbo*. PH. Graecorum redditum Latine nonnunquam invenias per P. Neque ad *Globum* confugiendum est, quum dicimus *un Gruppo di Figure*. Eadem vox ibi metaphorice adhibetur ad significandum complexum rerum simul unitarum. Simili ratione interdum utitur voce *Laccio*. *Grifum* & *Gripum* veteres dixerunt.

Guadagno. *Lucrum*. *Guadagnare*. *Luccari*. A Graeco *Κερδαίην* traxit Monosinius. Guietus, & Ferrarius a *Vas Vadis* deduxerunt, quasi efformatum fuerit *Vadanum*, idest *premium Vadationis*: quod inter somnia conjicias velim. Ab antiqua Germanica voce *Winnen* Carolus Cato Curtius derivandum *Guadagno* censuit. Arbitror & ego, ex Septentrionalibus Populis in Italiā, Galliā, Hispaniā, & Britanniam descendisse vocabulum istud. Nam Hickelio teste in Di-

ctionario veteris Islandicae Linguae *Gagn* apud Islandos significabat Utilitatem. Gothica verò Lingua *Gageigan* appellabat *Lucrari*. Inde Anglicum *Gain*; & Francica *Gain* & *Gagner*; Hispanicum *Ganar*, quod & in Charta Aerae MXXVIII. apud Vepez occurrit; & nostrum *Guadagno*. Germanica quoque Lingua servat adhuc *Ge-winn*, quod accedit ad aliarum Linguarum voces. Quomodo illud D. in Italicum *Guadagno* se intrusurit, difficile intelligas.

Guado. *Iatis* Graecorum. Herba ad tingendos pannos colore caeruleo adhibita. A Latinorum *Guastum* proceßisse Menagio creditur, cuius mentio est apud Plinium Lib. 22. Cap. primo, prout emendavit Salmasius in Solinum Cap. 22. non verò *Glastum*, ut habent editi. At Salmasi licentiam in emendandis Codicibus nemo non novit. Quod mihi veri videtur similius, a Teutonico *Weyd*, sive *Waid*, uti Cramerus legit, Linguae illius voce, nos accepimus *Guado*. Neque e *Guastum* efformatum unquam fuisse nostrum *Guado*, sed quidem *Guasto*. Gallis quoque est *Gude* & *Guesde*, idem significans, & ex eodem fonte derivatum.

Gualcire. Vide supra in hac ipsa Dissertatione.

Guancia. *Gena*. Ferrarius & Menagijs, quibus solempne erat, ubiquecumque poterant, Italicarum vocum originem in Latina, aut in Graeca Lingua expiscari, ac inde adhibitis etiam chordis & machinis trahere: ille a Latino *Gena*, hic a Graeco Γρέδος, Italicum *Guancia* hausere. Sed in Septentrione, non in Oriente, neque in

A

B

C

D

E

Occidente, tum alias multae voces, tum ista sane quaerenda erat. Ipsum GU. quod plerumque ex Germanico W. in Italiam venit. iis index sufficiens esse poterat. Est ergo nostrum *Guancia* Teutonicum purum *Wange*, vel *Wangen*, quod Italice expressum dat *Guancia*, unde efformavimus *Guanciale*, *Pulvinar*, & *Guanciata*, *Caphus* &c.

Guardiae. *Excubiae*. Custodes corporis. Si Eruditissimum Marchionem Maffejum in egregio Opere Veronae Illustratae Lib. XI. pag. 315. audimus, falluntur, qui ex Germanica Lingua vocem hanc arcessunt. Nam inquit ille: *het passo è in Plutarco, dal quale possiam conoscere, tal voce essere stata in Roma fin da' tempi di Mario; narrandosi da quell' Autore, come Mario s' era fatto un' accompagnamento di Servi astati, a' quali dava egli il nome di Vardie: così porta il testo Greco.* En textum ipsum: Δορυφόρες ἔχων λογάδας ἐκ τῶν προτεροτηκότων δόλων, οὓς Βαρδίαις προτηγόρευεν: idest; *Circumseptus delectis Servis, qui se contulerant ad eum, quos Bardiaeos appellabat.* Ii postea ad unum confossi a Cinnna & Sertorio fuerunt. Antea quoque adnotarat hunc locum Vossius in Etymologico Linguae Latinae ad vocabulum *Bardi*. Verum Vossio nunquam in mentem venit, inde posse deduci Italicum *Guardia*, & Gallicum *Garde*. Incertissimum quippe est, cur Servi illi appellati fuerint *Bardaci*. Non certe quod facerent excubias, sive ut nunc dicimus la *Guardia*: nullum enim vestigium vocis hujus apud Latinos. Salmasius in Notis ad Pertinacem Capitolini, & Henricus

cus Stephanus in Lexico animadverterunt, *Bardaeos* fuisse Illyricam gentem efferam, quae Italiam non semel populata est. Vatinius in Epist. ad Ciceronem Lib. V. 9. Dicitur *mibi tuus servus agnoscet fugitivus cum Vardaeis esse &c.* Professus tibi illum reperiam, nisi si in Dalmatiam aufugeris. Plinio quoque Lib. 3. Cap. 22. memorantur *populatores quondam Italiae Vardaei.* Itaque non a *Guardia*, sed alia ex causâ *Bardaei* & *Vardaei* appellati Mariani Servi, idest *Sgherri*. *Bardaei* *cuculli* inde nomen sumisse nuper laudato *Salmasio* creduntur. Et sicuti si quisquam nunc opinaretur, ex Germanico *Bart*, seu *Barte*, *Securim* (nunc *Alabarda*) significante, inditum fuisse nomen *Bardaeis*, quasi *Alahardieri* fuerint, minime id nobis persuaderet: ita neque subscriptendum est sententi, ex *Bardaeis* descendisse nomen *Guardia*, *Satellites* & *Custodes* corporis significans. Unde ergo *Guardia*? Post tot alias & ego ex Germanico *Warten* (apud antiquos *Teutones Wardan*) significante *Intueri*, *Videre*, enatum reor. Inde nostrum *Guardare*, *Hispanis* quoque familiare, & *Gallicum Garder*. Translata vox ad militares excubias significavit, & adhuc significat *Custodire*. *Gallicae Linguae* esse dicitur *vocabulum adverbiale* hoc *Gare*: qua nempe voce monentur viatores, ut a periculo sibi caveant, dicendo *Gare le corps*, *Gare l'eau*. Haec Fureterius, qui & addit: *Ce mot selon Sauntaise* (quo nomine *Salmasius* designatur) *vient de Varare Latin &c.* Mira illi nobis narrant. Nihil aliud est *Gallicum Gare*, nisi *Garde*, seu *prens Garde*, hoc est *Italicum Guarda*. Nam &

A

nos hoc dicimus, monituri gentem, ut evitet currum, equum, lignum &c. sive custodiat eaput, crura, corpus ab imminenti periculo.

Guari. Multum. Beretus a Graeco

B

O'λιγος, parvus; Menagius a Latino *Avarius*; a Valde Ferrarius derivarunt. Quot sententiae, tot somnia, quibus Lectores detinentur. Neque felicior opinio Petri Bembi Cardinalis, qui a Provincialium Lingua in Italiam migrasse *Guari* arbitratur. Vox ista nihil aliud mihi creditur, nisi *Gare* adverbium Germanorum, atque etiam in eorum Lingua primitivum atque usitissimum, quod *Multum* significat. Non *ha Guari* idem nobis est, ac *Non ha Molto*. Atque inde suum *Guere* traxere Galli. Ad hanc vocem Fureterius ait: *Menage le deriva de l' Italian Guare, ou de l' Hebreu Gara, qui signifie Retrancher.* Habes heic Etymologistarum inconstantiam; nam nuper Menagius deducebat hanc vocem ab *Avarius*. Habes etiam itinera huc & illuc ab iis suscepta, ut verborum originem detegant, eo neglecto, quod unice erat suscipiendum.

C

D

E

Guarnaca, Guarnaccia. Vestis talaris genus, fortasse *Toga*, aut *Trabea*. Meursius a Graecorum posterioris aevi voce *Γρανάτζα*, hoc est *Granatza*, significante vestem ab Imperatoribus Graecis adhibitam, Italicum *Guarnaccia*, nunc obsoletum, traxit. Laudanda utique domini viri conjectura. Attamen additum volo, antiquis Latinis fuisse *Gounace*, quae vox & apud Graecos occurrit, ad significandam vestis speciem. Varronis verba sunt Lib. 4. de Legibus: *Gounace, manus sagum, & Amphimallon Graeca.*

Gua-

Guatare. Attente Aspicere, Intueri. Uti ad vocem *Aguato* dixi, repeto, caespitasse in plana superficie Ferrarium & Menagium, dum ille a *Visitare*, hic a somniato verbo *Cattare* pro *Videre*, nostrum *Guatare* derivatum sibi finixerunt. A *Watta*, *Gueta*, *Guetta*, *Guaita*, Germanica voce (nunc *Wache*) significante *Excubias*, & homines ad speculandum positos, an hostis adveniat, efformatum fuit vocabulum istud, atque e *Wactare*, *Guatare*, idest *Speculari*. Mutinenses adhuc *Sguaitare* appellant, attente intueri occulta aliorum acta.

Guazzare, Sguazzare. Plures habet significations. Per dibattere cose ligure, ait Menagius, da *Aquatiare*, idest a verbo, quod ipse sibi confinxit, & quod e propinquitate vocis facile credulis imponat. Subdit: *Per passare a Guazzo, a Vadum.* Sed haec omnia nauci facienda. Aliud est *Guado* & *Guadare*, quod revera e Latino *Vadum* emersit, aliud *Guazzo*. Tam *Guazzare*, quam *Guazzo*, ab uno vocabulo Germanicae Linguae *Wasser*, *Aquam* significante, aut *Watten*, hoc est *Flumen Trajicere*, originem trahunt. Repetendum semper est, Germanicum *W.* a nobis reddi per *GV.* Germani e *Wasser* multas alias voces efformarunt, puta *Ge-wasser*, *Inondazione*, *Wassern*, *Adacquare* &c. Propterea *Passare a Guazzo* significat simpliciter *aquam per-dibus trajicere* sine ulla consideratione Vadi. Mutinensibus *Sguazzarone* est *Nimbus*. *Sguazzare*, *Genio indulgere*, ab anatum more deductum est, quarum voluptas maior in aqua natare.

Guercio. *Strabo*, *Paeetus*, *oculis distor-tis intuens*. Hoc sensu utuntur Flo-

A rentini. Vide *Linguarum vices*. *Mutinenses*, aliquie *Populi*, *Strabonem* *Losco* appellant, quum tam en *Luscus Latinis Cocles*, sive *unoculus* fuisse credatur. Rursus verò *Guercio Monoculum* *Mutinenses* dicunt, quum tamen *Tuscis Strabonem* sonet. A Latino *Versus* deducebat Menagius *Guercio*: a *Vesticius* somniato vocabulo *Ferrarius*. Sed perpendendum, an potius a Germanico *Welk*, quod *Flacidum*, *Languens* significat, subintelligendo *Oculis*, emergere potuerit. Qui mihi audaciā carere conjecturam hanc suadet, est Johannes de Janua apud Du-Cangium scribens: *Paetus*, idest *Guelcus*, *Strabo aliquantulum*. Pro *Guelcio* postea Itali dixerint *Guercio*. Alibi monui, *Lingua* nostram aliis in vocibus mutasse *L.* in *R.* & vice versa.

B *Gufo. Bubo.* Vox est *Tuscorum*. *Mutinenses* appellant *Barbagianni*. Tam *Ferrarius*, quam Menagius, quod repererint apud antiquos *villosum vestem* appellatam fuisse *Cufam*, *Gu-fam*, inde sibi persuasere, *Buboni* inditum fuisse nomen *Gufo*, quod *densis circa rostrum plumis inborrescat*. Numera & hoc inter somnia. Si Analogiam inter *villoosas vestes* & *avem* inducere vis, nulla est *avium*, quam *Bubonis* non deceat nomen. Vide potius, an vox ista ex antiqua Teutonum. Lingua ad *Tuscos* venisse potuerit. In Glossis Rhabani Mauri ab Eccardo editis Tom. 2. Histor. Franc. Oriental. habemus *Bubonem* nuncupatum *U-fun*. Ita quoque in Glossis Theotiscis ex Medicea Bibliotheca de promtis, & ab eodem Eccardo editis, occurrit *Bubo*, *Hubo*. Nos antiquorum *H.* per *CH.* pronuntiare interdum solemus, ut in *Mibi*,

Nibi-

Nibilum. Huvo, seu *Huso* Teutonicum in *Guso* olim apud *Tuscos* pertransiit. Apud Gallos in *Hybou*. *H.* pro *CH.*, vel *G.* positum est *mōre majorum*, inquit idem Eccardus ad vocem *Hiltu* pro *Giltu* in Appendix ad Tom. I. *H. stor. Franc. Oriental.* Ita *Campa*, nunc *Gamba*, olim *Hamma* Germanis fuit, *Hunni*, *Chunni*, *Haupt Caput*, *Horn Cornu* &c.

Guidare. *Praeire*, *Ducere*, *Dux esse*. *Forstan a Vadari*, inquit Menagius, aut a *Dux Duxis*. Ferrarius aut a *Viator*, aut a *Viae Dux*, aut a *Viae index* traxit *Guidare*. Sed adhuc propiora vero quaerenda sunt. Hispanica Lingua aliquid innuere videtur. Habet enim *Guia*, quasi *Viae*. Nam *V.* consonans interdum in *GV.* conversum fuit. Verum ne sic quidem nobis satisfiat. Cur enim pro *Guia* Itali interposito *D.* dixere *Guidare*? Illud *D.* nativum in hoc verbo mihi creditur, & abiectum ab Hispanis, ut in verbo *F·arfe*, quod nobis est *Fidarsi*, & in *Creer*, nobis *Credere*, ut hujusmodi alia praeteream. Quare Germanos Eruditos rogo, ut perpendant, num apud illos Italici istius verbi origo reperiri possit. Est ipsis *Weiden*, significans *Palce-re*. Si ostendi posset, Germanos olim adhibuisse hoc verbum pro *Duce-re ad pastum*, *ad pacua*, ut olim *Minare* idem significavit, cuius postea significatio apud nos evasit *Duce-re*: haberemus fontem verbi *Guidare*; nam *Weiden* ad Italiam proununciationem deductum reapse dat *Guidare*. Gallicae quoque & Anglicae Linguae est *Guide* & *Guidar*.

Guisa. *Ritus*, *Modus*, *Ratio agendi*. Non a *Divise*, ut *Castelvetrus* est

A opinatus: Non a *Visa*, ut Menagius suspicabatur: Non a *Vice*, ut Ferrarius docuit; sed certe, ut jamdiu animadverterunt Cluverius, & Carolus Curtius, a Germanico *Weise*, quod idem significat, Italicum *Guisa* manavit. Inde etiam accepere Galli, quibus est *Guile*; & a Gallis, aut a Saxonibus Britanni, qui eadem ipsa voce utuntur. Petrus Bembus, tam bene de Italica Lingua meritus, vocabulum hoc, ut & alia multa, e Provincialium idiomate ad nos profectum arbitratus est. Verum Linguis Septentrionalibus studendum est, ut veros fontes complurium vocum suarum Lingua nostra deprehendat. In Glossis Theotiscis Rhabani Mauri *Ritus Germanice* redditur *W/a*, quod est ipsissimum nostrum *Guisa*.

B *Guizzare*. Motus piscium per aquam. Confidenter Ferrarius a Latino *Glutare*, licet nimis distet, hanc vocem derivat. Et heic Germanica Lingua mihi creditur adeunda, cui est *Wischen*, vel *Witschen*, Cramero teste, *Guizzare* significans. Germanicum *W.* in *GV.* ut saepe dixi, immutare Majores nostri consuevere. Et quamquam quaedam nostrae voces per *GV.* incipientes, e Latio descendant, nos tamen Germanorum proununciationem videmur sequuti, ut *Guastrare*; non a Latino *Vasto*, fonte hujus verbi, directe venit, sed a Germanico *Wast*. Quare Itali Teutonicum *Wischen* in *Guiscare*; tum *Guizzare*, convertisse fortasse dicendi sunt.

C *Guscio*. *Folliculus*, *Putamen*, *Testa*. Et heic cerebrum suum torquent Ferrarius & Menagius. Hic a *Bucium*, aut ab *Excussum*; ille & *Cocblis*-

Cochliuum originem vocabuli hujus sumunt. Nescio an meliorem ego exhibiturus sim. Sed quando hariolari illis licuit, heic & mihi liceat. Angli *Husc* dicunt, quod nos *Guscio* & *Husche* Belgae. Vocabulum uterque *Populus e Septentrionalibus Linguis accepisse* videtur. Nam & adhuc Germani *Hulse*, parum dissimili voce, pronuntiant, quod est *Putamen*. A vero minime abhorret, potuisse & nos inde haurire nostrum *Guscio*, immutata gravi Germanorum aspiratione *H.* in *G.*, ut nuper dixi ad vocabulum *Guso*. Galli quoque *Gousse* dicunt. Animadvertisendum tamen, a Mutinensibus, aliisque, ut puto, Lombardis discriminum aliquod statui inter *Guscio*, & *Guscia*. *Guscia* dicimus nos Mutinenses de inanimatis, uti sunt Siliquae, sive integumenta leguminum, nucum &c., quod & a Gallis *Gousse* appellatur. At *Guscio* appellare solemus de animatis, cuiusmodi sunt testae ovorum, limacum, cochlearum &c. Postremum hoc excogitandum est, an fortè efformatum fuerit e *Gurgustio* Latinorum, significante *genus habitacionis angustum*, ut supra innui ad vocabulum *Gozzo*. Nos adhuc ad innuendam angustiam Cubiculi, aut Domus alicujus, per metaphoram utimur nomine *Guscio*. Dicimus enim *un Guscio di Camere*. Et facile *Gur* exciderit, uti excidit in *Gozzo*, quam vocem vide. Sunt Apuleji verba: *Ergo brevitatem Gurgustioli nostri ne spernas. Peto, sis contentus lare parvulo.* Nos reddere possemus la strettezza del nostro *Guscio*. Ita Sanctus Ambrosius in Libro de Bono Mortis, Cap. 2. *Anima, inquit, deceden-*

A tis, ore emissâ evolat, tanquam carcero corporis hujus exuta *Gurgustio*: Italice dices *dal Guscio* di questo Corpo.

B

I Mbattersi. Abbattersi. Forte percevere. Ex verbo *Battere*, *Percutere*, & praepositionibus *Ad*, & *In*, efformata fuere haec vocabula. Sed qua ratione Italicum *Battere* (natum e Latinorum *Battuere*) translatum fuerit ad significandum *Incurrere in aliquem*, aut *in aliquid*, fortasse petis. Èâ ipsâ, repono, quâ Latini dixerunt *Offendere*, significans *Laedere*, simulque *Invenire praeter opinionem*. Translatio ergo desumpta videtur ab homine, qui, dum multi per viam transiunt, offendit aliquem, scilicet incurrit fortuito in illum, quem videre aut alloqui cupiebat. Propagata est phrasis ad quamlibet fortuitam rerum aut hominum inventionem. Vide etiam infra *Incappare*.

C

I Imbiutare. Mutinenses ajunt *Imbiudare*, rustici verò *Imbiedare*. Significat, vaccino stercore diluto aream lavare, ut in consistente solo fruges terantur. Ejusmodi quoque maceratione utuntur doliorum Artifices, vasorum vinariorum affulas invicem veluti agglutinantes, atque gluten hoc *Bieda*, aut *Beda* appellant. Menagius a *Biuta* deducit, quod enatum putat ex Latino Barbaro *Bluitare*, idest Italice *Stacciare*. Sed quid rei, quae-
so, verbo *Imbiutare* significanti *Conspurcare*, *Illinere*, cum *Stacciare*, significante *Cribrare*, *farinam*? Est aliqua mihi suspicio, Langobardiae,

D

E

cae, hoc est, Germanicae originis verbum esse. Inter Langobardicas Lutrandi Regis Leges Lib. V. Cap. 6. legitur: *Si calam cuiuscumque Blutaverint; aut res eorum tulerint.* Ubi ea vox *Contpurcare stercore* significet, corfluere ipsam vides in significacionem verbi *Imbiutare*. Putant al qui, *Blutare* pro *Expoliare* ibi adhibitum; sed quum subtequatur, aut res eorum tulerint, diversa res primo verbo indicari videtur. Praeterea antiquissimum Germanicae Linguae est *Bluth*, *Bloth*, *Sanguis*. A similitudine Sanguinis (quo calido si quidquam illinitur, crustam contrahit) efformatum fortasse fuit *Imbiutare*, quod areae superficies illita vaccino stercore obdurescit. Hisce conjecturis sit venia.

Imbroccare. *Scopum attingere*. Voce *Broccas*, ut in Dissertatione XXVI. de Militia innui, veteres appellavunt *sudes*, *palos*, *clavos ligneos*, & praecipue *ferreos & acutos*. Nos Mutinenses adhuc retinemus nomen *Broccette*, ut designemus minutos & exiguos clavos ferreos. Et quia in medio quorumdam clypearum figebatur stulos seu cuspis ferrea, ii propterea nuncupati *Broccieri*. Ex ejusmodi clypeis exponebatur unus, in quem collineabant, qui peritiae suae in sagittando experimentum dare cupiebant. Nunc dicimus *tirare a segno*. Quicumque medium clypei, sive tabulae in modum clypei expositae, percutiebat, ubi *Brocca* infixa erat, ceteris anteferebatur, & praemium reportabat. Hinc *Imbroccare*, idest sagittâ percutere sioitem, sive scopum attingere. *Bohe* Gallica vox est, idem significans.

Tom. VI.

A *Immantenente*. *Statim*, *Illico*. Efformatum videtur adverbium hoc ex *In*, & Gallico *Maintenant*. Tassoniuss Mutinensis in Notis MStis ad Vocabularium Cruscanum haec habet: *Immantenente è detto da tenere in mano, e aver pronta la cosa, come coloro, che la tengono in mano.*

B *Impaccio*. *Impedimentum*. *Impacciare*, *Remorari*. An Galli suum *Empercher* inde traxerint, ipsi considerent. Spelmannus & Somnerus vocem illam a Latino *Impetere* accersunt, quod in jus vocare & accusare apud Scriptores medii aevi significavit. Videndum, num potius ad nos venisse potuerit e *Pice*, metaphorice adhibitâ. Nempe *Impiceare* negotium dictum fuerit, pro *impedimentum* adferre *negotio*. Martialis habet *Piceatus*. Nos etiam dicimus *Impiccio*, quod idem significat atque *Impaccio*. Ex eodem quoque fonte emanasse potuit *Spacciare*, *Spacciarsi*, pro *Expedire*, *Solvere impedimenta*, quasi ex *Expiceare*, & nos Mutinenses dicimus *Spicciarsi*, semet *expedire*. Alteram originem accipe. Hoc est, e *Pactio*, *Pactionis* descendisse potuit *Impactare*, & inde nostrum *Impacciare*. E Festo discimus, antiquos dixisse *Pacionem* pro *Pactionem*, scilicet e *Pacis*. Addit ille: *Pacis*, & *Paceo* in usu remanet. E *Paceo* efformatum videtur *Impaceare*, scilicet *Pactione se se*, aut *alios obligare*, *Pacta inire*, *Pacisci*. *Pactiones* verò *Impedimenta* sunt, ne aliquid antea liberum agere liceat. Significatio vocis deinde ad alia pro more translata fuerit. Quod si fortè ex Gallico *Empercher*, nostrum *Impacciare* traxerimus, (quod sane mihi difficile

H h h

per-

persuadetur) tunc alia quaerenda erit vocis origo. Has interim conjecturas meas ne moleste feras, quousque meliora quis adferat.

Imparare. Discere. Insalutatum hoc verbum dimisit Menagius. Abstrusa sane illius origo. Nihil mihi succurrit, nisi Gallicum *Emparer* ad nos profectum. Videtur hoc a nobis Metaphorice usurpatum transiisse in *Imparare*. Nam aeque dicimus *Apparare*, quod proprius accedit ad *Apparar* *Hispanicum*, quasi *Discere* sit *Impadroniri* d' una notizia non dianzi saputa. Utrum autem *Emparer* Gallicum ab Hispanico *Apparar*, non vero a Latino *Parare* descenderit, aliorum erit investigare. Quod mihi persuadet, non aliunde natum Italicum *Imparare*, est usus alterius vocis, nempe *Apprendere*, quod idem per translationem significat, atque *Emparer* Gallicum. Latini quoque *Percipere*, *Comprehendere* dixerunt pro *Discere*; ita ut analogiam sentias inter ejusmodi verba.

Impiccare. Vide supra verbum *Appicare*.

Importare. Referre. Erudite monuit Carolus Datus Florentinus, nos Italice reddidisse ipsum *Ferre*, sive *Referre* Latinorum. Nam *Ferre* idem est ac *Portare*: nos verò *In addidimus*. Mihi tamen veri videtur similius, nos rectâ accepisse ab ipso *Importare* Latinorum nostrum *Importare*. Scilicet quum dicimus: *questo non m' Importa*: se *questo v' Importa*, aliquid est subintelligendum, quod videlicet Latini dixissent: *Hoc mibi, aut vobis nihil utilitatis, aut incommodi Importat*.

Improntare. Effigiare. Vide Dissertationem XVI. de Foeneratoribus.

A *Inaffiare, Anaffiare.* Leviter conspergere. Mihi omnino creditur efformatum ex *In* & *Afflare* Latino-rum, subintelligendo *Aquâ*. Metaphorice verbum adhibemus, quasi, un *Soffio d' Acqua*.

B *Incanto. Auction. Incantare. Sub hasta vendere.* A Latino-Barbaro *Incantare* pro *Cantare, Intonare, Du-Cangius, Menagius, & Ferrarius* hanc vocem profectam censem. Sed quum *Incantare* apud Latinos, & antiquiores Barbaro-Latinos nil aliud significarit, nisi magicis cantionibus, & beneficiis operam dare; & *Incantare* pro *Vendere sub hasta* postremis tantum Seculis invaluerit in Italia: inquirendum adhuc puto, num fortè Germanica Lingua nobis hanc vocem dedisse potuerit. Ipsiis quippe est *Gant*, significans *Auctionem publicam*. Addito nostro *In*, quod tamen & Germanorum est, evasisset *Incanto*, atque uti *Mettere in vendita*, ita *Mettere in Ganto, in Canto*, deinde verò *Mettere, all' Incanto, Incantare*. Illi-ne a nobis, annos ab illis vocem sumserimus, decernere is poterit, qui antiqua & propria Germanicae Linguae vocabula indicare queat.

C *Incappare. Incidere, Incurrere.* Menagius censuit ex *Incippare* Latino, cuius verbi assertorem dat Isidorum in *Glossis*, emersisse primo Italicum *Incappare*, tum *Inciampare*. Ferrarius verò ab *Incespitare* traxit ipsum *Inciampare*. Verum ab *Incespitare* manasset *Incespare* non *Inciampare*. Et ad Latinum *Incipo*, quod attinet, Isidori verba sunt: *Incippat, Illudit*: quare Menagius illudere nobis videtur haec scribens: At is ait, legendum apud Isidorum *Incippat, Illudit*, non verò

verò *Illudit*. *Nugae*. In Excerptis quoque Pithoeanis legitur *Incipiat*, *Illudit*, non *Intundit*, ut pro suo arbitrio Menagius legendum monet, hanc vocem audacter immutans, ut suae imaginationi inserviat. Et quamvis *Illudit* scriptum fuisset, adhuc *Illidere* non idem est ac *Impingere*. Quod si emendandum est *Incipiat*, *Illudit*: potius, uti Du-Cangius conjectat, scribendum est, *Includit*, a Cippo significante *Compedes* aut *Carcerem*. Subdit tamen Menagius, Turnebum & Scaligerum animadvertisse in Luciliano versu. Mulos sagmarios cippos collisisse omnes. Notum porro est, ait Scaliger, Sepulchorum olim Cippos secundum vias publicas fuisse. Itaque collidebantur a mulis, quom ea praeterirent. Verùm neque Lucilii versus, neque Scaligeri germana interpretatio Menagium juvat. E'enim sepulcrales veterum Cippi prominentes a terra fuere, adeo ut epitaphium inscriptum in eis legeretur. Nequam ergo pede impingere poterant in eos Muli, sed quidem clittelis ac sarcinis. At *Inciampare* Italicum, est pede impingere in aliiquid. Undenam verò, inquies, tibi est *Inciampare*? Meliora exhibere nequeo. Dicam tamen, inspicendum esse, an ex *In* & *Zampa*, significante pedem animalium, effluxisse potuerit *Inciampare*, quod evalerit in *Inciampare* apud Tuscos; quasi jumenta *Inciampare* dicta fuerint, quod vede, sive *Zampa*, incurrent sive impingerent in lapidem, aut in aliud offendiculum occurrens. Ita perpendendum, an ex *In* & *Capo* efformatum fuerit alterum verbum *Incipare*, quod nunc Florentini du-

A plici *P.* pronuntiant *Incappare*: quasi homo Capite incurrat in alterum hominem, aut in quodpiam aliud, quod inquirebat, aut fugiebat. Simile est verbum *Imbatteri*, uti nuper dixi. Habemus etiam *Far Capo*, pro *Conferre se*, & *Capitare*, *Pervenire* significans, aut *Incidere*, quae iusdem originis vindentur.

B *Incastrare*. *Innectere*. Proprie significat, durum aliquid in alteram rem duram excavatam *Immittere* atque *Connecere*. Vocem enatam reor ex annulorum *Pala*, quam Tuscī *Castone*, nos *Castello*, idest *Castrum* appellamus. Gemmam inferre seu immittere in hujusmodi *Castrum*, dixere Majores nostri *Incastrare*, eamque vocem propagarunt ad alia similia opera. *Engastar* dicunt Hispani.

C *Incetta*. *Annonae* aut *Mercium conquestio*, ut cariori pretio venundentur. Ita vocabulum hoc ab *Emo* derivat Menagius: *Emo*, *Emptum*, *Empti*, *Empticus*, *Emptica*, *Empticetta*, *Encetta*, *Incetta*. Nimis longe a scopo declinavit Vir doctissimus. Meridiano Sole clarus est, a Latino *Captare* vocem hanc efformatam fuisse. *Incaptare*, *Inceptare*, *Incepta*, *Incetta*. Nempe negotiatores *Captare* & *praeoccupare* triticum, oleum, aliasque merces solebant, antequam *Populus* emeret, ut inde lucrum majus vendendo facerent: quod inter Monopolii Species est computandum; quodque aevo nostro fortassis incognitum minime est.

D *Increscere*. Vide infra verbum *Rincrescere*.

E *Infingardo*. *Piger*, *Lentus*. Reete, quamquam non perfectè, hanc vocem definierunt, ejusque originem indi-

H h h 3 carunt

carunt Vocabularii Florentini Autores, quum scripsere. *Infingardia* è lentezza nell'operare, infingendosi di non potere. Hoc est ab *Infingere*, idem significante ac *Fingere*, manavit *Infingardo*, *Infingardia*. Tassonius noster multis exemplis ostendit, eos etiam, qui Fingunt sive Mentiuntur, appellatos fuisse *Infingardi*. Atque hoc duntaxat sensu in Mutinensi Dialecto usurpatum *Fingardo*, idem atque *Infingardo*. Ferrarius a non faciendo infelicissime deduxit *Infingardo*. Postremò insurrexit Menagius, contendens *Infingardo*, quum significat *Pigrum*, descendisse ab *Impigrare*, *Impigratus*, *Impigartus*, *Infingartus*. Vix, puto, risum contineas. Pro certissima habenda est in hoc etiam sensu prior origo. Scilicet illi proprie *Infingardi* appellantur, qui facere quidquam possunt, sed aut nolunt, aut cum pigritia id faciunt, simulantes, fibi vires deesse. Hoc potissimum dicimus de validis corpore, mendicare tamen volentibus, aliisque id genus hominibus ad desidiam pronis. Vide Adnotationes Julii Ottonelli ad Vocabularium Crucianum, quae in editis Tassonio tribuuntur. Is ab *Infingere* natam vocem eruditus ostendit.

Infinocchiare. *Blandis verbis ac fabulis decipere*. Salviatus & Monosinius e Graeco Φεραχίζειν traxerunt hoc verbum, quasi *Fenachizare* evaserit *Infinocchiare*. Alii e *Finocchio* (quae vox aperte in isto verbo sentitur) quia pueri *Foeniculus* sacharo opertis decipiuntur. Haec ridet Menagius. Is autem imperterrite educit ex *Fino*, significante *Furbo*, *Astuto*, hac ratione: *Fino*, *Finocus*, *Finoculus*, *Finoculare*, *Finocchiare*, ac tandem *Infinocchiare*.

Nam qui astutus & sagax est, plerumque deceptor est. Ita ille. Quae sane origo minus mihi videtur excipienda. Neque enim *Fino*, ut ad eam vocem dixi, ex Latino venit, & mera somnia sunt *Finocus*, *Finoculus*, *Finoculare*. Tolerabilius fuisset, si ab Italicis vocabulis *Fino*, & *Occhio*, idest *Occhio furbo*, Menagius derivasset *Infinocchiare*. Sed & hoc somnium esset. Mirum est, quei tam abstrusa sint principia hujus verbi, quum tamen non eo tantum Florentini, sed & Mutinenses aliquae Populi utantur. Ego alienis somniis mea nunc addere nolo. Attamen aliqua veri similitudine carere non censeo, *Foeniculus* olim exhibitos, ut ad plus bibendum, seque inebriandum incitarentur convivantes, ita ut *Finocchiato*, aut *Infinocchiato* appellasse potuerint metaphorice Majores nostri hominem, qui *fœniculorum* esu ac incitamento in ebrietatem incaute impegisset. Ita *Impastocchiare*, *Vendere delle Pastocchie*, simili sensu usurpatum. Praeterea *Inzampognare* idem significat, desumtum, ut creditur, e sono fistulae, quo decipiuntur aves. Sed & hujus verbi incerta adhuc mihi origo est. Neque enim *Zampogna* adhibetur ad fallendas volucres. Mutinensibus quoque familiare est *Insavonare*, sive *Insaponare*, significans *Adulari causâ decipiendi*, aut emungendi aliquid, Metaphorâ e Barbitonsoribus deductâ, qui sapone prius barbam proluunt, ut postea radant. Denique Florentinis est *Incastagnare*, cuius significatio videtur *Dar castagne*, pro *Dar parole*. Si vera haec esset, idem dicendum videretur de verbo *Infinocchiare*.

Infras-

Infruscato. *Obscurus*, ajunt Auctores Vocabularii Cruscani. Menagium audi: *Forse da Bruno: Brunus, Brunii, Bruniscus, Bruscus, Bruscatus, Bruscatus, Fruscatus, &c.* Mira is tradit. Neque meminit Menagius, in Lingua nostra occurrere *Frusco* & *Fruscolo*, significantia fragmentum paleae, ligni, &c. *Infruscare* autem metaphorice adhibitum fuerit pro *Tegere*, *Obscurare*, mentem scilicet suam non manifeste aperiendo, sed veluti sub festucis, exilibusque frustulis, sive dubiis verbis tegendo. Quanquam vereor ego, ne unicum exemplum, quod ex Davanzato adferunt ejusdem Vocabularii Scriptores, habeat *Infruscato*, non *Infruscato*. Nam *Infruscare* dicimus per translationem desuntam e foliis arborum, sub quibus aves & fructus latent, & significat mentem suam in loquendo abscondere.

Ingannare. *Fallere*, *Decipere*. Tassonius noster vocem hanc Provincialis Idiomatis esse putavit. Si Menagium auscultas, ab inusitato Latino *Ingannare*, composito ex *In* & *Gannare*, quod *Irridere* significat, manavit nostrum *Ingannare*. Carolus Datus, *Ingenium* huic verbo dedit originem est opinatus. Dati intentio ingeniosa: & ad eam confirmandam monumenta a Du-Cangio coacta ad vocabulum *Ingenium* inservire possunt. Mihi tamen veri similius est, ex Arabica Lingua descendisse nostrum *Inganno* & *Ingannare*, uti & Hispaniæ *Enganno*, & *Engannar*. Arabes enim *Chana* dicunt *Decipere*, *Violare pactum*, *Perfidus esse in eo*, quod tibi creditum est. *Gollium* vide. Si huic verbo in septima Conjugatione præponatur Characteri-

A
B
C

D

E

stica *In*, efformabitur *Inchana*, *Deceptus* est. Vox ista Mercatoribus familiaris, quales olim Arabes erant, ac propterea facilius in Italiæ & Hispaniam, illam credere licet invectam. Quae autem Latina vox Menagio dicitur, nempe *Gannare*, haec ipsa vox Arabicæ videtur; nam *Gannum* & *Gannatura* apud medii aevi Auctores occurrit, & pro *Dolo* ac *Fraude* explicari potest. In Gestis Reg. Francor. pag. 716. Tom. Prim. Du-Chesnii legimus: *Dux Saxonum &c. respondit cum Ganno: Mentitis vos, quum Chlotharium habere dicisis.* Ibi *Gannum* pro *Chachinno*, *irrisione nonnulli* interpretantur. Fortassis etiam *Fraudem* significat. Candidus Monachus in Vita Egilis Abbatis Fuldensis:

Cujus judicium etsi non Zabolica fallit Gannatura &c.

idest, etsi *Diabolica Fraus*, vel *Dolus*, *Inganno*, non fallit.

Ingoiare. *Devorare*. Originem vocis a Ferrario pete: ab *Inglutire*, is respondebit: Menagium interroga: adjicet, ab inusitato Latino *Ingumiare*. Basilice falluntur. Aut ab *Ingorgiare*, at potius ab *Ingulare*, seu *Inguliare* nata vox *Ingoiare*. In omnium oculos haec Etymologia incurrit. Eam tamen viri summe ingeniosi non attigere, ut mirari definas, si interdum quae ante pedes sunt, minime intuemur. Ita invenitur *Transgulare* pro *Trafficere in Gulam*. *Trangugiare* Auctores Vocabularii Florentini a *Transgorgia-re* recte deduxerunt. Apud Senenses olim in usu fuit *Ingollare*. Nescio, an & nunc hoc vocabulo tantur.

Ingom-

Ingombrare. Impedire obstaculo opposito. A Latino *Inumbrare* vocem hanc deduxerat Aleander Italus. Audi nunc Menagium: *S'inganna il dottissimo Aleandri. Viene sicuro Ingombrare da Incumulare, Insumblare &c.* Sed & ipse Menagius heic hallucinatur. Du-Cangium ergo fidensius consule ad vocabulum *Combri*. In Geltis Francor. sub Theoderico Principe: *In Silvam confugit, fuitque Combros.* Quem locum ita Gregorius Turonensis Histor. Franc. Lib. 3. Cap. 28. hisce verbis redidit: *Et Concides magnas in Silvis illis fecit.* Ergo sub nomine *Combrorum* venere *Concides*, sive *Concaedes* arborum, tagliamenti d'alberi, quibus viae impediabantur. Hinc natum Gallicum *Encombe*, & *Encombre*, quod ad Italos delatum *Ingombrare* evasit. Nos *Baricare* nunc diimus, Galli *Burri-eader*. Alia exempla a Du-Cangio allata praetereo. Aliud ergo sunt *Combri*, aliud *Comble* Gallicum. Atque ipsum *Comble*, minime certum est, a *Cumulus* ne, an a *Culmen* manarit, ut aliqui censuerunt. *Compleo* fortasse originem voci illi dedit. Significatio autem verbi *Ingombrare* Impedimentum respicit, non *Cumulum* alicujus rei. Ita inde natum *Sgombrare*, sive ut alii olim scriberant, *Scomberare*, & *Dissgombrare*. In Charta Lucensi anno Christi MCXXII. Guido Comes fidem suam obligat Abbatii Ficecli contra omnes personas, excepto contra Regem, & Marchionem Tusciae, eique nonnulla Castella se traditurum pollicetur, inter quae *Castellum* & *Curtem de Lartiano*, postquam ego *Disgombratum* habeo & *Castellum*, & *Curtem de Cerreto*; excepto si Abbas Vallis Umbrosae, &

A

B

C

D

E

Domnus Bernardus Cardinalis Warentaverint, quod eum mihi per alodium reddidissent. Ita ex *Barra* (nunc dicimus *Sbarra*) enatum *Imbarrare*, *Imbarazzare*, &c. hoc est *Impedire*, aut *Impedimentum apponere* cuiquam viae, vel loco.

Ingordo. Avidus. Hoc praeципue de Helluonibus dicimus. Multum eruditioinis heic habet Menagius. *Gordi* a Latinis, vocem ex Hispania mutuatis, appellati sunt *Stolidi*. At hoc nihil ad rem nostram. *Gordo* adhuc nuncupant Hispani hominem *Pinguem*, *Obesum* Galli *Pigrum*, *Lentum*. At ne ista quidem cohaerent cum significatione Italiaci *Ingordo*. Denique sermonem Menagius hisce verbis concludit: *Il Signor Ferrari vuole, derivi da Ingurgito.* Non concorro. Atramen nullum, quam istud, propius vero Etymon hujus vocis mihi viderur. Nam etsi nos Latinum *Gurges* in *Gorgo* convertimus, barbaricis tamen temporibus *Gordus* pro *Gurges* etiam in usu fuit. Complura exempla habes in Glossario Du-Cangii. *Gurges* Helluonem Latinis quoque metaphorice adhibitum significavit. *Gurges*, atque *Helluo* idem est apud Tullium. Fortassis igitur in usu fuit *Ingordare* idest avide in *Gulam*, sive in *Gurgitem* mittere, quae vox iam excidit. Supersunt *Ingordigia* Tus. is. Mutinensis, aliisque *Ingordisia*: & *Ingordo*, pro *Ciborum Avido*: quam vocem transtulimus ad quamcumque aliam nunquam expletam rerum Aviditatem.

Innestare. *Annestare.* Vide supra in hac eadem Dissertatione.

Insegnare. *Docere.* Salmasius in Solinum a Latino *Insinuare* traxit hoc verbum. Non tam facile mihi per sua-

suadet. Menagius ab *Insignare*, *A* hoc est a *Signo*, unde & *Significare*, ipsam arcessit. Et heic difficultas. Cur enim praemittitur Praepositio *In*? Nunquam *In Signum*, reddit significationem verbi *Ducere*, seu *Insegnare*. Donec meliora me doceant alii, veterum Septentriionalium Linguarum peritos rogo, ut perpendant, an a Germanico vocabulo *Sinn* emanasse potuerit nostrum *Insegnare*. Uti infra dicam, nostrum *Senno* ex *Sinn* Germanico venit, significante *Pensiero*, *Senso*, *Mente*. Adhuc Germani adjunt *In Sinn Kommen*, *Venire in Mente*, *in Pensiero*, uti & *In Sinn Haben*, *Avere in Animo*, *in Pensiero*, *Disegnare*. Ergo considerandum est, rum ex *In Sinn* efformatum fuerit primo *Insinniare*, & postea, ut *Sinn* apud nos evalit *Senno*, ita *Insenniare* Majores nostri dixerint, ac demum *Insegnare*, significaturi *Mettere in Mente*, *in Pensiero* qualche cosa ad altrui, cb' egli dianzi non sapea. Non dissimili ratione dicimus *Dimenticare*, quod est *Uscire di Mente*, *Oblivisci*, *Imbavagliare*, *Mettere in Bavaglio*: *Imporfare*, *Mettere in Borsa*: *Impalare*, *Mettere in Palo*: *Inviare*, *Mettere in Via*, &c.

Insieme. *Simul*. Hanc vocem praetergressus est Menagius. Nulla mihi dubitatio, quin ab *Insimul* Latino arcessi possit. Addere tamen liceat, animadvertisendum quoque, an ex Germanica Lingua venisse rectâ ad nos potuerit. *Sammen* est Germanis *Simul*: *Zu-Sammen*, *Insimul*. Cur addito *In* voci *Sammen* inde fluxisse non potuit nostrum *Insieme*? Dubitandum quoque est, num Gallicum *Ensemble* ab *In* & *Simul* certo trahendum sit, uti & *Assembler*

B

C

D

E

ab *Ad* & *Simul*. Germanicum primitivum verbum est *Sammelen*, seu *Sammeln*, significans *Colligere*, *Jun gere*, *Congregare*, a nuper memorato vocabulo *Sammen*, *Simul*, enatum. Inde potius Gallicum *Ensemble*, *Simul*; & *Ensembler*, *Con jungere*, *Congregare*; primò *Ensembler*, tum *Ensembler*. Uti ergo Gallica Lingua, addito *In*, seu *Ex* Germanico *Sammeln*, efformavit praedictas voces, ita nos ex eodem *Sammen*, praeposito *In*, derivasse potuimus *Insieme*, nisi forte nos rectâ a Gallis accepimus hanc vocem, Germanicae alioquin originis, & ex *Ensemble* efformavimus *Insieme*. Mutinenses pronuntiant *Insem*, quod Germanico proprius accedit. *Ensemora* & *Insemora* legitur in Canticis Fratris Jacoponi Tudertini, qui floruit circa finem Seculi Aerae Christianae Tertiidecimi. Ad haec perpendendum erit, an solidis fundamentis nitatur Menagius, qui *Assembrare* verbum ab antiquis Scriptoribus Tusciis usurpatum, nunc autem prorsus obsoletum, trahit ab *Adsimulare*, quod verbum is compositum ait e *Simul*, atque Scriptoribus barbarici aevi in usu fuisse. At unum exemplum optassem verbi *Adsimulare* pro *Congregare*, *Ordinare*: quae est significatio verbi *Assembrare*. Sed frustra fortasse queras: & nullum Du-Cangius novit. Quare quum *Assembrare*, *Assembler*, & *Ensemble* ejusdem sint originis, unaquaque vox e Germanica Lingua prodiisse videtur.

Intanto. *Praeterea*. Ad originem hujus Idiotismi Italici assequendam, nonnulla videntur subintelligenda. Nimirum exempli causâ: *In tanto tempore*; quo heic moror, aut tu scri-

scribis, aut is Civitatem obsidei, aut ille responsum exspectat, & similia. Ita Latinis fuit Interea temporis. Dicimus & Fra tanto.

Intirizzire, seu Intirizzare. Rigere. Rigidum fieri. Menagium audi: Da Directus, Diretto, Dritto, Dirizzare, Indirizzare, Intirizzare. Si me quoque audis, ab Intero venit Intirizzare, quum nempe corpus riget, rectum stat, ac in nullam partem inflectitur. Guarda, come colui sta Intero, dicimus nos Mutinenses, ad significandum hominem, qui caput nunquam flebit, neque se se majoribus inclinat. Ita in Vocabulario Florentino Andare, o Stare Intero, diciamo del tenere. e portare la persona ditta. Itaque Intirizzare est divenire Intero, non piegherebole.

Intoppare. Incurrere in aliquid, Offendere. Nunquam ab Incippare (quod sensit Menagius) vox ista descendisse potuit. Videndum potius, an ex Germanico Toppen, idem significante manarit. Quod certum censerem, si certo simul scirem, eam esse propriam & antiquissimam Linguae illius, neque illuc ex Italia translatam. Praeterea habemus & alterum Germanicum verbum Einzopeln, Inciampare. Vide, an ab isto descendisse potuerit Intoppare.

Intormentire. Dicunt Florentini de cruribus, manibus &c. quum praefrigore, aut aliâ de causâ obstupescunt. Recte subodoravit Menagius, ita dictum fuisse pro Indormentire. Mutinenses quoque, ut idem significant, uno verbo Indormentare utuntur.

Inverno. Vide infra vocabulum Verno.

A

B

C

D

E

L

L Acca. Ripa. Ita Auctores Vocabularii Cruscani exponunt hanc vocem. Benevenutus Imolensis in Commentariis MStis ad Comoe diam Dantis, pro Costa & Ripa ipse quoque sumvit. Verum Russellius, & Buti in Commentariis ad ipsam Comoe diam, uti animadvertisit Menagius, Laccâ acceperunt pro concavo, & imo loco, quod sane Dantes voluit. Itaque idem Menagius Laccâ isto sensu suspicatus est venisse e Lacus. Tum addit: Credo perd, che venga da Lama, Lamica, Laca, Laccâ. Postremum hoc Etymon omnino ineptum. A Labendo, quasi Labica, deduxit hanc vocem non majori felicitate Ferrarius. At noveris, purum putum vocabulum Germanicae Linguae esse Lacke (alii scribunt Lache) a Latino Lacu fortasse desumptum, atque olim significans locum concavum. Et quia Lacunae, Paludes, aliaque ejusmodi loca sunt concava, ideo Lache a Germanis nunc appellantur. Inde Majores nostri sumsere Laccâ. In Glossis Theotiscis e Florentina Bibliotheca de promtis, atque ab Eccardo editis, legitur Botinus, Lache. Mihi Botinus (nisi sit pro Boibrinus) est locus Profundus, a Germanico Boden, ac propterea per Lache redditum fuit.

Lacca. Ab iisdem Auctoriibus Vocabularii Florentini appellari dicitur Coxa, sive Anca, e coscia degli animali quadrupedi. Et heic vereor, ut germanum vocis hujus sensum ii sint assequuti. Mutinenses Laccâ della gamba dicunt partem illam,

Iam, quae est subitus inter Coxam & Crus. Videtur Poples Latinorum. Haec pars *Lacca* appellata, quod concava sit, atque adeo ex nuper memorato fonte descendit, hoc est e Teutonum Lingua. Ab *Anca*, *Lanca*, *Lacca*, pro suo more Menagius trahebat, hoc est miscens quadrata rotundis.

Lagnarfi. *Lamentari*, *Dolere*. Verbum obscurae originis. Neque enim Menagius unquam nobis persuadebit, aut a *Lamentum*, aut ab inusitato, idest somniato *Lamen*, effluxisse hanc vocem. Non spernenda tamen Ferrariae opinio, a *Lai* trahentis. Addo ego, perpendendum esse, num a Latino *Laniare* se p^rae dolore emersisse potuerit Italicum *Lagnarfi*. A *Cruce* quoque efformatum fuit *Excruciare* se, *Crucciarfi*. Utrumque significat, graviter animo deleve.

Laido. *Turpis*, *Inhonestus*, *Foedus*. Non nulli descendisse putant a *Turpiculatus*: Ferrarius ab *Illautus*: Etymologiae non ferendae. Illud certum, e Gallico *Laid* nos efformasse nostrum *Laido*. Mutinenses adhuc dicunt *Led*. Gallicum *Laid* Du-Cangius a *Lada* & *Ladare* trahit, quem vide. E Septentrionalibus Populis profecta ista etiam vox mihi creditur. Apud Hickefium inter voces veterum Francorum ac Teutonum recensetur *Lad*, *Leid*, *Detestabilis*. Germaniae quoque Linguae est *Leidig*, *Res turpis*, *ingrata*. En, ut puto, radices Francicae vocis *Laid*, atque Italicae *Laido*. In Rhabani Mauri Glossis Theotiscis *Abominatur*, *Laidazit*. Vide etiam Schilterum, qui multa de hac voce in suo Glossario habet.

Largo. *Latus*. Vide quae^{so}, quām Tom. VI.

A

longe a Latina significatione vocis hujus abierit Lingua nostra, quae non alio utitur vocabulo, quām *Largo*, ad designandum, quod Latinis *Latum* fuit, Latinis verò *Largus*, erat *Copiosus*, *Abundans*, *Liberalis*.

B

Lasciare. *Derelinquere*, *Dimittere*. Nulla mihi dubitatio est, quin ex Latinorum *Laxare* emersisse potuerit. ut Menagius censuit, Italicum *Lassare*: & a *Laxum*, *Laziare*, nostrum *Lasciare*. Attamen quum Latini verbi *Laxo*, si rite perpendas, diversa sit significatio ab Italico verbo *Lassare* & *Lasciare*: propterea videndum, an potius e Germanica voce *Lassen*, significante *Sinere*, *Relinquere*, *Dimittere* &c. prodierit nostrum *Lasciare*. Ejus Linguae vetustissimum verbum est *Lassen*, *Lazen*, uti exempla a Schiltero producta ostendunt. Quare inde nos verisimilius, quām a Latinis, illud acceperimus. De Gallico *Laifer* idem dicendum. Antiqui Franci teste Hickefio dicebant *Laazer*.

C

Lastra. *Lapis* saepe quadratus, & in superficie planus. *Lastricare*, *Lapidibus Sternere*. Hariolantur & heic Etymologiarum venatores. A *Lapis* Menagius: a *Latastrum*, a vocabulo nempe omnibus ignoto, Ferrarius: a *Lapis Stratus* Carolus Dati, ejus originem sibi finxere. Inter voces Germanicae Linguae primigenias est *Pflaster*, idem significans ac Italicum *Lastra*, *Selciata*, unde *Pflasteren*, *Lastricare*. Deperditis duabus primis Literis *PF*. nos euphoniae dulciorisve soni gratiā, *Lastra*, ut opinor, efformavimus. Agnellus Scriptor Ravennas Anno Christi DCCCXXX. in Vitis Pontificum Ravennatum Tom. II. Part. I. pag. 106. Ref.

D

I i i

Ita-

Italicarum scribit: *Calces & latercula, petras & bisalos, lapides & ligna, columnas & Lastras praeparaverunt.* Quum verò idem Scriptor in Vita Agnelli Archiepiscopi scribat: *De praedicta verò Ecclesia, cur Latis stratis sic communia sit, nuntiemus.* Erat quidam Rex Vandolorum, qui ex ipsa voluisse Ecclesia pavimentum eruere, & ad suam propriam reportare sedem. Nam quidem dum omnia parata ad elevendum Lastras fuissent &c. Num ergo *Lastra* e *Latastrata* breviato prodiisse potuit? Tutior prima origo videatur.

Latta. *Lamina ferri stanno obducta.* Censet Hickeus, vocem hanc e Cimbrico *Latun*, *Aurichalcum* significante, prodiisse. Certe Hispani inde suum *Latun*, hoc est *Aurichalcum*, Galli suum *Leton*, seu *Laiton*, & nos nostrum Ottone hauisse videmur; non verò, ut Menagius censuit, e Graeco Ελατόν. *Lattam* vulgarem Angli quoque *Latten* & *Lattin* appellant, Belgae *Latoen*. Verùm non deerunt, qui e Germanico *Platte*, significante *Laminam*, aut e Graeco Πλάττος, eliciendum patent nomen *Latta*, *P.* videlicet excluso, quum nimirum ab *Auricalcho*, sive a nostro Ottone, differat la *Latta*. Nos verò *Lattae* folium grandius dicimus *Lattone*. Quaestionem hanc alii dirimant.

Lavina. Terrae superficies in montibus, ob aquis pluvias in sinum receptas, loco dimota, ac in imum decurrentes: quod interdum cum arboribus & casis superimpositis accidit. Tusci hanc vocem ignorant. Apud nos Lombardos in familiari usu est, & quidem ab antiquitate petita. Eam quippe usurparunt Sanctus

A

Hieronymus, Isidorus, Paullus Diaconus, & alii. A *Labendo* efformata primo fuit *Labina*, tum *Lavina* & *Lavinare*. In Etruria ejusmodi terrarum fluxus quo nomine donetur, nondum reperi.

Leccare. Lingere. Graecis est Λέχειν, quod idem significat, ac propterea inde Monosinius ac alii vocem hanc non immerito trahunt. Sed & Germanica Lingua antiquissimum suum verbum habet *Leken*, Anglia suum *Lick*, Gallia suum *Lécher*, eadē significatione. Undenam ergo manavit *Leccare*? Tu e Graeca; ego verò, aliisque e Germanica voce derivatum putabimus. Graeci nunquam Germaniae, Angliae, & Galliae dominati sunt. Germanicis quidem Populis subiecti fuerunt Itali, Galli, & Britanni. Pauciora, quam credimus, verba nobis dedit Graecia: multa verò Septentrio. Sed & Germani (inquieres) e Graecia verbum hoc traxerint. Liceat id tibi opinari.

B

Lesto. *Alster*, *Velox*, *Paratus*, *Promtus*. Aut Itali e Gallico *Leste*, aut ab Italico *Lesto* Galli vocabulum suum accepere. Inde compositum nostrum *Allestire*. Ceterum vocis originem feliores alii ostendent. Nam Latinorum *Sublestus* contrarium potius sensum reddit. Et *Allestus* pro *Allelus* sive *Adlectus*, somnium merum foret.

C

Lindo. *Elegans*, *Venusitus*, *Bene-comitus*. Hispanicae Linguae vox est. A Linea illam Covaruvias; a *Limpidus* Menagius derivarunt. Prima opinio insulsa, altera ingeniosa potius est quam vera. Nunquam enim *Limpidum juvenem*, *Limpidam pisturam*, *Limpidum artificium* quisquam appellavit. *Limpidus* est *Per-spicus*, *Clarus*, *Purus*, *Lucens*, non *Ele-*

Elegans. Ita dicimus *Limpido Fon-te*, *Limpida onda*, *Limpido cristallo &c.* Itaque origo vocis petenda e Germanico *Lind* & *Gellind*, quod Latine sonat *Lenis*, *Humanus*, Italice verò *Morbido*, *Tenero*, *Dolce*, *Soave*. Antiquissima illius exempla apud Schilterum prostant. Ipsi quoque Hispani habent *Alindar*, & *Alimpiar*, duas diversas voces.

Lisca. *Spina piscium*. Ab ipla *Spina* & *Spinula* Menagius censet efformatum *Spinulistica*, *Lisca*. Durum plane Etymon. Quod solum habeo, Gallis *Spina* *piscium Areste* appellatur, Mediolani & Mutinae *Resca*. Num ad Tuscos progressa vox evalit *Lisca*? Ita Gallicum *Raqueste*, Mutinensibus aliquique Lombardis *Rac betta*, a Florentinis dicitur *La betta*, R. in L. converto.

Lis.¹⁹. *L-vis*. Satis futurum Meningo fuerat deduxisse hanc vocem a Graeco Λιττός, quod idem significat. At ille subdit, eam quoque potuisse descendere a *Lacviss*, *Leviscus*, *Leviscius*, *Lefius*, *Liscius*. Incredibilis est ejusmodi gradatio. Neque deduci potest a *Lingendo*, quod Ferrarius excogitavit. Attamen adhuc considerandum supereftatum e *Lisciare* verbo effluxerit adjективum *Licio*, an contra. Si enim vox primitiva fuisset *Lisciare*, suspicandi locus esset, e *Lixivio* sive *Lixiviâ*, derivatum illud fuisse, quasi foret *Lixiviare*, idest *Lixiviâ* eluere tabulas ac polire. Florentini *Lixivium Ranno*; nos, aliquique Populi *Lisia*, aut *Lisia* appellamus. Gallica Lingua habet *Lisse* & *Lisser*, idest *Lisco* & *Lisciare*. In Annalibus Bertinianis ad Annum Christi DCCCLXII. legitur: *Vestitum lineum, quod Cami-*

*sium vulgo vocatur, laevigare (idest lixivio lavare) incipiens. Idem Laevigare sonat ac *Lisciare*.*

Lobia, Loggia. *Deambulatorium in aedibus.* Vide Dissertationem XXI. de Status Italiae.

Logorare. Consumere. Tuscorum verbum. Non enim eo Lombardorum Dialectus utitur. Forse da *Lacerare*, inquit Menagius. Sed aliud est *Logorare Italicum*, aliud Latinum *Lacerare*. Diu verbi hujus originem venatus sum; tandem non aliam reperi, quae veri videatur similis & certa tortassis est, nisi e *Lurcari*, seu *Lurcare*, Latinorum verbo, quod veteres *Tusci* inversis literis immutarunt in *Lurcare*, *Lograre*, & euphoniae caulis addito O. in medio vocis, in *Logorare*. Nam *Lurcones* olim appellati, qui intemperantiâ gulæ fortunas suas absumebant, nomine ab ipso *Lurcare* derivato. Festo nuncupati sunt *Lurcones*, *capacis gulæ homines*, & *bonorum suorum Consumtores*. Hic proprius sensus Italici verbi *Logorare* olim erat, hoc est, patrimonium gulâ *Consumere*: quod postea translatum fuit ad alia, quae usu consumuntur. Frater Jacobonus Tudertinus, qui circiter Annum Christi MCCCVIII. flouruit, Lib. 2. Cant. 25. haec habet.

E

*Tutto quel, che mangiava,
E la Gola Lograva.*

En ut primo *Lograre* pro *Lurcare* enatum. Joannes Villanius Lib. 2. Cap. 2. inquit: *Pù si Lograva oggi in Popolo di Firenze a taverna, che non soleano Logorare i nostri antichi in tutta la Città* *. Et in

I i i 2

Vi-

* Non Lib. 2. sed quidem Lib. XI. Chronicor. Villanii Venetae Editionis anni

Vitis Sancctorum Patrum legimus: *Vecchio golofo, Logoratore, che bai fatto del ventre, Dio.* Ibi *Logoratore* pro *Lurco*, sive *Lurcator*. Ita in Historiis Senensisibus Nerii Donati, a me editis Tomo XV. Rer. Italicas. ad pag. 223. habemus: *Sanesi, veduto che gli Ufiziali del Comuno si Logravano tutta l'entrata del Comuno di Siena. En Logravano pro Lurcabant, sive Lurcabantur.*

Lontano. Longinquus, & Longe. Quomodo efformatum fuerit, ignoro, nisi sit ex *Longitanus*, cuius tamen vocis nullum apud veteres vestigium invenio.

Lotto. Ludi genus, quo parum pecuniae exponitur ad sortem, spe capiendi majoris lucri. A Germanico *Lot*, quod est *Sors*, vocem trahit Menagius. Germanica Lingua *Los*, non *Lot*, nunc appellat *Sortem*. Ab antiqua ergo Saxonum Lingua videtur vocis origo petenda. Saxonibus quidem *Hlot* fuit *Sors*. Hanc in Britanniam Anglo-Saxones invexerunt, apud quos adhuc *Sors* per vocabulum *Lot* exprimitur. Eadem vox Belgis. Galli quoque *Lot* & *Lotterie* familia-
ria habent. Ab iis gentibus & nos accepimus nostrum *Lotto*. Rustici nostri aliā etiam significatio-
ne utuntur vocabulo *Lotto*, ad si-
gnificantam nempe *glebam terrae*, quam *Tusci Zolla* appellant. Hunc autem idiotismum prodiisse e Latina voce *Lutum*, & Italica *Loto*, facile mihi persuadeo, quod *Lot*, seu *Lotto*, a rusticis nostris solet pronuntiari.

Lusinga. Blandiciae. A *Luscinia* tra-

A B

xerunt Stigianus, & elii. A *Lu-*
fus Menagius. Porro Du-Cangius
in Glossario Latino Gallicam vo-
cem putat ab *Los* significante *Lau-*
dens, quasi sit falla *Laus*. Veter-
um exempla is adfert. Schilterus
vero Germanicam opinatur ab *Los*,
Dolus. Adhuc Saxones usurpant
Laesunge, & Britanni *Leasing* pro
Mendacium. Tu elige: Ego non a
Latina, sed a Borealibus Linguis,
sive a Gallica, profectam vocem
opinor.

C D

M *A. Sed Latinum.* Particulam hanc disjunctivam trahit Menagius a Latino *Magis*. Traxerat & Castelvetrus noster in Additamentis antea ineditis, quae ego suppeditavi ad novissimam editionem Proserpini Bembi, Neapoli procuratam. Verum Latino *Magis* alia est significatio. Nam quod Menagius Vergilium dicentem adfert Eclogā Primā:

Haud equidem invideo : miror Magis -----

E

neutiquam ibi *Magis* pro *Sed* usurpatum fuit, sed pro *Potius*. Tullius de Amicitia: *Aut enim nemo (quod quidem *Magis* credo) aut si quisquam, ille sapiens fuit.* Abundant & alia ejusmodi exem-
pla. Neque ego ausim hoc Arabicum *Amma*, significans *Sed*, ad-
ducere, quasi illud abjectā primā syllabā *Am*, evasisse potuerit apud nos *Ma*. Quare adhuc in Etymon vocis hujus inquirendum videtur.

Mac-

1559. cap. 2. legitur: *che più vino si logora oggi in uno popolo di Firenze a taverne, che non seleano logorare gli nostri antichi in tutta la Città.* Et ista uti & clarior, videtur & tecilio genuina, superior vitiata & imperfecta.

Macchia. Sylva. Vide Dissertationem A
XXI. de Statu Italiae.

Macinare. Molere. Josephus Scaliger in Notis ad Festum a *Machina Italica* *Macinare* deduxit. Et sane Ausonius *Macinalia* pondera, pro *Mola* dixisse creditur. *Aminus Macinarius* in l. *Quum quaereretur ff. de Legatis & Fideicommissis*, appellatur *Aminus*, qui molit, si Turnebum audimus. Scaligero Menagius adhaeret. Et eorum quidem laudanda sententia: sed ea minime certa. Nam *Machinae significatio* nimis plura complectitur, atque, uti animadvertisit Hotomanus, *Aminus Machinarius* is dicitur, quo ad omnis generis machinas uti possumus. Neque clariora sunt Ausonii verba. Occurrit etiam apud Ulpianum *Machina frumentaria*, quae a pistrino diversa est, ut alia omittam. Ad veri similitudinem proprius accedere videatur, qui nostrum *Macinare* deducat a *Maciniare*, significante triticum conterere lapide, quem veteres *Macinium* appellasse opinor. *Tusci Magno*, nos Lombardi *Magno* nuncupamus. Inde illi efformare potuerunt *Macinare*, nos *Massare*. Utra verò ex hisce opinionibus amplectenda sit, posset indicare locus Anastasii Bibliothecarii, seu potius synchroni illius Auctoris, qui Vitam Hadriani I. Papae scripsit, si certi essemus, quid revera is scripsiterit. Memorat ille *Formam Sabbatinam*, ex qua diversae *Molae in geniculo macinabantur aqua*. Sed alii Codices habent in *geniculo macinabant*. Quod heic potissimum animadvertendum, antiquissima est vox *Macina*. Nam in *Charta*, Anno Christi DCL. scripta, & a Clariss. Marchione Sci-

pione Maffeo edita, legitur *bassa cum forno, Macina, & rota*. Immo inter veteres Inscriptiones, quas jam praelis commisi, ista occurrit.

D. M.

Q. MVNNI SE
CVNDI NIPI PO
TABERNARIO
Q. BAEBIVS
COCITATVS
MACINARIVS.

Nescio, an huc etiam referendum sit, quod Du-Cangius animadvertisit, nempe *Latomos*, sive *Lapidum sectores*, olim appellatos fuisse *Macciones*, unde is putat enatam Gallicam vocem *Magon*. Ut cumque sit, haec me adnotasse non poenitet.

Madrina. Obstetrix. Menagius laudat heic Johannem de Janua scribentem: *Matrina*, quae aliquem de sacro Fonte levat, vel in Ecclesiam introducit. Populo Mutinensi proverbium est: *Dove vai Beltrame? Io sto co i Frati.* Aliud est *Obstetrix*, aliud *Mater spiritualis*. *Obstetrix* appellata *Madrina*, quasi parva *Mater*. Jamdiu cecidit hoc nomen, & alterum durat, nempe *Comare*, e Latino-Barbaro *Commaier*, quasi *Obstetrix* sit altera Infantium *Mater*, ipsosque una cum Matre pariat. Sub ista etiam ratione olim *Obstetrici* nomen *Madrina* impositum.

Magagna. Vitium. Magagnato. Vitatus. Vide Dissertationem XXVI. de Militia.

Magazzino. Vide *Dissert.* *eamdem*.
Magnano. Faber Ferrarius. Vastus ha-

riolandi campus se aperit inqui- A
renti nominis hujus originem. Me-
nagius ait: *Forse da Magnus, Ma-
gnanus*: quod Etymon insulfum
plane. Ejuldem saporis est & al-
terum a Ferrario propositum. *Ae-
ramen, Aeraminarius, Ramagnarius,*
Magnano. Haec audisse, contempsis-
se est. Nomina sunt nobis com-
plura, quae non a Latinis, sed
ab ipsis Italis rectâ veniunt. Sunt
& quae vel ab uno homine, aut
ab uno eventu originem sumfere,
eorumque sensus propagatus postea
per Populos fuit. Ego Lombardic-
um vocabulum esse reor *Magnano*. Olim non Fabri ferrarii, sed
aerarii tantum, hoc nomine dona-
ti fuerunt; & ne omnes quidem C
aerarii, sed qui cum bulga circu-
mabant, & adhuc circumdeunt, ca-
lligine vultum infecti, & horrida
voce artem suam inclamantes. Mu-
tinæ adhuc in usu seminarum est,
ut pueris timorem incutiant, di-
cere: *E' qui il Magnano*: & saepe
silent, aut parent ad eorum vo-
cem puelli. In Charta Mediola- D
nensi Anni DCCCLXXXII., quam
dabo in Dissertatione XLI. de No-
minibus, occurrit *Bonellus*, qui di-
citur *Magnano*. Viden antiquitatem
vocis? Si quis ergo conjectet, ap-
pellatum fuisse *Magnano* hoc arti-
ficium genus a Lombardico *Ma-
gnare*, idest *Manucare*, quod ma-
tres fingerent, ab iis pueros ino-
bedientes comedî (quod certe ad-
huc etiam fingere solent) tolerabiliorem E
conjecturam, quam ha-
ctenus compositæ, nobis exhibe-
bit. Sed locus est aliis meliora &
certiora expiscandi.

Mangano. Vide Dissertationem XXVI.
de Militia.

Mai. Unquam. Frustra originem ad-

verbii hujus rimatus est Menagius.
Neque enim e Graeco *Mā Δια*
effluxisse potuit, uti Bembus sus-
picabatur, quum nihil aliud si-
gnificet *Mā Δια*, nisi *Per Dio*,
ac proinde nihil rei habeat cum
Mai. Aut ergo vox haec deducen-
da e Latino *Magis*, uti opinatus
est Castelvetrus in nuper laudatis
Additamentis ad Bembum, edition.
Neapolitanæ. Videntur enim Ma-
jores nostri adhibuisse *Magis* pro
Amplius; atque idem fere est: *Io-
no'l vedrò Più*, & *no'l vedrò Mai*.
Aut apud Germanos inquirenda est
istius adverbialis vocabuli origo.
Iis quippe *Mal* significat *una vol-
ta, una fiata*. Et *ein-mal* est ipsis
una uolta. Eorum *Mal* nos in *Mai*
convertisse videmur. Dicimus en-
im interrogantes: *Non vieni Mai?*
quod idem sonat atque *Non vieni
una volta?* Ac propterea ex insti-
tutione sua nostrum *Mal* non est
negantis, sed propriè tum solùm
negat, quum negatio additur. No-
bis ergo *Mai* significat *in alcun
tempo*: quam significationem in
Germanico etiam *Mal* deprehendis.
Sane dicunt Germani *Ander-mal*,
hoc est, *altra volta, in altro tem-
po*: & *Alle-Mal*, quod nos *Sem-
pre-Mai*.

Malvagio. Malus, Improbus. A Latini-
no *Malus* per incredibilem scalam
venisse creditur Menagio. V den-
dum, an rectâ processerit a Galli-
co *Mauvais*, seu *Mauvaise*: quae
vox e duabus conjunctis efformata
videtur. Quamquam *Malvagio* anti-
quissimum est apud Tuscos. Si
Lombardi hac voce uterentur in
familiari sermone, suspicatus fuis-
sem, istorum *Mal-vago*, idest *Ma-
lum-Vas* conversum fuisse a Tuscis
in *Malvagio*; nam nostrum *Ajo*
& *A-*

& Asia evadit apud illos in Agio
& Agia. Sed nostra Dialectus hu-
jusmodi vocabulo caret.

Mancia. *Strena.* Donum, quod spon-
te inferioribus datur ob rem bene
gestam. Menagius & Ferrarius a
Manu trahunt. Quomodo? *E Manu*, *Manitus*, *Manitia*, *Mantia*,
Mancia, idest *Manipulus*, Δραγμὴ.
Sed nil rei est *Manipulo* cum *Mancia*;
uti neque *Manitio*: nam vox
ista nihil aliud significavit barba-
ricis Seculis, nisi *Cbirothecam*, quam
Lombardi adhuc appellant *Manizza* & *Manizzo*. Et siquidem e La-
tino trahenda vox est, e *Manica*
esset deducenda, quam Galli nun-
cupant *Manche*: *Manche* verò a-
pud Italos evadit *Mancia*. Nihi-
lominus addunt praelaudati Ety-
mologistae, in usu etiam esse *Dar*
la buona Mano pro *la Mancia*. Ita
fane dicimus. Sed non propterea
e *Manu* rite deducas *Mancia*. To-
lerabilius fortasse foret opinari, e
Lombardis *Manza* appellantibus,
ortum habuisse hanc vocem, quasi
primo fuerit *l' Amanza*, significans
Amorem. Frater Jacoponus Tudor-
tinus circa finem Seculi Aerae
Christianae Tertiidecimi, Lib. 5.
Cant. 14. ajebat:

Non è verace aquisto
Di Manza (pro Amanza) che
non dura.
Ma chi ben' ama Cristo
Sopra d'ogn' altra cura,
Quella è Amanza sicura.

Idem quoque Lib. 6. Cant. 21.

Sopra ogn' altro amore
E' la tua bella Manza (idest A-
manza)

A

Infra verò subdit:

Di te bella Manza.
Jesu vaga Manza.

B

La Manza, sive *Mancia*, signum
Amoris est. Alia verò videtur esse
origo phrasis *Dare la buona Mano*.

C

Mandorla. *Amygdalus*. Ab hac voce
Graeca Italicum vocabulum *Mandorla* traxit Menagius. Animad-
vertendum tamen est, Germanicae
Linguae tribui a Cramero vocem
Mandel, significantem *Amygdalum*.
Si haec ibi antiquissima, inde potius
est arcessenda vox Italica *Mandorla* (quam Lombardi *Mandola*
dicunt, Mutinensium verò vulgus
corrupte *Mandla*) non autem e
Greco. Neque enim sat commode
Αμύγδαλος Amygdalus con-
vertitur in *Mandorla*, seu *Mandola*.

D

Maniera. *Modus*, *Mos*. Vossius &
Menagius a *Manus Latino*, vocabu-
lum istud deduxere. Sed nullam
ii adferunt caussam ejusmodi de-
rivationis. Videndum an fortè a
Germanico *Mann*, significante *Ho-
mo*, derivatum fuerit. Nos *Mores*
hominum, *Maniere* appellamus, uti
Bestierie dicimus actiones homi-
num, *Bestias* imitantum. Angli
quoque voce *Manners* ad idem si-
gnificantum utuntur. Gallis est
Maniere, Hispanis *Manera*. Inve-
nio quoque apud Germanos *Ma-
nier*, sed ignoro num antiqua vox,
& propria illius Linguae sit, an
potius adventicia. Si propria: in-
de reliqui Populi acceperint.

E

Mannaia. *Bipennis*, *Securis*. De hac
voce nihil Menagius; nescio, an
quod nihil succurrerit ad ejus o-
riginem explicandam, an ex incu-
ris,

riâ, aliâve de caussâ. Certe ita a primitivo vocabulo eam Tusci abduxerunt, ut difficile sit Etymologiam nancisci. Sed facile est Mutinensibus, aliisque Lombardis, quorum Dialectus habet *Manara*. Haec autem a Latino *Manuaria* venit, quo nomine donata fuit Securis illa, quae ambabus manibus adhibetur. Apud Mabillonum in Saecul. Benedictin. Auctor Miraculorum Sancti Columbani, qui circiter Annum Christi DCCCCL. floruit, Cap. 29. scribit: *Jussit filio, ut ei ferramentum quod vulgo Manuariam vocant, affirret, quatinus arbustulas ipsius agri succideret.* In Charta Chronicis Vulturnensis pag. 363. Part. II. Tomi I. Rer. Italic. scriptâ Anno Christi DCC-LXXIX. lego *Villanos*, qui cum *Mannarias* suas soliti fuerant magisterium facere. Fortassis ibi scribendum *Manuarias*.

Manzo. *Bos*, ajunt Auctores Vocabularii Florentini. At scribendum erat *Bos juvenculus*. Lombardorum vocabulum est, atque a nobis Florentini didicerunt. Pro *Manzo* opinor rusticos nostros invexisse *Manzo*. Est autem Italicae Linguae *Manzo*, idem atque *Mansuetus* & *Mansuetus*, & inde *Ammansare*, *Manfescere*. Tunc ergo Tauri a rusticis nostris appellari incipiunt *Manzi*, quem castrati, & mansuefacti jugum ferre addiscunt. *Manfues* *Mansuis* occurrit etiam apud antiquissimos Latinorum.

Marcare, *Marchiare*. *Signare*, *Notare*. Nemo revocare in dubium possit, quin vox ista eadem sit ac Teutonicum. *Marcken*, idem significans: Islandice *Marke*, *Signum*. Saxonice *Mearc Signum*; *Mearcan*, *Signare*, *Notare*.

A *Marchesita* & *Margasita*. Lapidis species. Fallitur Menagius, dum a *Narcissites*, cui originem, ut is ait, dedit Graecum Ναρκισσῖτης, hanc vocem derivavit. Arabicæ originis est, Arabes enim *Margassita* appellant *Pyritem lapidem*, eundem nempe, qui nobis est *Marcaita*. *Bismuthum* nonnulli appellant, sed hoc nomen aliam rem designare mihi creditur.

B *Marciare*. Procedere. Certe a Gallico *Marcher* nos hoc verbum accepimus. Unde verò *Marcher*, emiserit, Menagium interroga. Respondebit: a Latino *Varicare* (unde *Varcare*, ut is ait, efformatum est) natum *Marcher*. Stipes sit, qui credit. Vera vocis origo haec est. Germanica & Celtica vetus Lingua *March* appellabat *Equum*. Inde *Marsbaltus*, *Marpais* &c. Vide Pausaniam in Phocicis, *Leyes Alamannicas*, *Bajoaricas*, *Capitularia Caroli Calvi*, *Vossium*, *Eccardum*, & alios. Inde prodiit *Marcher*, idem significans atque *Equitare*, sive ut Barbaro-Latini dixerunt, *Caballicare*, e quo Italicum *Cavalcare* prodiit. Germanis adhuc *Marsch* est *Processus exercitus*, uti & *Marschiren*. Angli quoque retinent *March*, & *to-March* eodem sensu.

C *Marrone*. *Castanea major*. Eustathius in Odyss. Homeri Lib. K. varia Castanearum nomina recentet, inter quae *Mægæor*, Latine *Maraen*. Itaque inde Menagius nostrum *Marrone* deducit. Ferrarius arcessebat a *Balanus*: quod certe incredibile est. Verum non ejus antiquitatis mihi videtur Eustathius Homeri Scholiastes, ut illum certum originis hujus auctorem habeamus. Is floruisse creditur circiter Annum

num Christi MCLXX., nisi etiam A
serius. Quo sane tempore in usu
Italicae Linguae erat vox *Marro-*
ne. Tam multa alia a nobis (ut
Meursii Lexicon testatur) accepe-
re Graeci recentiores: cur non &
hoc vocabulum? Glossae Graecae
ne verbum quidem de ista voce
habentes, indicio sunt, uti nequa-
quam veteres, ita neque recentio-
res inter Graecos usurpare ejusmo-
di vocabulum. Nisi vox ista in
Italiam importata fuit a Germanis,
quibus *Marre* idem signifi-
cat, justa suspicio supererit, vel
ipsis antiquissimis Seculis hanc vo-
cem in Gallia Cisalpina notam
fuisse. Neque mirum foret, si ce-
leberrimo Poëta Vergilio *Maronis*
agnomentum inde obvenisset. Ita
apud Romanos *Lentuli*, *Cicerones*,
Fabii, *Pisones*, &c. a leguminibus
aliisque fructibus appellati fuere,
ut alia ejusmodi Cognomina o-
mittam.

Mazzaola. Hordei species. Vide Dis-
sertationem XXIV. de *Artibus*.

Masnada. Masnadiere. Vide Disserta-
tionem XIV. de *Servis*.

Massaro. Caput Familiae rusticanae.
Quod *Massa* barbaricis Seculis ap-
pellaretur unio aliquot praedio-
rum, atque unum interdum prae-
diuum, propterea *Massarii* nomen
inditum fuit Colono ejusdem *Massae*. Hoc ideo adnotatum volui,
quia in antiquis testamentis oc-
currit: *Relinquo uxorem Massariam*
& *usufructuarium*. Bartolus autem
traditur sub nomine *Massariae* in-
tellexisse *Supellefilum*. Si id ve-
rum, ridenda sane interpretatio
est. Nihil aliud ibi *Massaria* si-
gnificat, nisi *la Reggitora della*
Casa, quod Notarii nostri nunc
dicunt: *Lascio Donna e Madonna*,

Tom. VI.

B

C

D

E

eamdemque vim habet atque *Ufa-*
fructuaria. Quare neque P. Pap-
brochius V. Cl. vim vocis *Massa-*
rius est assequutus, quum ipsi sit
Custos Supellefilis.

Massiccio. Solidus, Densus. A Latino
Massa venit, significante quidquid
minime subtile ac leve, sive e so-
lo cortice constat, sed soliditatem
internam & crassitudinem praefert.
Ex eodem fonte manavit Gallicum
Massif.

Materazzo. Culcitra. Sententiam am-
plector Alciati, Du-Cangii, ac
Menagii, putantum hanc vocem
effluxisse e *Matta*, *Stoream* signifi-
cante, ejusque diminutivo. Ni-
mum pro *Culcitra* Servi, ac veter-
res Monachi utebantur *Storeis*.
Attamen quum inter *Culciras* la-
nâ, stupâ, aut plumis farcitas, ac
Storeas, nimium discriminis inter-
cedat: moneo, ut adhuc perpenda-
tur, an e Germanis, quibus est
Madraze & *Matratze* eadem signi-
ficatione, ad nos venisse potuerit
Materazzo, nisi & ipsum Germanic-
um nomen e *Matta* fluxerit,
aut ex Italia illuc fuerit delatum.
In vita Sancti Vincentii Ferrerii
die V. Aprilis apud Bollandistas
memoratur *quoddam stratum ex lana*
confectum, *quod vulgo vocant Ma-*
tracium.

Matto. Stultus. Graecum *Máttatos*,
& inusitatum *Máww*, si Caninium,
Monosinium, Menagium, & alios
audire volumus, originem dedit Italicae
voci *Matto*. Habeant illi
suam sententiam, quam non improbo.
Addere poterant, apud Hesychium
haberi quoque *Máttatos*, *Fatuus*,
Stolidus. Mihi tam-
en advertere liceat, potuisse ad
nos deferri hanc vocem e Germani-
ca

K k k

nica

nica Lingua, cui est *Matt*, idest *Debilis*, *Languidus*, *Infirmus*. Nam ut metaphorice dicimus *Debole di Mente*, *Mentis inops*, *Insanus*: ita fortassis olim *Matt* pro homine *Mentis Infirmae* dicere coeperunt. Quod si inde vocem Italicam arcessere dubitas, alterum accipe (si tamen alterum) Germanicum vocabulum, nempe *Matz*, quod nobis sonat *Uomo Balordo*, *Uom da niente*, *Homo Infirmae*, *Insanae Mentis*. Ab altera ex hisce duabus vocibus Angli accepisse videntur suum *Mad Stultus*, *Mente captus*. Quare multa cœant, ut Italicum *Matto* intelligamus originis potius Germanicae esse, quam Graecae. In antiquis tamen *Glossis* a Turnebi laudatis legitur *Mattus*, *Trifas*. *Mattus* quoque pro *Materatus*, seu *Subatus* fuisse aureo Seculo Latinorum, sibi visus est deprehendisse Salmasius. An recte, alii videant.

Mattone. *Later* *Lateris*. Forsitan a Graeco Μάῶ pro Νάῶ, Μάττω, Μάγυα, Μάκτων, *Mactum*, inquit Menagius, vox ista descendit. Sed mirari possis hominem qui Νάῶ tam confidenter immutat in Μάῶ, significans *Vehementer Cupio*; & inde fila, in cerebro tantum suo nata, educit ad efformandam aëream hanc telam. A *Mata* non majori laude Ferrarius idem vocabulum traxit. Ego suspicione duntaxat adjungam. Num venit a *Maltha*; seu *Malta*, Graecâ & Latinâ voce apud nos adhuc vigente, & significante *Terram mollem*, *aquâ compactam*, & *madefactam*, ita ut primò *Mattone*, tum *Mattone* dictum fuerit? Praeterea *Mutinenses Madone* appellant

A glebam seu frustum terrae aut parum madefactae, aut aridae ac durae, in quod vel agricultae in campis aratro incurront, aut quod pueri ludentes unus adversus alterum projiciunt. Aratores, quum terra resistit, grossi *Madoni* edificant. Quod nobis, nostrisque rusticis est *Mazone*, *Tulcis* censeo esse *Mattone*, terrae madefactae frustum significans, postea exsiccatum ad Solem, & in fornace demum coctum ad ignem. At aequi mihi ignotum, unde prodierit *Madone* *Mutinensium*, ac *Tuscorum Mattone*, nisi priùm e *Latino Matdeo*, & *Madidum* velimus profectum fuisse.

B C D E

C *Mazza*. *Clava*, sive *Baculus nodosus*, aut etiam *Malleus* e ferro, sive ligneus, infixos habens interdum acutos clavos, vel cuspides, aut aliis ad laedendum ferreis instrumentis instructus. A *Massa* deductum nomen putavit Menagius. Dissentire cogor. *Latinum* quippe *Massa*, purum putum, nilque immutatum, apud nos perdurat. Ego itaque vocem apud *Latinos* sive *Graecos* natam suspicor. Nempe *Graecis*, quae nunc nobis est *Mazza*, erat olim *Mazaca*, seu *Mazzuca*. Occurrit *Ματζάκα* & *Ματζάκιον* apud Heronem Παρεκβόλη, apud Leonem in *T. Eticis*, penes Nicetam, aliasque a Rigaltio & Du-Cangio laudatos. Ordericus Vitalis Lib. 8. *Maxucam* memorat; Chronicon Casauriense Lib. 4. *Mazucam*. Ammianus Marcellinus Lib. 21. Cap. 14. haec habet: Iter suum præire cum *Lanceariis*, & *Mattiariis* (Italice: *Mazzieri*) & catervis expeditorum præcepit. Idem alibi *Mattiarios* jungit cum

Lanceariis. Quod & facit Zosimus Lib. 3. Historiarum. *Mattiobarbulos* quoque videoas apud Vegetum. Ut *Lancearii* a *Lancea* dicti, ita & *Mattiarii* a *Mattia*, qua hostes prosternebant, appellati, ut puto fuere. Proinde a vero non abhorret, Italicum *Mazza* ab eodem *Mattia* originem suam sumfuisse. Scribit idem Ammianus Lib. 31. Cap. 7. Barbaris fuisse *ingenses Clavas ambustas*. Rolandinus Lib. XI. Cap. 7. Chronic. proelium describens ait: *Clavis nodosis & ferreis, ferientibus ad galeas calybosas, ignae resutarunt scintillae.* Ulum quoque *Clavā Ratchisium Foro-juliensem Ducem testatur Paullus Diaconus* Lib. 6. Cap. 62. de Gestis Langobardorum. Quae Paullo Diacono, & Rolandino fuit *Clava, Mattiam Vegetio, Zosimo, &*

A

B

C

Ammiano Marcellino fuisse censeo. Num verò arcessendum sit a *Mazza* Italicō potius, quād a Latino *Mactare*, Italicum verbum *Amazzare*, aliis decernendum relinquo. Hoc unum adnoto, Germanis nempe esse verbum *Matzen*, idem significans ac *Mactare* bestias, ita ut & ipsi Germani heic audiendi sint. Videant & Galli, unde petendum sit suum *Massacre* & *Massacre*. *Mazzare* pro *Amazzare* in usu fuisse olim, conjicere possumus e vocabulo *Mazia-cane*, id est *Occidens-canem*, cuius mentio est in *Charta Ravennate*, adservata in *Archivo Estensi*, quam exercere heic superfluum non puto, quum conceptis verbis ibi Feudum exprimatur, de qua re egi in *Dissertatione XI. de Allodiis*.

Investitura Feudi data *Mazia-cani* a Gualterio Archiepiscopo
Ravennate, Anno Christi 1130.

IN nomine Domini. Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo Trigesimo, die XXV. Mensis Januarii, Indictione Octava, Argenta. Et ego *Mazia-canis* dedi tibi Archiepiscopo de hoc, quod mibi debes, Denariorum Lucensium viginti Libras. Et tu concedis mibi ad usum Regni per Feudum in me, & in meis filiis masculis vel feminis, quantum habui pro pignore quatuor Mansum terre in *Massa Sandali*. Si plus habeo, vobis refuto; & si minus habeo, adimplatur mibi. Et predictus Donnus Walterius ita accipiens, per virgam, quam regavit ibi astantes pro futuro testimonio hoc factum est in praesentia testium, Andrea Archipresbiteri Cardinalis, & Archipresbiteri Sancti Johannis Baptiste, & Johannis Presbiteri Diaconi Car-

D

E

dinalis, & Rodulfi Diaconi, & Johannis Clerici Romani, Ugo Ramberti, & Salviati. Post haec posuit superscriptus *Maziacanis* manum suam super *Librum Euangeliorum Dei* juravit, dicens: Ab hac hora in ante fidelis ero Sancte Ravennati Ecclesie, & Donno Archiepiscopo per bonam fidem, si Deus me adjuvet, & Sancta Euangelia.

Ego Ugo Tabellio Ravennas, & Notarius sancte Ravennatis Ecclesie interfui, & hec scripsi omnia.

Et si tu, aut tuus catholicus Successor volueritis mibi, aut meis filiis permutare predictum Feudum ex alia parte Padi, recipere debeamus, ubi voluerimus.

Mazzerare. Tuscorum verbum est, significans, projicere hominem in

K k k 2

ma-

mare inclusum culeo, aut saxo ad collum alligato, ut demergatur. Heic mihi in mentem venit, apud Mutinenses meos appellari *Má/ero Lacunam*, in quam fasciculi Cannabis merguntur, ut filamenta corticis emollita per aquam separantur a ligno. Dicimus etiam *Maserare la Canape*. Maserare dictum fuit pro *Macerare & Misero*, idem atque *Maceratorium*. De Lino Plinius Lib. 19. Cap. primo: *Virgae ipsae merguntur in aquam solibus tenuis factam, pondere aliquo depresso*. *Maceratas indicio est membrana laxatior*. An *Mazzerare* Etruscorum per similitudinem aut per metaphoram emerserit e Lombardico *Maserare*, & per originem ex Latino *Maserare* fluxerit, alii decernant.

Mazzo. *Fasciculus*, uti horum, clavium, virgarum, aliarumque rerum simul colligatarum. E *Massa* Menagius putat efformatum *Masso*, *Mazzo*. Verum plane diversa est significatio vocis *Massa*. Aliqua mihi suborta suspicio est, *Mazzo* Italicum prodiisse e Graeco *Δέσμα* *Δέσματος*, significante *Vinculum*, *Fascem*. Inde diminutivum *Δέσματον* *Desmatum* emerserit, significans *Fasciculum*, uti e *Δέρμα* *Pellis*, manavit *Δέρματον* *Pellula*. Abiecta fortassis ex *Desmation* (converso in *Desmazzo*) priorre syllaba *Des*, in usu esse coepit *Mazzo*. Libro Tertio Annal. Genuens. Tom. VI. Rer. Italic. pag. 369. a synchroño Auctore ad Annum Christi MCXCII. memoratos videoas *Macios* decem *Lini*, idest *Manipulos*, *Fasciculos*, *Mazzi*.

Medesimo. *Ipse*; *Idem*. Menagio suus heic honor sit. Ingeniose heic de-

A prehendit, natum hoc Pronomen e *Met* *Ipsissimus*, *Metissimo*, *Medissimo*, *Medesimo*. Addendum duntaxat, dum vera sit haec origo, neminem primo simpliciter adhibuisse *Met-Ipsissimus*, sed cum aliis Pronominibus. Scilicet dicebant *Egomet ipsissimus*, *Memet ipsissimus*, *Temet ipsissimum*, *Illosmet ipsissimos*, *Nosmet ipsissimi*, &c. Et inde sensim surrexit *Eo* (pro *Ego*) ac deinde *Io Medesimo*, *Me Medesimo*, *Te Medesimo*, &c. Denique invaluit ipsum *Medesimo* sine ipsis Pronominibus. Atque ex eodem Italorum *Medesimo* (Poëtice *Medesmo*) Franci traxere suum *Mesme*, nunc *Même*; atque Hispani suum *Mesmo*, sive *Milmo*.

B *Melenso*, & *Milenso*. *Lentus*, *Piger*, *Tardus*. Per translationem quoque hominem *nibili*, & *semistultum* significat. Confidenter, pro more, Menagius a conficto vocabulo *Nidulensis*, hanc vocem derivat, more avium nondum e nido volantium. Incredibilia narrat. Quare perpendas velim, an a *Mel*, *Mellis* emanasse potuerit *Milen/o*, metaphora ab eo liquore desumpta, quia *Lentum* & *Pigrum* *Mel* defluit. Ita *Visco/o* appellamus quidquid *Visci* tenacitatem imitatur. Vel a sapore dulci *Mellis*. Dicimus etiam *Dolce* *ds Sale* hominem *Insipidum*, *Stolidum*.

C D E *Mentre*. *Dum*, *Interea*. Inter haec Ferrario visum fuit origo Italici adverbii *Mentre*. Eiusmodi *Eymon*, neque immerito, exodit Menagius, qui ab *Interim* per metathesis efformatam censet hanc vocem. Sed immanem adeo metamorphosim nemo ferat, nullumque par exemplum adferatur. Locum heic meae quoque conjecturae peto. Cur addi-

additum in principio *M.* fuerit, A quaerendum omnino est. Neque enim excogitari potest, finalem literam averbi *Interim* ita translatam, ut prima evaserit in vocabulo *Mentre*. Itaque Majores nostri mihi creduntur, ex *Dum Inter ea*, aut ex *Dum Interim* efformasse *Dumintre*, *Domentre*, ac tandem compendii gratiâ *Mentre*. Erat certe olim in usu *Domentre*. Facius de *Ubertis* in *Dittamundo* ait:

Dimmi, Domentre, che 'l nochier ci varca.

Sed & Latini usurpabant *Interea* *Dum*, immo & *Dum Interea*. Vide Terentium in *Eunuch.* & in *Eau-tontimorumen*. In Vita quoque M^{Sta} Felicis, quam in vetusto Codice adservat Estensis Bibliotheca, haec habentur: *Et Domentre che lo Romito diceva queste parole.* Ferrariae quoque olim in usu erat *Domentre*. Aliis exemplis parco.

Menzogna. Mendacium. Vide supra in hac eadem Dissertatione.

Merli. M'nae Latinis. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Melchino. Pauper, Egenus. Nihil dubitandum. Est originis Arabicae. *Al-Maschi* in Arabum genti idem designat. Vide *Golium*, & *Giggeum*. Lipsius *Epistol.* 44. Cent. 3. ad *Belgas* scribit, se hanc ipsam vocem reperisse in Persica Lingua.

Mina. Cuniculus. Vide Dissertationem XXVI de *Militia*.

Minhone. Bardus, Stupidus. A *Miccio*, significante *Aśinum* apud *Florentinos*, Menagius deducitam hanc vocem suspicabatur. Is autem trahebat *Miccio* ab *Aśinus*, *Aśinicus*, *N'ius*, *Miccio*: quod postremum Etymon deridere cuicumque liceat.

Apud nos *Mincione* dicitur. Fortasse primitivum fuerit *Mincio*, quo agnomine donatum animadvertis *Johannem Velitrensem Episcopum*, qui Anno Ch. 1058. Apostolicam Sedem invasit, & ob stupiditatem *Mincius* appellatus fuit. *Mincio* autem ex Gallica Lingua ad nos venisse mihi creditur; ei quippe est *Mince*, rem *Levem* significans. Atque, ut ait Fureterius, *Mince* se dit aussi figurem de ce qui est *Superficiel*, qui est *Mediocre*, qui n'a gueues de force, de solidité. Ce Prince est bien *Mince*. Ista vero vox, uti is post Menagium opinatur, videtur diminutivum vocis *Minutus*, *Minutius*.

C *Miniera. Fodina.* Vide eamdem Dissertationem XXVI.

Mirare. Intueri. Mihi sane perquam verisimile est, vocem hanc descendere e Latino *Miror*, quum *Mirantium* sit intente contueri rem, quae caussam admirationi praebet. Apud Trebellium *Pollionem* in Gallienis legitur: *Quidam scurrae miscuerunt se Persis diligentissime scrutantes omnia, & uniuscujuisque vultum mira inhibatione Mirantes.* Uti Salmasius in hunc locum animadvertisit, *Mirari*, vel *Mirare* significat attente contemplari. Animadserendum tamen, Martinio preeunte, Hebraicae Linguae esse *Mirah*, *Vifus*. Appellata quoque *Mira*, fuit linea illa, ad quam oculum sagittantes apponebant, ut in scopum collinearent. Hinc dubitandi causa, num potius e *Mira* emeruisse potuerit *Mirare*. Sed unde *Mira*? Hoc mihi plane ignotum; ac propterea verisimilior prima origo. *Specula*, quam *Miram* dicimus, occurrit apud Rolandinum Lib. 10. Cap. 9. *Chronic. Patavin.*

Moine

Meine plurali numero. *Fare delle Moine*. *Blandiri*. Hanc vocem a Graeco Μίμω, significante *Simiam*, Menagius derivatam putat. Poterat & a Latino *Mimus* derivare. Sed neque significatio, neque literarum ordo consentiunt. Mutinenses, aliquique Lombardiae Populi, quod Latinis est *Mollis*, *Madidus*, appellant *Mojo*. Inde nobis *Smojare*, idest Pannos aquâ abluere, vel *mollles facere*. Tusci adhuc dicunt *Molle*, quae vox apud eos, etiam significat hominem *Lenem*, *Mitem*, *Mollem*, *Delicatum*, *Effeminatum*. An inde ortum habuerit *Smojnare* & *Smoine* Lombardicum, pro *E-mollire*, seu *Mollificare blanditiis*, quam vocem Tusci postea adoptarint, dicentes *Moine*, Eruditi videant. Praeterea ab Hispanis *Moyne* appellatur vir, qui facile in iracundiam profilit: & *Mohina*, *Iracundia*. Inde *Amobinar*, in *Iram* adducere. Aliquem ergo iratum, aut ad iracundiam prouum mulcere, ac blandis verbis ad sua vota trahere, *Desamoynar*, aut *Desmoynar* dictum fortasse fuerit, quod nos Lombardi, abjecto pro more *De*, converterimus in *Smoinar*, *Fare delle Smoine*. Tusci verò etiam *S.* de tracto dixerint *Fare delle Moine*.

Mongana. *Vitulus lactens*. A *Mulgeo* ita Menagius trahit hanc vocem.

Mulgus, *Mulga*, *Mulganus*, & τροπὴ *Mongano*, Cur non proprius ab antiquissimo verbo *Mungere*, *Mugnere*, idem significante ac Latino-rum *Mulgere*.

Montone. *Aries*. Vocabuli hujus mentionem facio, non ut ejus originem adferam. Haec enim mihi ignota; sed ut animadvertis inane in hac re aliorum studium. Bochartus in Hierozoico a Monte vo-

A

cem hanc trahit, quia montibus gaudet ovillum pecus. Etymon plane ineptum. Ferrarius a *Montare*, verisimilius ipsam deducit. Sed is fallitur; neque enim unius Arietis id proprium est. A *Muto*, *Mutonis*, pro *Mutoniatus*, idest testiculos habens, Menagius derivat: unde *Mutunus* apud *Arnobium*, *Laelantium*, & *Augustinum* pro *Priapo*. Sed alia est significatio *Mutuni*, & *Mutuniati*. Quod mirere, Gallica Lingua habet *Mouton*, sed ut significet *Vervecem* (Italice *un Castrato*) non Arietem, significacione prorsus aliena ab Italico *Montone*. Medii aevi Scriptores appellariunt *Multones* Arietes, quos nunc *Montoni* dicimus; neque tantum Galli, sed & Itali, ut constat ex *Charta Comensi Anni MXLV. Tom. V. Italiae Sacrae*. Et certe Galli e primaeva significacione sua vocem hanc detorserunt. Nam in *Breviario rerum Fiscalium Caroli Magni*, quod ab Eccardo editum habemus, inventi sunt in Regia Villa *Verveces cum Agnis octoginta Multones octogintaduo*. Si *Multones* tunc nuncupati sunt *Arietes*, unde nos *Montone* efformavimus, non vocis Italicae, sed illius Barbaro-Latinæ conquirenda est origo. At de illa nil certi mihi occurrit.

D

Mora. *Acervus lapidum*, torrentibus oppositus; ne in campos irruant, dum intumescunt. A Latino *Mola* pro *Moles* natam hanc vocem Menagius statuit. Mihi veri videntur similius, descendisse ex Latino *Mora*, significante per translationem *Impedimentum Obstaculum*. Latini eodem sensu usurparunt *Interponere* atque *Injicere Moram*. Et Statius *Thebaid. X.* dixit: *Frangere Moras portarum*.

E

Mora,

*Mora. Giocare alla Mora. Ludus Ba-julorum, ac infimae Plebis. Latini appellasse creduntur *Micare digitis* (uti jandiu Eruditi animad verterunt) eundem hunc, ut vide tur, lusum, quo digitis porrectis duo invicem certant, uterque numerum, quem mavult, pronuntiantes: viator autem est, cuius pro-lato numero respondent digitii u-triusque certantis simul computati. Quod autem Menagius putat efformatum *Mora* hac ratione: *Micatura*, *Maura*, *Miura*, *Mura*, *Mora*, me non exspectabunt Lecto-res, ut edicam, somniantis homini-s has esse cogitationes. Potius inquirendum est, an Itali lusum i-stum oblii, illum rursum ab Ar-abum sive Maurorum Populo di-dicisse potuerint, ac propterea Lu-dus nucupatus fuerit *Giocare alla Mora*. Nobis dicitur *Donna Mora*, *Vacca Mora*, quae nigri colo-ris est, &c. Sed fortasse scribendum *A'la * Mora*. Mutinenses dicunt *Giocare all' Amore*. Nomen corrupisse videntur. Atiamen quum interdum amantes nutibus suum animum ex-primere soleant, hoc etiam heic adnotatum volui. Galli Italicum hunc lusum appellant *la Mourre*; Hispani *Amorra*.*

Morbido. Mollis, Delicatus, Tener. cu-jus contrarium *Rudis*, *Affer*. I-ram paene mihi excitat Menagius, dum hanc nobis Etymologiam ob-trudit. *Mollis*, *Mellidus*, *Molvidus*, *Molbidus*, *Morbidus*, *Morbido*. An-imaderte, Germanicae Linguae esse *Murb*, significans *Tenero*, *Frol-lo*: & *Murb-Machen*, *Emollire*, *Ma-cessare*. Quare aut ab iis ad nos ve-nit *Morbido*, aut tam illi, quām nos has voces accerimus e Latinorum *Morbidus*. Istud quidem a-

A

pud Latinos significat Morbo affe-ctum, aut Morbo obnoxium. Ve-riū ad carnes & fuetus primo translatā videtur vox: res enim istae, dum lanae sunt, durae, ac tenaces sunt; morbosae fiunt molles, ac tenerae. Germanis ipsis *Murb-apffel*, *Pomum vietum*, ac mar-cescens significat. Tandem quidquid ad tactum Molle, ac Tenerum est, *Morbido* appellatum fuit.

B

Morione. Cassis cristata. Gallice Mor- rion: Hispanice Morrion. A colore nigro, inquit Menagius. At ejusdem coloris fuerunt & reliqua arma. Cur ergo *Cassis* tantum sit ap-pellata *Morione*? Veri videtur si-milis, quod caput Mauri homini-s referret.

C

Mota, Motta. Munitionis, seu Arcis genus. Vide Dissertationem XXVI. de Militia.

D

*Mozzare. Abscindere. Amputare. Me-nagius a *Muticus* (somiato nem-pe vocabulo) pro *Mutilus* deducit. Verū Mathias Cramerus inter Germanicae Linguae verba, *Mutzen* exhibet, significans *Mozzare*, *Troncare*. Si hoc certum, nihil est, quod alibi originem vocis quaera-mus. Quippe *Mutzen* Teutonicum Italice redditum dat ipsum *Moz-zare*. Sed fortasse alicui videri pos-fit tam Italicos, quām Germanos e Latinorum *Mutilare* verba *Mutzen*, & *Mozzare* traxisse, hocque primo *Mojores* nostros convertisse in *Mutiare*, & demum evasisse *Moz-zare*.*

E

*Muccio. Cumulus. Explosis aliis E-tymologiis, recte Menagius a *Mon-ticulus* hanc vocem deduxit; alia tamen, quām is censuit, viā. Ad-monticulare veteres primò dixerunt, significaturi *Aggregare in Monticu-los*. Ammontichiare pro more Lin-guae*

guae factum fuerit, eratque olim in usu. At Populi, praecipue Lombardi, prolixam vocem contraxe-re, & evasit *Ammonchiare*, tum *Ammucchiare*, quo adhuc familiati-ter utuntur. Et inde *Mucchio*.

Muffa. *Mucor*. Scilicet *Lanugo* e su-perficie rerum putrescentium emer-gens. De doliis potissimum id di-cimus, unde Vino ingratus odor accedit, quem *puzzore di Muffa* ap-pellamus. Menagius e *Muccus* La-tinorum, *Muccus*, *Mucca*, *Muffa*, hercle infelicititer trahebat. Malo ego credere adhuc ignotam voca-buli originem. Cramerus auctor est, Saxonibus esse verbum *Muf-fen*, significans *Sentire di Muffa*. Si antiquum, & proprium illius Linguae verbum est, inde Itali ac-cepissent suum *Muffa*; & *Muffire*, quod de pane, aliisque eduliis, quum putrescere incipiunt, dicere sole-mus.

N

Naccbere. Dicimus *Sonare le Nac-chere*, quum pueri geminis os-ficulis, aut lignis, aut putaminib-bus nucum, vel vasculis ad pu-taminum similitudinem efformatis (*Castagnette* appellamus ex Ca-sta-nearum forma, quam habent) in-vicem ope digitorum percussis, so-num eliciunt, cuius crepitaculi in choreis interdum est usus. Ab A'-yάκαρα, specie Tympani vox pro-fecta creditur Menagio. Georgium Codinum, sed nullius ponderis hac in re testem, is laudat: quum Co-dinus Saeculi Christiani Quintide-cimi Scriptor creditur. Menagio praeivit Vossius in hoc Etymo Lib. 3. Cap. 22, de Vitiis Sermonis.

A

B

C

D

E

Sed quae de *Nacariis* Du-Cangius congesit, satis indicant, non apud Graecos, sed apud Arabes quae-rendam esse hujus vocabuli origi-nem. Quippe illi *Nacariis* sunt u-si. Et revera Arabicum nomen est *Nacchera*, e *Naqara* natum, quod verbum, Gollio teste, significat *Percussit*, & illisit pollicem medio di-gito, & inde divulgit crepitandi ergo. Atque inde Arabes efformarunt *Nargon*, significans excitatum violen-ta collitorum digitorum pollicis & me-dii vulsione crepitum. Haec certa vo-cabuli *Nacchera* origo videtur, ita ut elapla mihi fuerit dubitatio, an *Nacchera* prodiisse potuerit ex Hi-spanico *Nacar*, significante *Concha-rum testam*, quasi primo pueri ea-fdem adhibuerint ad ejusmodi stre-pitum edendum. Nos Mutinenses, aliique, ut puto, Lombardi, di-cimus *Gnaccare*, quae Tuscis sunt *Nacchere*.

Nano. *Pumilio*. Purum putum Grae-ciae vocabulum est, de quo Gelli-us Lib. 19. Cap. 13. Aristoteles, & Scholia stes Aristophanis usi sunt, atque inter Latinos Laberius. Quare inquit idem Gellius, *in conse-
tudine quidem imperiti vulgi est fre-quens, sed barbarum non est*. In Grateriana quoque Inscriptione *Nanus* occurrit.

Nappo. *Patera*, *Crater*. Menagio su-spicio oborta est, derivatam fuisse hanc vocem aut a *Nevis* (quod mi-nime ferendum quisque agnoscat) aut ab antiquo Gallico *Hanap*, de quo infra. A Latino *O'sha* non re-ctius eam Ferrarius deduxit. Om-nino mihi Germanica est vocis ori-go. Habent enim Germani *Napf*, & *Napp*, significans *Catino*, *Baci-no*, quod Vasis genus ad Vini po-tum translatum fuit. In antiquis-

simo

simo Glossario Germanico Aelfrici A
Cyathus appellatur *Hæp*. Hinc Gal-
 lium *Hanap*, *Scynhum* significans,
 & *Hinapus* Scriptoribus Barbaro-
 Latinis, quorum verba praetereo.
 De hac & o e consulendus Du-Can-
 gius. Durat adhuc apud Tuscos si-
 gnificatio prisca, nam *Nappo* fere
 temper pro *Bacino*, seu *Bacile* ab
 ipsis usurpatur.

Negbittoſo. *Desidiosus*, *Piger*, *Oſio diſ-ſens*. Menagius, cui tamen nil
 arduum, intactam hanc vocem re-
 liquit. Veri puto simile, a *Nagli-
 go*, *Nglectum* efformatum fuisse *Ne-
 glectoſus*, *Negbittoſo*.

Nel, *Nello*. Praepositio Italicae Lin-
 guae. Manifestum est, efformatum
 fuisse ex *In*, & *Ilo*, *Illa*, *Illis*,
 mutato nempe *Ilu* in *Ello*, & de-
 tracto postea *I*. exempli cauſâ *In
 illo tempore* evasit *Inello tempo*, &
 denique *Nollo tempo*, & *nel tempo*.
 Ita *Ne'* breviatum fuit ex *In Illis*,
Inelli, *Nelli*, *Ne i*, *Ne'*.

Nessuno. *Nemo*. Menagium audi. *Niu-
 no da Ne unus*. *Gli Spagnuoli da
 Nec Unus Ninguno*. *Da Ningunus*,
Niguno, *N'zuno*, *Nifuno*, *Niffuno*,
Niffuno. Certe *Niuno*, & *Neuno* pro-
 diit ex *Nec Unus*, aut ex *Ne Unus*
 quidem. At *Nessuno* mihi potius cre-
 ditur enatum ex *Nescio Unum*.

Nettare. *Polire*. *Mundare*. Scipio Gen-
 tilis a *Retare* Latino; Menagius
 aequiori jure a *Nitidare* hanc vo-
 cem trahunt. Attamen nihil erat,
 quod ii antiqua Latinorum verba
 contorquerent, quando Germanica
 Lingua illam ipsam vocem, eam-
 que, teste Cramero, nativitate Ger-
 manicam, nobis ministrat. Nimi-
 rum *Net*, sive *Nett*, Teutonici di-
 cunt: *Saxones*, & *Angli N:at*,
 sive *Net*: *Galli Net*, *Nette*. *Nette-
 ment*, *Nettoyer*, quae idem signifi-

Toni. VI.

cant atque Italicum *Netto*, *Netta-
 re*. Praeterquamquod *Nitidare* a *Ni-
 tare* Italicu multum abest, non fa-
 cile intelligeremus, quei tot va-
 riae gentes consensissent in corrum-
 pendo *Nitidus*, sive *Nitidare*, at-
 que inde in efformando *Netto*, &
Nettare. Verum quoties reminisci-
 mur tot transmigrations Septem-
 trionalium gentium in Italiā, Galliā,
 & Britanniā, continuo occurrit modus, quo *Netto* ab una
 Natione in tot alias fuerit propa-
 gatum.

Nicchio. *Concha*, sive *Testa Oſtreorum*.
 Tuscorum vocabulum. Menagius
 imperterritē a *Nidus*, *Nidius*, *Ni-
 diculus*, *Niculus*, Nicchio, illud deducit,
 addens: *Ne viene ſicuro*. An
 recte, alii videant. Eſt & alia si-
 gnificatio vocis *Nicchio*. Hoc no-
 mine donantur Loculamenta, sive
 Concava in parietibus, ubi Statuae
 collocantur. Vocabularii Florenti-
 ni Auctores cefent, a similitudi-
 ne *Concharum* appellatas fuisse *Nic-
 chi* Cellulas ejusmodi. Ingenioſe
 profeſto. *Nefcio* an & verè. In-
 terea norit Leſtor, Germanicae
 Linguae esse *Nitsche*, idem signifi-
 cans. Nisi illi a nobis vocem i-
 flam acceperint, dediffe nobis vi-
 dentur. *Niche* etiam eſt *Gallis*. Quod
 si ferendum eſt Etymon, a Menagio
 nuper propositum, licebit &
 mihi audacem quamdam conjectu-
 ram proponere, quam tamen praeflare
 nolo. *Aediculae* olim appella-
 ta fuerunt Loculamenta illa Sta-
 tuarum. Num ergo inde efforma-
 tum *Inaediculare*, idest *Inferre Sta-
 tuam in Aediculam*? Ita *Inaltare*,
Incappare, *Incamerare* &c. veteres
 barbarice dixerunt. Num *Inaedicu-
 lare*, sublatō *Di*, compendii cauſ-
 sâ, evasit *Inaeculare*, *Inichare*, *In-
 nichia-*

nichil ave, quae vox Italicae Linguae est, quamquam in Vocabulario Cruciano desideretur?

Niente. *Nihil.* Cinonius ex *Ne ens quidem efformatum* putat adverbiale hoc vocabulum. Et profectò uti ex *Ne unus quidem effluxit Niuno* (veteres dicebant *Nuno*) ita & *Niente* a *Ne ens quidem* descendisse potuit, ac praecipue, quum Majores nostri dicerent *Neente*. Verum vox *Ens* Scholasticae Philosophiae foetus est, ac proinde non multae vetustatis, Populoque etiam ignota. Minime verò audiendi, qui a *Negans*, aut a *Res*, hanc vocem deducunt apud Menagium. Si vera sunt, quae tradit Hickeius, videlicet veteres Francos ac Teutones pro *Nihil* dixisse *Newith*, *Nieuweht*, *Niebt*, suspicio oboriri posset, inde processisse nostrum *Niente*.

Noja. *Toedium*, *Angor*, seu *Molestia animi*. Intrepide Menagius vocabulum istud a Latino *Noxia* derivat. Assentiri non possum. Alia est significatio vocis *Noxa* & *Noxia*, sive *Delictum* & *Crimen*, sive *Damnum* explices. Gallis est *Ennuy*, & *Ennuyer*, idem significans ac nostrum *Noja* & *Annojave*. Ergo aut nos ab iis vocabulum mutuati fuimus, aut illi a nobis acceptere. Hispani quoque habent *E-nojo* & *Enojar*; sed *iram* & *irasci* apud eos significat. Praeterea Anglis est *Annoy*, & *Annoyance* pro *Molestia*, *Damno*. Apud quemnam ex his Populis statuenda sit prima sedes vocis, unde reliqui postea ad se traxerint, incertum est. Hercle multa est illius antiquitas in Italica Lingua. Si a nobis primo profecta fuit (conjecturae veniam peto) fortassis efformata fuerit ab

A Italico *Nò*, sive *Non*. Nam qui toedio & moerore sunt capti, ad omnia respondere *Non* solent. *Pien di noja* dicimus, atque alià phrasim *Pien di lasciami stare*, quum quis moestitiā vicitus, nihil vult, omnia recusat. Id potissimum pueri flentes facere consueverunt. Ita a *Retro efformatum Riroso*, quod dicimus, quum quis ab iis abhorrentem se prodit, quae a reliquis amantur, quasi ipsi negent aut recusent, vertendo se retrorsum. Et quid si eadem ratione nata fuisset contraria vox *Gioja*, significans *Hilaritatem* ac *Laetitiam*, nempe a Teutonico *Io*, quod nunc *Ja*, a plerisque pronuntiatur, & nostro *Sì* respondet? *Joye* dicunt Galli. Est & Graecae Linguae *Iω* & *Iων*. Num ex Graecis hausimus *Gioja*? Nihil affirmo, sed tantum haec tum de voce *Gioja*, tum de altera *Noja* innuisse juverit.

B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

Nuca. *Occiput*. Deducitur a Menagio e *Nux*, *Nucis*, unde *Nucula*. Sed quaenam analogia inter *Occiput*, & *Nucem*? Duplicem offero conjecturam. Bocharto, Giggeo, & Gollio testibus, Arabica Lingua habet *Nacha*, quae idem est ac *Nuca* Italicum. Avicenna non semel est usus. Rursus Germanica Lingua *Nack* & *Nacken* appellat id, quod nos dicimus *Nuca*. Alterutra ex his Linguis hanc vocem fortasse nobis dedit. Tu potiorem conjecturam elige, nisi malis utramque contemnere. Mutinensisbus ac Mediolanensisbus *Gnacula*, non verò *Nucca*, nuncupatur *Occiput*. Germani ajunt *Genick*.

O

Oibò. Interjectio, sive Exclamatio abhorrentis. A Graeco οἴμοι trahebat illam Monosinius. Sed Graecorum οἴμοι nihil aliud est, nisi Latinum *Hū Mibi*, ac Italicum *Oimè*. Carolus Cato ab *Oi buono*, quod per Ironiam dictum Menagius putat, deducit *Oibò*. Nam & Galli eādem significazione dicunt *o bon*. Mutinenses quoque Ironice quandoque dicere solent *ob bon*, sed habent etiam in usu *Oibò*, idem significans ac *Fy Gallicum*, atque alterius significacionis. Perspiciendum igitur est, *Oi* esse nobis *Oi* Graecum, significans *Hū* Latinorum. Conjuratum autem *Bò* an efformatum forte fuerit ab usitata apud antiquos exclamatione: *Heu, bone Deu!* cujus tantum priores due syllabae compendii gratiā superfint. *Heu, lone Deus, quid dicas?* *Oibò che dici?* Certe illud *Bò* seu *Bò*, cum accentu, seu potius cum circunflexo, indicat, aliquid deesse ad complementum vocis.

Oltraggio. *Inuria*. Apud Italos antiquissima vox est, idemque est atque Gallicum *Outrage*. Et quidem terminatio illius Gallicam originem sapit. *Ultragium* dixere Barbaro-Latini id, quod *Ultra fas & mensuram* est. Scilicet exceſsum

A significat in quavis re, ut Du-Cangius monuit.

Onta. *Inuria, Contumelia*. Ab οργη Graecorum Monosinius, & Menagius hujus vocabuli originem trahunt. Etymon probo. Similiter tamen animadversitas velim, Germanicae Linguae antiquissimam vocem esse *Hohn*, seu *Hon*, significans *Onta*, *Saberno*, *Affronto*, *Vergogna*: & *Honnen*, *Fai'onta ad alcuno*. Propriorem fontem habemus. Cur ab Oriente petamus? At hoc ipsum, inquies, Germani e Graeca Lingua sumserint. Parum commercii erat olim Germanis cum Graecis. Epigraphe addita Ordini Militari Periscelidis Britannicae, fortassis huc referenda est: *On* (aut *Hon*, idest *Onta*, *Vergogna*) *y soit qui mal y pens.**

Oppio. Arboris genus. Vide Dissertationem XXIV. de *Arrib. Italic.*

Ordigno. *Machina*. Quidquid instrumenti manualis artificiose componitur, ut inserviat ad aliquod aliud opus peragendum, *Ordegno* Mutinenses appellant. Aut ab *Ordiri*, profectam vocem puto, aut ab *Ordine*, & *Ordinare*, ita ut *Ordinium* primo, tum Italice *Ordigno* emerserit.

Orlo. *Fimbria, Ora*. Menagius ab *Orla*, *Orula*, *Orulum*, *Orlum*, *Orlo* elicuit. Laudandum est *Elymon*. Galli quoque eādem voce utuntur. Ac inde *Orlare*. At Hickerius ab *Hurle* Scandico vocabulo,

L 11 2 signi-

* Haud recte heic transcripta dubitatur Et ergo apposita Ordini Militari Periscelidis, Gallice *de la Jarretiere*. Fa enim arvd Autores, Ordinis istius originem & Instituta narrantes concepta his verbis legitur: *HONY SOIT QUI MAL Y PENSE.*

*Disonorato sia
Chi su ciò pensa male.*

Cuius sententiae vis & ratio ex Institutionis occasione petenda est. Institutior autem Ordinis hujusmodi fuit Edwardus III. Rex Angliae Anno 1350.

significante *Limbum*, *Fasciam* praesertim pilei, profectum putat hoc nomen.

Orma. Vestigium. A Forma Ferrarius:

a Graeco ορμή alii deducunt. *Forma* omnino explodenda. ορμή, idest *Conatus*, *Impetus*, nil consensus habet cum *Vestigio*. Igitur ex Arabum Lingua deducenda videatur haec vox, quum iis sit *Aorma*, significans *Vestigium*, *Indicium*, ut *Giggeus* animadvertisit. Hispanicae quoque Linguae est *Horma*.

Ostaggio. Obses. Vossius Lib. 3. Cap. 14. de Vitiis Sermon. scite opinatus est ab *Obsidage* efformatum fuisse *Ostaggio*, quem Eutropius & Ammianus suo etiam tempore usi fuerint voce *Obsidatus*. Sententiam laudo. Sed, an certa sit, dubitare adhuc pergo. Suspicio quippe mihi haeret, fieri potuisse, ut ex *Hostis* emerserit vox ista, ad significandum *Pignus* seu *Vadimonium* ab *Hoste* traditum. Litera T. interposita, originem potius ab *Hoste*, quam ab *Obses*, indicare videtur. Scriptam quoque per H. reperimus hanc vocem, scilicet *Ostagijs*. Occurrit & *Hostaticus*, seu *Ostacticus*, uti Du-Cangius contendit: quae prima vox proprius accedit ad istam *Hostis* originem, quam ad alteram *Obses*. In fine Libri Primi Chronicorum Genuensium Caffari legitur: *Dederunt censum Saracenos de melioribus Obstatis in potestate Jannenstium*. E Latino verbo *Obstatre* quei rite deduci possit hoc vocabulum, non video.

A

P

Padiglione. *Tentorium*, *Tabernaculum militum*. Ferrario & Menagio deducentibus hanc vocem ex Latino *Papilio*, nequaquam adversor. Attamen dubitationem aliquam ingerit mihi illud P. conversum in D. Fieri-ne potuit, ut e *Pando*, *Pandere* prodierit *Pandilio*, ac denique *Padiglione*? Ita certe a *Tendo* *Tendere* natum *Tentorium* Latinorum, atque *Italicum* *Tenda*, & *Tensa*, qua voce usus est Otto Morena. Vide infra verbum *Sbadigliare*. Neque dissimulandum, Gallos pro *Padiglione* dicere *Pavillon*; Hispanos verò *Pavillon*. Quare in origine vocis hujus dubitatio adhuc superesse potest.

Paese. Regio. Jamdiu recte monuerunt Scaliger, Bignonius, & alii, vocabulum hoc, uti & *Paës*, *Gallorum*, emersisse e *Pagus*, significante non *Vicum*, sed *Regionem*, sive tractum terrarum. Inde *Pagensis*, *Pagense*, *Paese*. Hujus Etymologiae idcirco mentionem feci, ut ejus confirmationem accipiat e verbis *Legendae Italicae* pervetustae cuiusdam Felicis, quae in Estensi Bibliotheca adseruntur: *Cefaron* (sunt ejus verba) *li Ambasciadori*, *li quali lo Re havea mandati per li Pagiesi*, a ciò che la gente venisse &c.

D

E

Palco. Vide supra vocabulum *Balcone*.
Palio. *Bravium*. A Latino *Pallium*, significante olim vestem, qua Graeci & Philosophi in primis, utebantur, haec tenus creditum fuerat, Majores nostros desumisse *Palio*. At :

At Menagius addit: *Credo perdi più tosto da Palmarium, Palmalium, Palmalium, Palium, Palio.* Bone Deus, quām facile ingenio suo indulget vir doctus! Nulla dubitatio futura nobis est, quin ex Latino *Pallium* effluxerit Italica vox *Palio*. Pannus sericus, auro plerumque intertexto pretiosus, barbaricis temporibus *Pallii* nomine distinguebatur. Du-Cangium vide, qui testes rei complures congerit. Quod isto panno (*Drappo* etiam appellabant) ornetur frons altaris, propterea *Palio*, *Pallio*, *Palliotto*, a nobis nuncupatur. Umbraculum quoque quadratum, cui nunc nomen *Baldacchino* (ita quippe appellatus pannus, in Urbe *Baldacco* sive *Babylone* fabricatus) quod ex ipso panno conficeretur, *Palio* olim dictum fuit. Denique quodd̄ praemium equis victoribus in Circo exponentur complures ulnae ejusdem panni (qui mos adhuc in Italia perdurat) ideo *il Palio* nuncupatum fuit, & invaluit *Correre al Palio*.

Paltoniere. Mendicans panem. Vox est apud Italos antiquata. Vim vocis minime assequutus est Du-Cangius in Additamentis ad Glossar. Latinum. *Superbum* & *ferocem* is interpretatur. Sed quaecumque exempla adfert, *Mendicam*, un *Birbante* significant. Addit ille, manasse vocabulum a *Paſto*, *Paltonis*, quo nomine compellati Publicani. Sed praeterquamquod minime constat, *Paltonis* nomen inditum Publicanis: nil rei est *Publicanis* cum *Mendicis*. Ferrarius a *Poltrone* arcessens hanc vocem *Paltoniere*, non minus confidentiae prodidit. *Poltroniere* non *Paltoniere* natum inde fuisset. Praeterea Francis erat olim *Pantonier*,

A

B

C

D

E

quod idem est ac *Paltoniere*. Sed nunquid vox Gallica ab Italico *Poltrone* est deducenda? Apage. A Gallis potius, ac praecipue a Provincialibus, nos accepisse videmur vocabulum istud. Unde verò illi? Adhuc ignotum. In Satyra XVI, Fratris Jacoponi Tudertini, composita, dum in carcere ex iussu Bonifacii VIII. Papae conclusus, Rhythmos intrepidus effundebat, legitur:

Nobil tasca di Paltone.

Idem est *Paltone* & *Paltoniere*. Qui a Latino *Pultare*, idem significante ac *Pulsare*, dederet nomen hoc, hariolum ageret & ipse.

Panca. Vide supra *Banca*.

Pancia. *Infimus Venter.* Scaliger, Vofsius, Nicotius, Menagius, & aliiz a *Pantex* Latino derivant. Sed non satis explorata significatio est vocabuli *Panticis*. Contra certissimum est, Gallis esse *Panse*, Anglis *Paunch*, Belgis *Pansse*, Hispanis *Panza*, & *Pantz*, sive *Pantsch* Germanis. Tantus Occidentalium & Borealium Populorum in hujus vocis usu consensus, argumento esse potest ac debet, e *Celtis*, aut e *Germania* potius, quām aliunde, petendam esse illius originem. Et praecipue, quod *Pantex* vocabulum fuerit vel ipsis Latinis parum usitatum, ne dum tot aliis gentibus ab Urbe dissitis.

Pania. Si heic subscribimus doctissimis Vocabularii Florentini Aucto-ribus, *Viscum* significat. Nata vox, inquit Menagius, da *Panis*, come se si dicesse *Gluten farinaceum*, perchè appiccia insieme a guisa di pasta. Ovvero, conforme al parere del Signor Ferrari, da *Panus*: onde Pa-

na del Latte. Primum Etymon dicere liceat minime dignum tantae eruditionis & ingenii viro. Ecquando enim, ut alia omittam, *Panis* adhibitus est ad significandum *Gluten farinaceum?* Ex farina diluta, non ex Pane, conficitur *Gluten*, quod *Colla* appellamus. Alterius Etymologiae nullam rationem invenio; nam *Panus* Latinorum nihil aliud mihi est, nisi *Glomus* in Radium textorum immisus, quem nos Mutinenses nuncupamus *la Spuola*. Haec enim immittitur in *radiolum* a nobis vulgo dictum *la Navicella*, *la Navetta*, quia *Naviculae* similis est. Ei quoque aude Gallos nomen est *Navette*. At Florentinis *la Spuola* est idem ac *Radius*, sive *Navicella*: *Panus* vero seu *Glomus* subteminis ab iis dicitur *lo Spoleto*. Castigator est fortassis Mutinensem usus. Nam *Spuola* ex Germanico *Spule* descendisse videtur, significante non *Naviculam*, sed cannam in ea sitam, quae involutum lubtemen continet. Gallicis etiam *Espeule*, idem significat.

Itaque inter *Panum* Latinorum, & *Italicum* *Pania* nihil analogiae video. At, inquieris, unde tu *Pania* deducis? Si somniis & ego indulgere heic vellem, dicerem, fieri potuisse, ut *Pania* a *Pane*, apud *Ethnicos* Deo venationis & aucupii, nomen acceperit, quasi *Virgae Panis* illae dicerentur, quas *Pan* excogitasset, & quibus aves caperentur. Est enim antiquissimus ejusmodi *Virgarum* usus. Ovidius Metamorphoseon Lib. XV.

---- *Nec volucres Viscatâ fallite Virgâ.*

Plinius quoque Lib. XVI. Cap. 44. auctor est, *Druides Sacerdotes Gal-*

*los magno in honore *Viscum* habuisse, Omnia sanantem appellantes suo vocabulo. Hisce fortassis ntitatur aliquis, ut *Viscum* credat olim appellatum *Pan*, *Omnia* significans. Verum sincere fateor ego, mihi prorsus ignotam esse originem vocis *Pania*. Gallica quoque Linguae est *Paneau*, seu *Panneau*, nimirum Retis linei genus. Sed & hujus mihi obscura est nativitas. Ceterum *Pania* appellavi *Virgam Viscatam*, potius quam *Viscum*: nam utut negare nolim, quin pro *Visco* usurpata ab aliquibus fuerit, atque usurpari possit, attamen propria vocis hujus significatio mihi creditur *Virga Viscata*. Mutinenses non *Viscum*, sed hasce *Virgulas* nuncupant *le Pâne* pro *le Panie*: quanquam dubitatio aliqua in mente mea obversetur, an Mutinensium *Paina* prodierit e *Pagina*. *Pungere* quippe est *Figere*. Illae autem *Virgae* figuntur humili, aut in arbustis ad aucupium. Dantes Infern. Can. XXI. v. 124.*

Cercate intorno le bollenti Pane.

Ita ille licentiâ Poëticâ pro *Panie*. Benevenutus Imolensis, qui eodem Saeculo, quo Dantes, floruit, & omnium optimum Commentarium in ill. os Comoediam lucubravit, quem MStum Estensis Bibliotheca adservat, ad eum locum haec habet: *Pane appellantur Paleae, vel Virgae, duæ & unctæ Visco*, quibus *viscantur & capiuntur aves*. Crassior etiam pars *Lætis*, unde *Butyrum* conficitur (ut hoc quoque obiter moneam) a Mutinensibus dicitur *la Panna del Latte*. Gallica Lingua identidem habet *Panne*, significans *Adipem suilum*.

lum. Gallico vocabulo analogia aliqua est cum nostro *Panna*. Sed & *Tusci* recentiores *Panno* dixere *superficiem Vini*, & aliorum liquorum. Fortassis a nobis vocem hanc sumfiseré: seu potius nos & illi ex Latino *Pannus*, quasi superficies pinguior *Lactis*, *Panni* speciem referat. Ita *Appannare* dictum viderit, ac si *Pannus* inducatur in oculos.

Pappagallo. *Pſittacus*. Ulysses Aldrovardus, celebris Philosophus, in Ornithologiae Libro XI. Cap. I. considerandum proposuit numquid *Papagallus* ita vulgo dictus fuerit, tamquam *Gallus Papa*, idest dignum *Papa* munus; an potius tamquam *Papa*, idest princeps, seu primus *Gallus* inter reliquas aves. Menagius eximium hoc Etymon, Aldrovando tamen neutiquam memorato, arripuit, suumque fecit. Postquam risit Sansovinum a *Papae* deducentem hanc vocem, imperiose ait: *Viene Pappagallo da Papa e da Gallo, come se si dicesse un padre Gallo, un maestro Gallo*. Apage ineptias. Mera haec somnia sunt Etymologistarum. Nihil enim rei est *Papae* & *Gallo* cum *Pſittacis*. Quod & ex aliis Linguis ediscas. Nam Covaruvia teste Hispani *Pſittacum* appellant *Papagayo*, ubi vides evanescere *Gallo*. Et Gallicè avis eadem dicitur *Perroquet*, & olim *Pappeguais*. In Arresto Anni Christi MCCXXI. teste Du-Cangio commemorantur *Papegaldi*. Angli dicunt *Popinjay*, Poloni *Papuga* &c. Itaque meam opinionem accipe. Arabica vox est *Papagallo*; nempe *Babaga* ab Arabibus nuncupatur *Pſittacus*: quod preesse a nobis pronuntiatum, conversum fuit in *Papagà*, ac dcinde in *Papagal-*

A *lo*; & ab Hispanis in *Papagayo*; & a Graecis posteriorum temporum Παπαγαῖς, sive *Papagàs*. Arabes olim late dominantes, hasce aves in Europam importabant, simulque & istud importavere nomen. Navem appellatam *Papagasiūm* memorant Annales Genuenses Caffari ad Annū Christi MCCV. Nunc diceremus la Nave *Pappagallo*. **Parco.** *Septum*. Non a *Palus Pali*, ut Ferrarius censuit, sed a *Parc Cellica*, sive Germanica voce petendum hoc nomen. In Ripuariorum Legibus vetustissimis eadem vox occurrit, éademque utuntur præter Italos Angli, Galli, Belgae. Eccardus a Germanico *Bergen*, quod est *Custodire*, ingeniose *Parco* deduxit. Mutinentes, aliquie inter Lombardos, adhuc *Barco* dicunt. Si vera est significatio ista verbi Teutonici *Bergen*, addo ego, inde venisse Gallicum *Berger*, *Pastor*, non verò e *Berg*, Monte, neque ex *Bericarius*, uti Menagius persuadere voluit.

D *Parecchi*. *Nonnulli*, *Non pauci*. Tuscorum vox est. Utuntur illâ & rusticí Mutinenses. Si habitatori Civitatis nostræ ea excideret, notam rusticitatis is minime effugeret. A *Plures* factum *Parecchi* frustra censuit Ferrarius. A *Plerique* Caninius & Menagius derivarunt. Et primo sane aspētu amplectare Etymon istud. Sed ubi intime consideres, dubitare sensim cogēris. Nam *Plerique* significat nobis la maggior parte; *Parecchi* duntaxat *Aliquos*, aut *Mullos*. Deinde a *Plerique* pro more Linguae nostræ efformatum fuisset *Pierecchi*, non *Parecchi*. Mihi verò haec vox nata creditur e *Par Paris*. Atque uti ex *Auricula* Latinorum prodiit no-
strum

strum Orecchia, ita ex *Pariculi*, voce diminutivâ barbarici aevi, deductum fuit nostrum *Parecchi*, & ex *Pariculae*, femineum *Pareccbie*. Praesertim verò Notarii hanc vocem adhibuerunt in Contractibus, qui quotidie fiebant; nam quibusque contrahentium cupientibus exemplum Chartae, Notarius singularis suam tradebat. Hasce Chartas *Pariculas*, & *Pariclas*, idest *parvis*, sive unius tenoris, appellabant. Vide accuratissimum Du-Cangium in Glossar. Latin. plura adferentem exempla. Ita *Pariculas causas* legit Baluzius in Additamentis ad Legem Salicam. Et *Charta Paricla* occurrit apud Marculfum Lib. Primo, Formulâ 38. Et *Noticias Paricolas* habemus in Placito Chlodovei III. Regis Francorum. Nihil aliud primo significavit facere *Chartas Pariculas*, nisi *Chartas Paras*. At procedente tempore *Carte pareccbie* significavit fare più d'una Carta, nempe omnes ejusdem tenoris. Porro vocis hujus originem certam faciunt veterum Tuscorum exempla, a Vocabularii Cruscani Auctoriibus producta, e quibus constat, *Parecchio*, & *Parecchi* olim adhibitum pro *Pari* & *Simili*. In vetustis Italicas Rhythmis legitur:

*E far de' suo' begli occbi a' miei
duo' specchi,*
*Che lucon sì, che non truovam
Parecchi.*

Eodem quoque sensu Dantes & Boccaccius *Parecchio* usurparunt. Neapolitani dicunt adhuc *Paricchi*, quod propius ad fontem hujus vocis accedit.

Partigiana. Species Bipennis, *Hasta velitaris*, idem a nonnullis credita atque *Alabarda*. Quum Galli hanc

Pertuisane appellant, Nicotius ejus nomen derivavit a *Pertuis*, *Foramen*, quod facile *Pertundat*. Improbavit hoc Etymon Ferrarius, quippe omnibus telis *Pertundere* convenit. Menagius Ferrarium male consuti ratiocinii heic arguit. Verum Itali, Germani, Angli, Hispani, *Partigiana*, *Partesana*, appellantes ejusmodi *Hastam*, satis ostendunt, a *Pertuis Gallico* se nequaquam hoc nomen traxisse. Et quisnam ex *Pertugio* Italico vocabulum *Partigiana* deducat? Menagius ipse inconstans in Origin. Gallicae Linguae, suum *Pertuisane* ex Anglo *Partilan* deduxit: quasi non & alii Populi eadem voce uterentur. Eruditis Germanis inquirendum potius offero, num vox ista Teutonicae fuerit originis. Iis enim est *Barte*, *Baërt*, significans *Securim Bipennem*: & *Langobardi* appellati creduntur, non a *longis barbis*, sed a *longis bardis*, seu *Bavis*, idest *Bipennibus*, quas deferebant. Omnes autem norunt, *B* Germanicum preesse pronuntiatum in *P. facillime* mutari.

Passare. *Transire*, *Excedere* &c. A Latino *Passus* hujus *Passus* natum procul dubio videtur hoc verbum. *Passibus* enim iter habetur, *Passibus* spatia transiliuntur. Uti Du-Cangius animadvertisit, in Africa potissimum *Passus* significavit *Vagum*, ejusque vocabuli exempla ministrat Tertullianus contra Valentinius, & adversus Marcionem, uti & Sanctus Augustinus contra Adimantum Cap. 24. & Sanctus Hieronymus in Ezechiel Cap. 16. Attamen Eccardus in Notis ad Titul. 28. Legis Salicae, e Germanico *Patschen*, i.e. exortum arbitratur, *Italicum Passare*.

Passeggiare. Deambulare. Menagius e A *Spatium* derivat, ut sit *Exspatiari*. Mihi certum videtur, enatam fuisse & hanc vocem e *Passus*, unde *Passare*, *Passaggio*, & *Passeggio*. Nam ut *Passibus* iter habemus, ita *Passibus* deambulamus. Inde etiam *Passeggiere*, qui iter facit. Nihil aliud est *Passeggiare*, nisi *Fare de i Passi*. Idque etiam de equis incidentibus dicimus.

Pasta. Farina in massam aquâ subata. Obscura est mihi vocis origo. Menagius quidem intrepide pro more ait: *Da Pinso* (cioè *Subigo*) *Pistum*, *Pista*, *Pasta*. Sed Latinum *Pinse* significavit *Pistillo* tundere, & *Frangere*, unde *Tuscum Pestare*, & *Mutinensium Pistare*, & *Pista*, & *Pisto*, ut infra monebo. Quare parum veri videtur simile, *Pasta* inde efformatum, ac potissimum *I. converso* in *A. Vossius Lib. 6. de Vitiis Sermonis*, *Pasta*, ait, vel a *Latino Pasco*, quia eâ pascimur, vel *Graeco Πάστω*, *Inspergo*, unde *Πασῆνη Inspersa*; *puta*, *farina*. Haec ingeniose excogitata; attamen nihil certi inde elicias, quum *Pastus* tantummodo significet *Pasciuto*; & innumera alia sint, quibus pascimur, quae tamen *Pasta* appellare nemo consuevit, neque nos *Pasta*, sed *Pane* vescamur. Ut non semel repetam, minus verborum quam credimus, e Graeca Lingua mutuati fuimus. Et in ea quidem opinione sum, antiquissimam esse apud nos hanc vocem, neque eâ caruisse Latinorum vulgus, quamquam exempla desiderentur. Fuit enim Latinis ipsis *Pastillus*, massam cuiuscumque materiae dissolutae, & per aquam coactae significans, unde nostrum *Pastello* traximus. *Pastillum* diminutivum a *Panz*

Tom. VI.

B censuit Festus, sive Paullus Diaconus. Si *Pastillus*, immo & *Pastillum*, Cibi genus, in usu tunc fuit, cur non & *Pasta*? Ceterum non Itali tantum, sed & Galli, Germani, Hispani, & Angli hac voce utuntur, ita ut aut *Latina Lingua*, aut saltem Septentrio ipsam nobis dedisse videatur: quod aliis accuratius investigandum relinquon.

C *Pastoia.* *Pedica equorum.* Integrâ hujus vocabuli significationem eruditii Florentini in *Vocabulario minime explicuisse* mihi videntur. Ajunt enim: *Quella fune, che si mette a piedi delle bestie da cavalcare, per dar loro l'Ambio.* Iisdem *Ambio* est *Incessus tolutaris*, idest *Andare di portante, e traino*. Neque inficias ierim, quin & funis ad id officii adhibitus *Pastoia* appelletur. Sed simul addo, *Pastoia* antiquis praesertim fuisse impedimenta aut ex ferro, aut ex ligno, aut ex fune, pedibus jumentorum imposita, ne longius evagentur. A Gallis dicuntur *Entraves*, a Mutinensibus *Balze da Cavallo*, unde prodiit verbum *Imbalzare*. Apud Schilterum in *Glossario Teutonicum Glossae veteres* habent *Walza*, *Pedica*. Latino-Barbari appellaroni ejusmodi impedimentum *Pastoria*, *Pasturia*, & inde efformatum *Pastoia*. Neque vim vocis assequutus est Vossius Lib. 3. Cap. 33. de Vitiis Sermonis, quum scribit: *Pastorium* videtur id, cui imponitur foenum, vel aliud jumenti pabulum, quasi dicat *la Greppia*, *Praesepe*. In Legibus Bajoariorum Tit. 2. Cap. 6. habemus: *Si quis in exercitu aliquid furaverit, Pastorium, Capistrum, Frenum, &c.* Rotharis Rex in Lege 303. *Langobardorum*, ait:

M m m

Si

Si quis Pastorum de caballo alieno tulerit, componat Solidos sex. Mutinnenes Codices legunt Pasturium, Pasturias: quae lectio indicat originem Italici Pastoia & Pastoie. Inditum verò fortasse fuit nomen Pasturia impedimentis equorum, quod ipsis constringerentur in pedibus, dum ad pabulum, sive Pastum dimittebantur in pratis aut campis. Hoc Pasturare veteres appellantur, quam vocem Italica & Gallica Lingua retinent. Locus autem ubi Pasturiae equis, jumentisque imponebantur, originem dedisse videtur Gallicae voci Pasturon (potius Paturon), & Anglicae Pastern.

Paterino. Haereticus. Vide Dissertationem LX. de Haeresibus.

Pavese. Scuti genus. Vide Dissertationem XXVI. de Militia.

Pazzo. Stultus, Demens. Sentio & ego cum Menagio, vocabulum hoc descendisse a Patior, non verò a Fatus, uti Ferrarius arbitrabatur. In uno tantum discors sum a Menagio, quod is hac ratione nativitatem vocis instruit: Patior, Patius, Pazzus, Pazzo. Difficile hoc ille persuadeat. Opinor ego, ex Patior efformatum fuisse Patiare, uti ex Puteo, Putiare, Puzzare. Ad ditum fuit In, significans Intus, seu in Mente (quemadmodum factum fuit in Instituto pro Statuere in mente) & evalit Impatiare, postea Impazzire, quod Lombardi adjunt Impazzire, hoc est in Mente Pati. Et sicuti ex Putiare venit Puzzo, & Puzza, ita Pazzo ex Patiare effluxit.

Pellicino. Extremitates saccorum. quae manibus arripi possunt, ejusmodi nomen apud Florentinos obtinent. Diu infides, ut originem vocis extrudas. At Mutinensem Diale-

A

ctus rem aperiet. Dicimus enim Pedesino, a Pede videlicet saccorum voce desumpta. Ita Florentini Pellicello appellant vermiculum paene invisibilem, sub cute in palma hominum nascentem, quem nonnulli esse Acarum Latinorum (nescio an recte) arbitrantur. Ita Menagius censuit, quod inter Pelle & Cutem nascatur. Mihi potius corruptum creditur hoc nomen, uti & alterum, de quo nuper egi, a Florentinis. Nam apud Mutinnenes, aliosque Italiae Populos vermiculo illi nomen est Pedicello, hoc est diminutivum Latini diminutivi Pediculus, Pedicellus, quem etiam familiariter Mutinensis Dialectus efferre solet per Pinello.

C

Perla. Margarita, Unio. Heic Menagius: Viene sicuramente dal Latino Perula. Immo inde pro certo non est deducenda. Nihil aliud Pera Latinis fuit nisi Italicum Saccoccia, Sacculus. Quid rei ergo Perae seu Perulae cum nostro Perle, & cum Unionibus? Ergo uti Hottonianus & Vossius jamdiu monuerunt, Perla Italicum, & Hispanicum, Perle Gallicum, & Pearl Anglicum, suam originem alicui Occidentalium aut Borealium Linguarum debent; & uti fert similitudo, Germanicae, quae Perl appellat Margaritam. Si Perulam aut Perulum reperimus apud Scriptores medii aevi, ii credendi sunt vulgare vocabulum Perla ad Latinam Linguam transtulisse.

D

Pestare. Tundere, Contundere. A Latino Pinso, quod olim adhibitum eadem significatione, vox ista descendit, non verò a Pe, quasi sit pedibus Premere. A Pinso Pistum, & inde Pistillum, uti & Pistare, quemadmodum Mutinenses pronuntiant.

E

tiant, & Pestare, uti Tusci. Fuit & antiquis Pisio ex Pisare, de quo infra ad verbum Pigiare, & Pinsito frequentativa, e quibus deduci etiam potuit Pestare.

Pezza, seu **Pezzo**. *Frusatum*, *Fragmentum*, *Pars* alicujus rei. *Pecia*, sive *Petia de terra* in Chartis barbarici aevi saepissime occurrit, etiam Seculo Christi Nono, fortassis & praecedenti. Gujetus & Menagius a Graeco Πτύστω Gallicum *Piece* (idem nempe atque Italicum *Pezza* & *Pezzo*) derivarunt. Hispanica quoque Lingua habet *Pieza*. E Galliā suum *Piece* acceperunt Angli. Sed Graecum vocabulum nihil aliud significat, quam *Plicare*, *Complicare*, ac proinde repugnans in hanc Etymologiam pertractum. E Septentrionalibus Linguis ad nos *Pezza* venisse Hicenus putavit, quem in veterum Francorum Lingua occurrat *Blezza*, *Plezza*, quod recentiores Galli in *Piece* immutasse potuerint. Addo ego, (si fides Mathiae Cramero habenda est) Germanicae Linguae esse *Pletzen*, significans *Rappezzare*, *Resarcire*: quod originem Septentrionalem confirmare potest. Tam enim in usu fuit *Pezza* di *tela*, *di panno*, quam *Pezza* *di terreno*. Schilterus quoque *Blezza* pro *Panni frusto* invenit apud veteres Germanos. E *Petia*, sive *Pezza* & *Pezzo* efformatum postea fuit *Spezzare*, hoc est *Comminuere*, *Ridurre in Pezzi* rem quamquam integrum. Additum pro more Italorum verbo *Pezzare* illud s. puto. Vide Dissertationem IV. de Officiis dom. Reg. ubi attuli Chartam Anno Christi DCCXXIX. exaratam, in qua *Pezza terrae* commemoratur.

Piatto. *Patina*. Graecum Πλατύς,

A **Largo**, si Menagio credimus, origo vocis. Non contemnenda opinio. Attamen occurrit heic Germanicum *Platt*, seu *Platte*. An inde vox rectâ manarit, perpendicularium est. Hinc *Piattonata*, *Iltus* obliquo ense inflatus, sive planâ ensis superficie. Ita dicimus *Viso piatto*, *Navi Piatti* &c. hoc est faciem planam, planam *Navim*. Itaque *Piatti* appellatae Patinae planâ ac latâ figurâ, ad differentiam aliorum vasorum.

Piazza. *Platea*. Vide Dissertationem XIX. de Tributis.

Piccante. Vide supra in vocabulo *Becco*.

C **Picca**. *Hasta peditum praelonga*. A *Pungere* per incredibiles saltus efformatam vocem Menagius censuit. At puram putam hanc vocem, & quidem suae Linguae propriam, Germani credunt, idest *Picke* & *Pike*. Turnebus a Latino *Spicare* traxit *Picca*: sed minus commode, ut Vossius animadvertisit. Ferrarius a *Spiculum*. Hispani quoque, Galli, Angli, & Belgae eandem usurpant vocem. Proinde vix aliam statuas illius originem, nisi Germanicam, aut Celticam.

D **Picchiare**. *Pulsare*, *Pultare*. Ita vocem hanc Menagius e deformatione verbi *Pungo* derivat. *Pungo*, *Punctus*, *Puncare*, *Puncare*, *Puccare*, *Piccare*, *Piculare*, *Picchiare*. Quis credit? Vide, an potius a Latinorum ave *Picus* vox ista manarit. Hanc *Picchio* nunc Tusci appellant. Notumque est, pulsatione illius rostri arbores perforari. A *Pico Piccare*, & *Piculare*, *Piclare*, *Picchiare*. Aut a *Picken* Germanico, significante *Beccare*. Vide supra vocabulum *Becco*.

E **Piegeria**, Veneta vox. *Fidejussio*, seu

Cautio, nobis *Sicurtà*. A Septentrionali voce *Pleger*, pro aliquo *Spondere*, Hickesius hanc deducit. Haec veri similior origo, quam *Salmasiana*. Quippe *Salmasius* a Latino *Praes*, *Praedis* Gallicum *Pleige*, *Cau-tionem* significans, traxit. A *Pleger* verò *Pleigerie* Gallicum, & *Pleg-ger-y* Anglicum. Vide *Du-Cangium* ad vocem *Plegius*, & *Plegium*. Veneti rursus dicunt *Pizzzo*, quod vocabulum *Menagius* & ipse derivabat a *Praes*, *Praedis*. Sed & istud originis Septentrionalis est.

Pietanza. Portio esculentorum, quae Monachis, aliisve personis ultra panem ad victum datur. Mirum est, quantopere se torserint Eru-diti in hujus vocabuli origine in-vestiganda, quantumque inter se diffideant. Ex Italis *Accarisius*, *Pergaminus*, & alii, tum *Vossius*, *Fureterius*, *Somnerus*, *Menagius*, & alii, a *Piectate* vocem deducunt. *Alciatus*, *Salmasius*, *Maranus*, *Cironius*, *Ferrarius*, aliique a *Pitra-tio* trahunt. A *Pite*, dodrante unciae *Papebrochius*. *Brovverus* i-nepte a *Pitifando*. A *Pitta*, Mo-netâ Comitum *Pictaviensium* *Du-Cangius* eam accersit, quod fercu-lum ad valorem unius *Pittae* dare-tur. Suus honor sit aliorum in hanc rem conjecturis, quibus & meam additam volo. Quidni igitur efformari vox ista potuit ex Italico *Piatto*, *Patinam* significante? Certe apud aliquos Italiae Po-pulos *Piattanza*, non *Pietanza*, ap-pellatur opsonium, sive cibus quo-tidianus, non solùm Monachis, sed famulantibus quibuscumque, ultra panem, & vinum, datus. Singulis enim in una *Patina*, sive *Piatto*, praebebatur sibi portio e-sculentorum, hoc est *Ferculum*.

Florentini nimium saepe A. in E. convertunt, ac proinde *Pietanza* pro *Piattanza* dicere potuerunt. Et quum in Galliam haec vox immi-grarit, Galii *Pitance* nuncupare fortassis coeperunt. Adhuc & An-gli *Pitance* dicunt. Inter hasce sen-tentias Erudici elegant.

B *Pigiare*. *Premere*, *Calcare*. Florenti-norum vox. Non a *Pilare* descen-dit, quod *Ferrarius* opinabatur. *Forse da Pes*, *Pedis*, inquit *Me-nagius*, aut a *Pilum*, idest *Pistil-lum*. Ego non aliunde, quam a Latino *Pisare*, quod etiam *Pinsare* dixerunt, significante *Tundere*, *Cal-care*, esse derivandum Italicum ver-bum *Pigiare*, mihi persuadeo. His-pañis adhuc *Pisar* est *Calcare*. I-dem verò *Pisar* Hispanicum signi-ficat, atque *Pigiare* *Tuscum*. Ei-sdem Hispanis *Pison* est idem ac *Malleus ligneus*, quo pavimentum calcatur. *Pisare* pro *Calcare* dixisse veteres, docuit ad Festum *Scali-ger*. Et apud Senecam *Pisatio* oc-currit.

C D *Pigliare*. *Accipere*, *Apprehendere*, *Ca-pere*. Obscurâ vocis origo. *Ferra-rius* a *Catio*, *Pio*, *Piglio* enatam putat. Et certe Lombardi *Piare* dicunt, quod *Tusci* *Pigliare*. I-dem *Tusci* nobilem olim *Muti-nensem Piorum Familiam*, *de' Pi-gli*, aut *Pigi*, nuncupare consue-verunt. Attamen quei excidit no-bis prima syllaba verbi *Catio*? *Accipe* & *Menagii* Etymon, de-ducentis hanc vocem a Latino *Pi-lare*, unde *Expilare*, significans per-vim aliquid alicui tollere. Et quam-quam *Pilare* nihil aliud fuerit, ni-si *Pilos* detrabere; latior tamen fuisse videtur illius significatio, unde postea Gallicum *Piller*, idem quod *Expilare*. Vide infra *Scompi-glia-*

gliare. Meliora ego adferre non possum.

Pignatta. *Olla*. Non arbitror impossimum hoc nomen, quod in cacumine, veluti *Pinea*, acutae essent *Ollae*, ut Menagius suspicatus est: quippe *Ollae* orificium apertum, latumque habent, & nequaquam desinunt in acumen. Neque quod *Ollae*, dum in fornace coquuntur, ita dilpositae sint, ut *Pinum* referant, sicuti Ferrarius opinabatur; quum alia quoque fictilia simili ordine componantur in fornacibus. Suspicio potius inditum *Ollae* vocabulum *Pignatta*, quod olim in more esset operculis *Ollarum Pineae* formam imponere. Nunc *Pinea* nux a nobis appellatur *Pigna*, ejusque fructus *Pignuolo*. Ex *Olla* *Pineata* manasse videatur *Pignata*, *Pignatta*.

Piluccare, *Spiluzzicare*. Sensim aliquid carpere, veluti plumas & acaenos uvae. A Latino *Pilus*, *Pilutus*, *Piluticus*, *Piluticare*, Menagius *Piluccare* enatum censuit. E *Pilus*, *Pilutius*, *Expilutiare*, *Spilucciare*, *Spiluzzare*, *Spiluzzicare* idem Scriptor ad vocem *Spiluzzicare* per aliam scalam (multae ei quippe erant ad omne opus) e *Pillo* tamen petitam, ad originem horum verborum nos deduxit. Et sane in iis sentiri vox *Pilos* videtur, quasi sit *Pilos* sensim detrahere. Sed quei ex *Pilus* emerserit *Piluccare*, somniare quidem potes, at certò ostendere non potes. Quare mihi veri videtur similius, ex Germania ad nos venisse hoc verbum. *Pfuchen*, significans *Deplumare*, antiqua & propria est vox illius Linguae. Exciso pro more F. Italice evasit *Pluccare*, *Piluccare*, & addito *Ex* secundum Muti-

A

nensem Dialectum *Spluccare*, & Gallice *Esplucher*. Nicotius ab *Explicare*, Menagius ab *Expellicare* suum *Esplucher* traxerunt. Neque vedit Menagius, idem esse Italicum *Piluccare*, *Spiluzzicare*, & Gallicum *Esplucher*.

B

Pipistrello. *Vispistrello*. *Vespertilio*. Non Ferrario deducenti hoc nomen a *sonitus stridulo*, sed Menagio assentior, censenti, nomen ipsum Latinorum immutatum esse in hoc vocabulum, e quibus primum est usitatus. Illius mentionem feci, ut sentiat Lector, quousque sensim *Populus* corrumpendo antiquas voces, eas e prima sua structura deflectat. Pro *Vespertilio* invaluit *Vispistrello*, ac deinde *Pipistrello*. Longius etiam processere Mutinenses, quibus est *Palpastrello*, si tamen adeo dispar vox e *Vespertilio* emerit. Atque heic me mini, Cremonenses lerido nomine uti, appellantes *Vespertilionem* *Sgrignapappola*. *Sgrignare* est dentes ostendere, quibus praeter morem a liarum volucrum armati sunt *Vespertiliones*. In Vocabulario Cruciano praecedentis editionis *Nottola* appellatur *Vespertilio*. Vereor, ne unum ibi pro altero nomen irrepserit. *Nottola* nihil aliud est, nisi *Noctua* Latinorum, nobis *Civetta*.

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

Pizzicare. *Lewiter pungere*. Censuit Menagius, ab ipso *Pungere* per complures mutationes (non raro incredibiles) emersisse tandem *Pizzicare*. At vide supra *Becco*, *Rostrum*. Inde nata vox ista. *Beccare* primò efformatum, deinde *Beccicare* frequentativum pro *Andar Beccando*. Conversum id in *Pizzicare*, ad imitationem avium, quae *Rostro* cibum captitant. Ita pro *Beccare*

care Germani dicunt *Picken*. Omenem verò dubitatiōnem aufert vox *Bezzicare*, quae eodem sensu ac *Beccicare* ab Italī adhibita est, ut multa Vocabularii Florentini exempla produnt. Atque hinc prodidit *Pizzico*, *Pizzicotto*, qua voce utimur, quum summis digitis auferimus e massa aliqua modicum farinae, milii, rerumque similiūm, ad instar volucrum captantium rostro cibum. Aut quum summis duobus digitis quisquam pellem alterius subito compressionis iestu premit, quod & aves rostro facere quandoque consuescunt. Est & verbum *Pitzen* aliquibus Germaniae Populis, significans *Pizzicare*.

Poltrone. *Ignavus*, *Iners*. Multus est Menagius in expiscanda istius vocis origine. Savaro, Lindembrogius, & Salmasius a *Pollice truncato*; Ferrarius, Vossius, & alii, a *Murcus*; Alumnus, Galesinius, Landinus, Tassonius, aliique, a *Poltro*, significante *Lectum*, vocabulum *Poltrone* derivant. Menagio tandem quum minime certum videatur, che *Poltro* significhi *Lotto*, in mentem venit, arcessendum esse *Poltrone* a *Pullus*, *Pullitus* &c. Habeat ille sibi opinionem suam, quam aegre cuiquam persuadeat. Italī adhaereo ego, derivantibus *Poltrone* & *Poltrire* a *Poltro*, idest *Lecto*: quam vocem Germanica Lingua nobis suppeditavit. Est enim Germanis *Polster*, *Coltre*, *Guanciale*, *Piumaccio*. Hinc *Polstro*, *Poltro* efformatum plane videtur. *Poltrire* nihil aliud est, quam *Stare troppo in Letto*, sive *nelle Piume*, aut *sotto le Coltri*.

Pontare. *Vim facere*, seu *Niti in aliiquid*. Aut a *Pultare*, aut a *Fultus* Menagius: ab *Impingere* Ferrarius

A traxerunt. Nihil horum probes. Hisce conjecturis & meam, quaecumque sit, addere liceat. A *Ponte* fortasse vox emanavit. Pons enim ex utraque parte vim facit, ac ntitur in ripas. Metaphorice autem translata videtur Pontis aetio ad hominem Nitentem in alterum hominem, aut in alteram rem, quam retinere aut repellere conatur. Tunc enim ad morem Pontis pedibus & manibus se componit, & contra Nititur. Aut a *Punta* venit, nam dicimus etiam *Puntare*, & Galli *Pointer* ajunt. Et tunc ab iis, qui Acumine gladii in hostem Nituntur, derivata vox fortasse fuerit.

C *Posticcio*. *Fictus*; ut *Capilli*, & *barba*, *posticci*. Ab *Imponere* est *impisiicius*, hoc est *Fictus*, non naturalis. Hinc *Posticcio*.

Pozza. *Lacuna*. Vide subsequentem vocem.

D *Pozzanghera*. *Lacuna* praeſertim in viis, aquam continens. A *Fovea* Ferrarius deduxit, cui nemo subscriptabat. A *Pozzo*, *Pozza*, *Pozzanghera* Menagius, qui adhuc interrogandus est, cur *anghera* additum fuerit. E Latinorum *Puteus* efformatum quidem fuit nostrum *Pozzo*. At *Pozza*, significans *Lacunam*, sive locum in superficie aliqua concavum, in quo aqua, aut alias liquor consistat, utpote diversae significationis a *Pozzo*, aliam habuisse originem mihi creditur, hoc est Germanicam. Nam Germanis *Pozzo* appellatur *Sodbrunne*. Quum verò *Lacunam*, seu *locum*, *ubi aqua stat*, designare volunt, dicunt *Pfutze*, seu *Pforze* feminini generis. Nomen hoc, abjecto *F.* euphoniae gratia, nos convertimus in *Pozza*. Germanis quoque est *Geraum*, idest

Latus, Amplius. Num ex ambabus hisce vocibus conjunctis prodiit *Pozzanghera?* Dissimulare tamen nolo, apud vetustissimum Germaniae Poëtam Ofridum occurere *Puzzæ* & *Puzzi* pro *Puteo*.

Predica. *Sacra Concio.* Ex Latino *Praedicare* derivatam hanc vocem omnes norunt. Hujus autem vocabuli mentionem tantummodo in eum finem facio, ut *Lectorem moneam*, in nuper laudati Ofridi Germanici Poëtae, qui Saeculo Christi nono floruit, Poëmatis occurere eo sensu *Predica*.

Pretto. *Purus, Merus.* Corbinellius, Menagius, & Carolus Dati censem, e *Puretto*, (diminutivo adjectivi *Puro*) per syncopen evasisse. *Pretto.* Eorum opinioni honor habendus. Attamen, quum nullum, ut puto, simile exemplum Tusci proferre possint, neque appareat, cur *Puretto* heic locum habuerit, quum *Puro* potius adhibendum foret, supervacaneum non sit mone-re, inter antiquissimas Germaniae voces numerari *Preb*, *Biecht*, significans *Purum*, *Generosum*, *Elatum*, *Praestans*, *Nobile*: ita ut a vero non abhorreat, *Vinum merum*, ab ipsis olim appellatum *Wein Preb*, peperisse in Italia *Vino Pretto*.

Prigione. *Carcer, & in Carcere inclusus.* Menagius a *Prendo*, *Prisum*, *Prisum*, *Prisio*, *Prisonis*, trahit *Prigione*. Prima facie videatur certa haec origo. Verum postquam Olaus Verelius & Hickelius, Linguarum Septentrionalium scientissimi, me docuerunt, veteris Linguae Gothicæ fuisse *Prisund*, quod exemplis de promtis e vetustissimis MS is confirmant, nostrum *Prigione* a Borealis potius, quam a Latinis accepisse videmur. Anglo-

A

Saxones quoque *Prisum* *Caeceiem* appellantur. Borellus Gallicum *Prison* ex Italico *Prigione* defumtum censuit. Et certe, nisi Franci ex Germania in Galliam attulerint, Italica vox eo immigrarit. An verò Septentrionales Populi a Latino *Prebendo* suum *Prisund* traxerint, quis quaeſo decernat?

B

Prode. *Srenus.* Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

C

Putto. *Puer.* *Putta,* *Puella.* Venetorum, Mutinensium, aliorumque Populorum voces sunt. Tuscis quoque olim *Putto* *Puer* fuit, uti exempla in Vocabulario Criscano congregata ostendunt. Quibus adde Fratrem *Jacoponum Tudertinum*, qui ante quadringentos & ultra annos canebat Lib. 6. Cantic. 23.

D

*Di niente fece il tutto
Chi per noi già si fe' Putto.*

E

Putta olim *Tuscis Meretricem* significabat. Nescio num & adhuc id sonet. In Annalibus Caffari Tom. VI. Rer. Italicar. pag. 304. ad Annum Christi MCLXV. ajebant Pisani: *Fili de male Putte.* Nunc apud plerosque Populos in usu est antiquum vocabulum *Puttana*, *Meretrice*. Si Menagio fides, ex Latino *Putus*, significante *Parvulum* venit *Putto*. Laudat ille Glossas, in quibus *Putus* est *Mixpós*, idest *Parvulus*. Sed incertum est, quo tempore Glossae illae scriptae fuerint; ibique pura nomina Italicae Linguae occurunt, Graece redita. Josephus quoque Scaliger visus est sibi reperiſe *Putam*, aut *Putillam* in Satyr. 3. Lib. 2. Horatii. Sed non una est loci illius lectio. Ego apud Latinos non invenio, nisi *Purum Putum*, verbi gratia *Aurum*, ubi

ubi *Putum* certe *Parvulum* non est. Quare donec certiora documenta adferantur, juvat suspendere judicium de origine vocis hujus. Hicesius autem animadvertisit, adhuc appellari ab Islandis *Putum*, *Mericem*.

Q

Qua e là. Hu: & illuc. Menagii sententia est, ab Eccum Hac, Ec-
co Hac, Coac, Quoa effluxisse Qua:
& ex Illac efformatum Là. Hario-
lari heic & mihi liceat. Mos an-
tiquorum fuit dicere in Hac-ce par-
te, & illa, sive de Hac-ce parte &
illa. Fortasse pro Hac-ce nonnulli
ex Italiae Populis dicere coeperunt
de Hac-ca parte, & abjecta primâ

A

syllabâ, ac omisso vocabulo eodem
parte dixerunt *de ca*, uti pronun-
tiant Neapolitani, aut *di qua*, ut
ajunt Tusci. At Lombardi mollius
pronuntiarunt hanc vocem, pro
Hac-ce dicendo *Hac-za*, & deinde
za: quod ipsum Gallica Lingua
fecit. Ita ex *Illa*, scilicet *parte*,
efformatum fuit *Là*, syllabâ primâ
neglectâ. Attamen vide, quae su-
pra adnotavi ad vocem *Coloro*. In-
terea exemplum utriusque vocis,
nempe *Zà* & *Là*, praebebit Char-
ta Mediolanensis, quam autogra-
pham vide in Tabulario insignis
Monasterii Ambrosiani. Ibi Anno
MCLIII. occurrit nobis a XL. An-
ni in *Zà*, a XXV. in *Là*; & a L.
Annis in *Zà*, & a XXX. in *Là*.
Chartam ipsam accipe.

B

C

Sententia Oberti Mediolanensis Archiepiscopi in controversia de Ho-
spitali Sancti Ambrosii, agitatâ inter Abbatem Sancti Ambrosii,
& Fratres ejusdem Hospitalis, Anno Christi 1153.

Recordatio sententiae, quae data est
a Domno Oberto Sanctae Medi-
olanensis Ecclesiae venerabili Ar-
chiepiscopo super controversia, que in-
ter Johannem Monasterii Sancti Am-
brosii Abbatem, & Fratres Hospi-
talis, quod Hospitale Sancti Ambrosii di-
citur, agitabatur. Controversia autem
hic erat. Praedictus siquidem Abbas di-
cebat, ipsum Hospitale esse de Parochia
Ecclesie Sancti Michaëlis, & per ipsam
Ecclesiam, quae Capella est Monasterii
Beati Ambrosii; ad se pertinere, at-
que in ipso Hospitali, tamquam in sua
Parochia, per Capellanos ipsius Eccle-
sie Sancti Michaëlis per quadraginta an-
nos & ultra jus Parochiale libere e-
xercuisse visitando, sepelliendo, & post
exequias mortuerum aquam benedictam,

D

& in Vigiliis Natalis Domini aquam
benedictam & incensum in eodem Ho-
spitale portando, & alia, quae ad jus
spectant Parochiale exercendo. Ad que
vera esse monstranda plures testes idem
Abbas produxit. Econtra praescripti Fra-
tres respondebant, dicentes, prefatum Ho-
spitale nec esse de Parochia Ecclesie San-
cti Michaëlis, nec ad Abbatem Sancti
Ambrosii pertinere: ita quod in eo per
se, vel per suum Capellatum aliquod
debeat divinum exercere officium; sed
affirmabant, se liberam habere potesta-
rem requiriendi Sacerdotem, undeunque
vellent, qui in celebrandis divinis offi-
ciis ei serviret. Ad quod probandum
quosdam adduxerunt testes. Quibus ita
auditis & diligenter inquisitis Dominus
Obertus Archiepiscopus, communicare cum
fratri-

E

fratribus suis & aliis Sapientibus viris A consilio, hanc promulgavit sententiam, inquiens: Si quinque ex testibus, qui a parte sepedicti Abbatis produeti sunt, videlicet Philippus Monachus Monasterii Sancti Laurentii Nova riensis, & Landus, & Henricus de Magezate, & Milo & Rogerius de Fabrica, prestito juramento, quod testati sunt, verum esse affirmaverint, & ipse Abbas per suum Advocatum juraverit, quod memoratum Hospitalis est de Parochia Ecclesie Sancti Michaëlis, jus Parochiale Ecclesie Hospitalis eidem Ecclesie Sancti Michaëlis adjudicamus. Ibi autem statim in presentiarum & Abbati & testibus juramenta, sicut in sententia dictum fuerat, facere paratis a Fratribus ipsius Hospitalis fuerunt remissa. Et sic finita est Causa. Testium autem testimonium hoc est:

Philippus Monachus dixit: Ego steri in Monasterio Sancti Ambrosii tempore Abbatis Jobannis, scilicet Guazina. Et vidi Dominum Albertum de Incino, qui serviebat Capellam Sancti Michaëlis, servire Hospitalis Sancti Ambrosii per visitationem & sepellitionem & incensum in Vigiliis Nativitatis Domini, & sepellitionem & aquam benedictam post sepellitionem. Et quando non aderat, serviebat pro eo aut Dominus Obertus, aut Dominus Petrus de Cistellago, vel Presbyter Ariprandus de Santo Vitali, vel Presbyter Machagnus de Santo Martino. per invitationem Monachorum Sancti Ambrosii. Et hoc vidi per Annos octo & plus a terraemotu infra, & a decem Annis in là.

Milo dixit: Ego scio, quod eram Major in Scola Sancte Ceciliae; & quidam homo de Hospitali nobiscum erat in ea Scola. Quo mortuo, diximus Guilielmo de Moneta, qui erat Major in Hospitali: Si vultis sepellire eum ad Sanctum Michaëlem, dabimus vobis cilicium. &

Tom. VI.

candelas Monachis Sancti Victoris. Et ipse dixit: Sepellite eum apud Sanctum Victorem. Et nos ivimus, & invitavimus Monachos Sancti Victoris. Et ipsi dixerunt, quod non venirent sine Capellano Hospitalis. Et affuit Capellanus Presbyter Petrus de Incino. Et hoc fuit a dubius Annis in Zà, & a Mense in Là. Et mecum erat Rogerius de Fabrica.

Rogerius de Fabrica dixit idem, excepto, quod non dixit, quod prius ivissent ad Dominum Hospitalis, & requisiissent ab eo, si vellet sepellire apud Sanctum Michaëlem, & quod promisissent cilicium, & alia. Hec non dixit: sed dixit, quod invitaverunt Abbatem & Monachos; & post quesierunt Capellatum, & habuerunt Presbyterum Petrum, & cetera sicut Milo.

Lando dixit: Ego vidi Dominum Nazarium Rembaldo bis, & plus, portare incensum in Hospitali in Vigiliis Natalis; & Dominum Aripertum de Bargatio similiter ter portare incensum; & Dominum Albertum de Incino quater id facere. Et hoc faciebant ex parte Monasterii. Et vidi eosdem Sacerdotes sepellire mortuos Hospitalis apud Sanctum Michaëlem. Sed nescivit dicere quos. Et hoc fuit a XL. Annis in Zà, a XXV. in Là.

Enricus de Magizate dixit idem quod Lando, a L. Annis in Zà, & a XXX. in Là.

Data est haec sententia Anno Domini nunc Incarnationis Millesimo Centesimo Quinquagesimo Tercio, Mense Februario, Indicione Prima.

Ego Obertus me hic p. p. subscripsi.

Ego Galdinus Archidiaconus subscripsi.

Ego Obitius Archipresbyter subscripsi.

Ego Guifredus Presbyter subscripsi.

Ego Milo Presbyter subscripsi & interfui.

Ego Johannes Presbyter subscripsi.

N a n

Ego

- Ego Stefanus Primicerius subscripti
et interfui.
- Ego Ardericus Primicerius Notario-
rum interfui et subscripti.
- Ego Anselmus indignus Diaconus in-
terfui et subscripti.
- Ego Adelardus Diaconus subscripti.
- Ego Algisius Diaconus interfui et
subscripti.
- Ego Jordanus Diaconus interfui et
subscripti.
- Ego Wilielmus Diaconus subscripti.
- Ego Gualterius Subdiaconus subscripti.
- Ego Presbyter Subdiaconus subscripti.

Pendet haec Bulla cerea.



Quagliare. Nulla dubitatio est, quin
sit ipsum *Coagulare* Latinum, uti
Squagliare, *Excoagulare*.

Qualche. *Aliquis*. Si sciscitaris, quae
sit hujus pronominis origo, Me-
nagijs e vestigio respondet: *Dal*
*latino Qualisque detto per Qualiscum-
que*. At *Qualisque* somniata vox
est, neque Latinis, aut Barbaris
nota, nedum usurpata. *Praeterea*
pro *Qualiscumque* nos dicimus *Qua-*

A

lunque, non *Qualche*. Denique al-
lia est significatio pronominis Ita-
lici *Qualche*, & Latini *Qualiscum-
que*. Gallicae quoque Linguae est
Quelque. Num ex *Aliquis*, aut *A-
liquae*, enatum *Qualche*, subtraecto
videlicet *I.* & praeposito *QVI*. Aut
QVAE: quod in aliis pronomini-
bus factum videtur? Ubi forte
Majores nostri dixissent *Si qua a-
liqua*, ne *qua aliqua*, ridendam
phrasem procul dubio adhibui-
sent, sed non ita peregrinam,
quin cadere in indoctum vulgus
potuerit, ac inde sensim emergere
vocabulum *Qualche*.

Quatto. *Occultus*, & *humi reclinatus*.

B

A: *Quattare* ignoto verbo, aut a
Captare, more aucupum, qui sese
reclinati celant, vocem traxit Me-
nagijs. Neutrū probes, si atten-
te consideres. Arbitror ego, a
Germanico *Wachte*, quod *Excubias*,
nobis *Sentinelle*, significare
dicitur, manasse *Quatto*. Vide in-
ter Langobardicas Legem Centesi-
mam Vigiliam Octavam Caroli
Magni. Ibi *Waetæ* occurunt: quo
nomine designarunt antiqui in in-
sidiis positos; aut ad speculandum
constitutos, an hostis adveniret.
Hinc nostrum *Aguato*. *Waetæ*,
Wagtae, *Gueta*, *Guetta*, *Guaita*,
Gaita, pari sensu occurunt apud
veteres. Ex eo quod ejusmodi spe-
culatores reclinati & occulti in-
tentii essent in hostes, inde *Guao*,
& postea *Quatto* prodierit.
Addo tamen, Mutinensibus esse,
Star Quaccio, idest *Tacere*: *Acqua-
ciarsi*, hoc est, a *loquendo*, seu *vo-
ciferando* desistere. Haec vocabula
ex *Adquietare* se, traxisse videmur.
Est aliquid analogiae inter Tusco-
rum *Quatto* & Mutinensium *Quac-
cio*. Idem Tusci dicunt *Rimbroz-*

C

D

E

*& Rimproccio, Latine Expro-
bratio, Objurgatio.*

Quello. Ille, aut Illud. Si Castelvetrum audimus, compositum fuit Pronomen istud ex Hoc & Illud. Castelveterum sequutus est Cittadinus. Verum Menagius ex Ecco Ille, traxit Quello. Sit laus eorum conjecturis, quibus & meam adjungere liceat. Itaque opinor ego, ex Qui Ille efformatum fuisse pronomen nostrum Quello, quod primum fuerit pronuntiatum per I. Quillo, quemadmodum in Neapolitana Dialecto effertur adhuc per Chillo, ac tandem a nobis conversum exfliterit in Quello. Ita Cittadinus ex Hic Iste deduxit Questo. At mihi veri videtur similius, ex Qui Iste processisse, unde Neapolitani suum Chisto efformarunt, qui & habent Chesso, aut Chisso, uti suspicor ex Qui Ipse. Nostrum quoque Codesto sive Cotesto ex Quod Istud, fuisse deductum videtur. Atque haec dixisse licuerit, dummodo Majores nostri non pronuntiaverint Ille & Iste, quasi cum aspiratione, scilicet Hille, Histe: tunc enim, ut infra dicam, illud H. evasisset CH. Vidi in veterum Codicibus Heos, & His scriptum, non verò Histe, aut Hille.

Qui. Heic, Hoc in loco. Ab Ecco-Hic, Coic, Coi, Qui per consuetas scalas suas descendisse putat Menagius. In re prorsus mihi obscura ut aliquid dicam, vide, an veteres dixisse primo potuerint Hic addito I. nempe Hichi, quod apud Francos evasit Icy. Tum dimisso Hi, retinuerint Chi, uti adhuc Mutinenses pronuntiant; alii verò Italiae Populi converterint Ebi in Qui. Ad vocem Gufo supra

A

ostendi, Germanorum more H. in vocum initio per CH. saepe pronuntiatum fuisse. Germanis est Hi, idem atque Latinorum Heic. Attamen praestat adhuc obscuram vocis originem arbitrari.

B

R *Abbuffare. Vide supra Buffare.
Raccontare. Enarrare. Primitivum hujus verbi est Contare, quod idem significat. Quum Contare significat Enumerare, procul dubio a Latino Computare prodiit. At ubi Narrare: aliam fontem habuisse censendum est. Gallica Lingua usurpat Conter eodem sensu; sed simul habet Conte, quo vocabulo significatur Confictus aliquis casus, sive Fabula. Qui fabulosum quidquam enarrabat, fortasse primo dictus est Conter; ac eadem vox deinde translata ad cuiuscumque rei narrationem. Ita Chance (quod supra vidimus) significans Avvenimento, originem dedit verbo Cianciare. Sed quare Conte appellata a Francis fabulosa narratio? Id mihi ignotum.*

C

Ragazzo. Servus ad vilia ministeria adhibitus. Mirum videatur, quei Menagius tantum suae phantasiae permiserit, ut ex Verna Latino efformatum putarit non solum Garzone, sed & Ragazzo Italicum, & Gallicum Laquais. In ejus sententia confutanda non immorabor. Certi aliquid ne ego quidem heic habeo. Suspiciones tantummodo exeram. Est Graecis Ράχη, Rhaea, vel Raga, significans genus aliquid Vestis vilis, pannosae, seu lacerae, cujus mentio est apud Scriptores Graecos. Honorius Au-

D

E

gustus Anno Christi CCCXCIX. ut est in l. 3. Lib. 14. Tit. 10. Codicis Theodosiani, Edicto usum *Ragarum* interdixit, magnificentiae & decori Urbis consulens. Intra Urbem Romam nemo vel *Ragis*, vel *Tzancis* utatur. Num fieri potuit, ut *Ragatii* appellarentur vilis conditionis homines, quales Servi fuere, quia *Ragis* induit? Habuit & Hebraica, seu Syriaca Lingua vocabulum *Raca*, significans hominem nihil, hominem pauperem & abjectum, Matthaei Cap. 5. vers. 22. Si quis dixerit fratri suo *Raca* &c. Num hinc *Racatii* nuncupati viliores Servi? Adde, Gallicam Linguam, cui est *Racaille*, nobis *Ciurmaggia*, *Feccia del Popolo*. Appellati demum fuere *Ragazzi* etiam *Pueri*, qua ratione videamus, *Servos* olim *Puerorum* nomine compellatos. *Ragaziorum* verò mentio apud veteres praesertim in militia occurrere consuevit. Milites enim (quo nomine tunc designati *Equites*) *Ragazios* secum adducebant, quibus custodiendos & comedendos equos tradere mos fuit; ita ut famuli fuisse videantur, sed vilis conditionis. Dominicus de Gravina in Chronico, Tomo XII. Rer. Italcar. pag. 595. de Hungaris equitibus scribit: Hoc unani- mi deliberato consilio, datis equis eos- sum *Ragaczinis*, unusquisque pedes, evaginatis gladiis, concivibus Civitatis mortem minantur.

Rallegrarsi. *Lactari*, *Exultare*. Ejus origo, *Alacer*, *Alacris*, unde *Alle- gro*, & addito *R.* inde *Ralle- grarsi*.

Ramingo. *Solitarius*, *Vagus*, *Prosculus*. De avibus rapacibus haec tradit *Crescentius*, uti animadverterunt *Academici* *Cruscani* in *Vocabula-*

A

B

C

D

E

rio: Quello, che di nido uscito, di ramo in ramo va seguitando la madre, e si chiama *Ramingo*, è migliore. Similitudinis causa putant iidem *Academici* appellatum *Ramingo*, quegli, che va per Mondo errando. Etymon hoc arripuit Menagius, illudque & ego lubens laudo. Attamen quum vix ulla intercedat similitudo inter hominem *Prosculum* per orbem, seu *Solitarium*, & avem di palo in frasca, uti dicere solemus, volantem: quum quilibet etiam hominem gradiens, de loco in locum moveatur, neque propterea quilibet *Ramingo* appelletur: dubitandi locus superest, an potius ab *Eremus* *Eremingo* emersisse potuerit, quod postea *Ramingo* evaserit. Nam quod *Ra*, & non *Re* occurrat heic, nihil obstare videtur, quum & ex *Eremita* efformatum fuerit *Romito*. Ita ex Graeco Χελώνη non immerito prodiisse creditur Lombardicum nostrum *Galanā*, *Testudinem* significans, ubi vides Cbe in Ga fuisse conversum. Ut verò ex *Solus* efformatum fuit *Solingo*, ita ex *Eremus* efformari potuit *Ramingo*. Exemplum etiam a Vocabulario ipso della Crusca suppeditatur: Perchè stai tu così *Ramingo* nella Strada? Idest tam *Solus*, tam *Solitarius*. Sit conjecturae forsitan audaci venia. Mutinensis dialectus habet *Andare a smarengo* pari ferme sensu atque *Andare ramingo*. Num ut in aliis vocibus factum est pro *Smaringo* *Tusci* dixerint *Ramingo*?

Rampicone. *Harpago*. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Rampino. *Uncinus*. Vide candem Dissertationem.

Rampognare. *Conviciari*, *Scruter* Arguere,

guere, Objurgare. Suspiciatur Menagius, a *Reimpugnare* deductum fuisse hoc verbum. Sed *Rimpugnare* inde emersisset. Neque *Reimpugnare* praebet speciem germanam significationis Italici verbi *Rampognare*. Ego metaphoricum vocabulum suspicor a *Rampone* profectum (*Uncum* dixerunt Latini, sive *Harpagonem*), quasi dure objurgantes aliquem, verbis eum lacerarent aculeatis ac retortis, more Uncorum. Sic Latinis in usu fuit *Lacerare maledictis*; & Galli habent *Estriver, Staffilare*, scilicet contumeliosis verbis. In hujusmodi suspicione me confirmat Guilielmus Malmesburiensis Histor. Lib. 6. quo teste Guilielmus II. Angliae Rex in iras erupit, quod Helias Cenomannensis Comes captus temeraria verba sibi in faciem expromeret. Tunc Willielmus prae fure sere extra se positus, & Obuncans (idest, ut mihi videtur, *Rampognando*) Heliam: *Tu, inquit, nebulo, tu quid faceres?* Idem Lib. 3. de Hildebrando Archidiacono, qui postea Sedem Romanam sanctissime tenuit sub nomine Gregorii VII. haec habet: *Archidiaconus a longe clamans, & Abbatem Obuncans:* *Tu tu, inquit, male cogitasti.* In antiquis Glossis ab Ecclardo editis Tom. I. Histor. Franc. Orientalis, legitur *Obuncus, Objurgo*. Itaque omnino verisimile est, ut illi ab *Unco*, *Obuncare* traxerunt, ita & nos a *Rampone* Italico, significante *Uncum*, deduxisse nostrum *Rampognare*, quasi *Stracciare con parole pungenti*.

Rampollo. *Germen, Surculus.* A Latino *Repullulare*, sive *Reinpullulare* efformatum fuit. Aut a *Ramus* & *Pullulo*.

A *Randa.* Vide vocem sequentem.
Randello. *Brevis baculus saepe in arcum inclinans*, quo funes ad jumentorum sarcinas stringuntur. Innepte Ferrarius a *Rastrum* derivavit. *Forse da Ramus*, Menagius ait, *Ramidus, Rambdus, Randus, Randellus, Randello*. Et sane a Mutinensibus *Ramulus* appellatur *Randello*. Attamen Menagianum Eymon abisciendum est, ac potius deducenda vox e *Rand* Germanicae Linguae, significante *Gyrum, Circulum*, uti & *Orlo, Margine*. Dicimus *la Randa di un volto, di un arco*. Et Artificibus quibusdam apud nos instrumentum est, *Randa* nuncupatum, quo utuntur ad designandum Circulum in rotis, dolis &c. Propterea enatum vocabulum *Randello* videtur, non ut significetur *Ramus*, sed quidem ut indicetur aut ejus figura, aut actio, qua gyrando stringuntur funes ad clitellas, hoc est, circumvolvendo frustulum baculi curvati. Vide Tuscorum vocem *Randagio*, quae significat hominem aut bestiam libenter vagantem. A *Gyro* & ipsa descendit. Dicimus enim *Girar pel Mondo, Girar pe' campi* &c. Mutinenses pro *Randello* dicunt *Rondanello*. Apud Damtem occurrit *a Randa, a Randa*, & significat quod nuper innui a Germanis usurpatum, nempe *Orlo, Margine*, non *Vix*, sive *Appena*, uti Bembus censuit. Potius *Rafente*, uti Castelvetrus est interpretatus. In brevi Chronico Pisano, quod in Collectionem Rer. Ital. intuli, legitur *alla Randa del giorno*, idest *allo spuntare*, sive metaphorice *sull' orlo del giorno*.
Rannicchiarsi. *Contrabere se; Raggrupparsi.* A *Nicchio*, significante *Concham*,

cham, sive *testans* Ostreorum, derivavit Menagius. Atque ejusmodi origini acquiescendum puto. Attamen quum *Concha*, sive *testa* proprie non sese contrahat, liceat addere, perpendendum supereffe, num potius ex *Rana*, & barbaro-Latino *Ranicula*, efformari potuerit *Raniculare*, *Ranicchiare*: neque enim geminum *N.* obstat. Saepe Florentini literas geminant, contemtâ origine vocis, ut suam pronuntiationem exprimant. Profectò viideas, *Ranas* contrahere suos pedes ad corpus; atque illud *Ra* hujusmodi conjecturæ favet.

Rantolo. *Catarrhus* in uvulam (unde Italicum *Ugola*) cadens, ex quo impeditur vox. Ita definiunt vocabulum istud Auctores Vocabularii Florentini. Mihi potius creditur ita appellatus sonus quidam, seu sibilus, e gutture, sive ex uvula, quam catarrhus obsidet, prodiens, dum spiritus attrahitur. Hunc sonum vel inviti emittunt, qui ab ejusmodi catarro vexantur, etiam si minime loquantur. *Asperitas* *auimae* eadem significatione apud Plinium seniorem occurrit. *Bράγχος* autem, sive *Branchus*, appellata est a Graecis *Raucedo*. Menagius, cui nihil difficile, a *Branchus*, *Brantus*, *Brantulus*, *Rantulus*, hac scilicet scalâ *Rantolo* deducit, ac subdit: Ne viene al sicuro; tanta est confidentia hominis. Apage. Mihi vocis hujus ignota origo, nisi quod monendus est Lector, Mutinensisibus esse *Ranticā*, idem quod Florentinis *Rantolo*. Senensisibus quoque est *Rantaco*, atque ab iis una *vecchia Rantacosa* dicitur, quae Florentinis foret *Rantolosa*. Num ergo *Ranticā* appellari potuit hic sonus, quasi vox *Errantica*?

A *Rascia*. Species panni lanei. Menagius inquit: *Credo da Rasum*, *Rascum*, *Rasicum*, *Rascium*. Ne credere. E loco, seu regione, ubi fabricabatur tela haec, nomen ipsa sumfit: quod de tot aliis pannis ac telis factum novimus. *Rasciae* Regnum celebre est in Historia medii aevi. Nunc appellatur *la Servia*, & Populi nomen retinent, *Rasciani* nempe appellati.

Raspere. *Unguis terram scalpere*. Non incongrue Menagius a Latino *Ruspari*, vocabulum deductum putat. In hac Etymologia adferenda praecesserat Franciscus Junius in Notis ad Tertullianum. Neque inficiias ierim, quin *Raspere* reddi Latinè possit *Ruspari*, sed metaphorice loquendo. Nihil enim aliud est *Ruspari*, Nonio teste, nisi *Scutari*, sive *crebro quaerere*. Attamen quum nos Mutinenses *Ruspare* & *Raspere* diversâ significatione habeamus, opinor propterea, verbum *Raspere* manasse e Germanica voce *Raspel*, significante *una Raspā*, sive ferrum, quo superficies rerum abraditur. Apud varios artifices in Italia hoc idem nomen retinet. Quod quum faciant equi terram pedibus contundendo, & gallinae unguibus tellurem lacerando, propterea nobis *Raspere* dicuntur, & Germanis *Raspen*. Dicimus & *Rascare* nos Lombardi, Tusci verò *Rasciare*. Mutinenses praeterea habent *Razzare*, Tusci *Razzolare*. Primum est artificum *Raspā* utensium, alterum gallinarum. Quod est ad *Rasciare*, Gallis quoque est *Ratler* (fortassis olim *Rasler*) sed nescio, illi-ne a nobis, an nos ab illis acceperimus. Fureterio Celtica vox creditur, significans *Raspe*. Anglis idem est *to Rake*, ac nobis

nobis *Raschiare*, & Gallis *Racler*. A *A Raschiare* efformatum *Raschiare* frequentativum, quod in *Razolare* evasit.

Rattizzare. Resarcire. A Graeco Ράπτειν descendere nequit, uti Monosinius opinabatur. A *Toppa*, significante frustum panni, quod insuitur vestibus attritis, vocem derivavit Menagius, qui & addit, pro *Stoppa* dici a nobis *Toppa*: onde *Stoppare*. Sed falsum est, Italos unquam adhibuisse *Toppa* pro *Stupa*. Diversum quoque O. in *Toppa* & *Stoppa*, diversam originem indicat. Subdit Menagius: *Da Rattizzare vogliono alcuni, sia formato il Francese Radouber.* Sed mirari possis, eruditum adeo virum nihil ex ista luce profecisse. Gallicum *Radouber* est purum putum *Re-Adouber*. *A douber* verò est nostrum *Adobare*, de qua voce egi in Dissertatione LIII. de institut. Milit. Florentini nunc scribunt *Addobbare*: at olim scribebatur *Adobare*. Porro idem erat *Adobare* una casa, una nave, atque domum vel navim rebus omnibus necessariis ac opportunis instruere. Si male habebatur exempli causā Navis a procellis, a proeliis, tunc necesse erat ipsam *Re-Adobare*, sive *Resarcire*. Nihil autem aliud videtur *Rattizzare*, verbum Florentinum (a Lombardis neutiquam, ut puto, usurpatum) nisi idem *Re-Adobare*, more Teutonum pronuntiatum: nam ii D. convertunt in T. & B. in P. Atque inde apud paucos e vulgo Florentino invaluit *Toppa* pro fragmanto panni ad resarcendas vestes. Est etiam Mutinensibus *Toppare*, significans *Verberare*, & Menar la *Toppa*. Quod nescio, ortum-ne fuerit e sono verberum, quem dici-

A

mus *Tip-Top*, an potius e Germanico *Toben*, significante *Furere*, *Sævire*.

Ravanello. Raphanus. Nescio, quid sibi velit Menagius, quum nobis hoc Etymon venditat. *Ravus*, *Rava*, *Ravanus*, *Ravanellus*. Nostrum *Ravanello* est ipissimum antiquorum *Raphanus*, diminutive usurpatus. *Ravus* est *Obrisus*, nihilque rei habet cum Latino seu Graeco *Raphanus*.

Regalo. Donum. Fureterius aut ab Hispanico *Regalo*, aut a Latino *Regalis* profectam hanc vocem putat. Illud certum est, tum Italos tum Francos, Hispanos quoque, & Germanos vocabulo isto uti. Itaque videndum, num Germania tot alliarum vocum mater, quae per Occidentem effusae sunt, hanc etiam nobis dederit. Apud veteres Italos exemplum hujus vocabuli nondum offendit, ita ut seriùs ad nos venisse videatur.

Rematico. In Vocabulario Florentino, quid vox ista significet hisce verbis explicatur: *Rematio* in vece di *Aromatico*. *L'usiamo per fastidioso e fantastico*. *Difficilis*. Vereor, ut vim vocabuli fuerint assequuti doctissimi Scriptores. Cose *Rematiche*, affare *Rematico*, azione, o roba *Rematica* nos dicimus: idest rem, negotium, astumve, qui si audiatur, horrorem excitet, aut si agatur, gravi poenâ sit dignus. Mutinensis vulgi Dialetus reapse concors est cum opinantibus, *Rematico* idem esse atque *Aromatico*. Dicimus enim *Roba Romatica*. Sed non eam esse veram originem vocis mihi persuadeo, quum *Rematico*, non *Romatico* meliores dicant. Praeterea vocabulo isto designare quodammodo volumus rem foetentem:

E

quod

quod certe proprium non est *Aromatum*. Davanzatus a *Rheuma Graeco* vocem emersisse censuit, quasi res ingratae *Catarrbum*, moveant. Quod Etymon uti nimis longe conquisitum nemo amplectatur. Mihi veri videtur similius a *Remo* deductum fuisse *Rematico*. Scilicet quum dicimus *Roba Rematica*, significare est animus *Cosa*, *Roba da Remo*, idest quae si fieret, aut vulgariter, gravis alicujus criminis reum quempiam proderet. Uno verbo, significare videtur facinus, *Remo*, idest *Triremis* poena dignum. Exemplum hoc adferunt Florentini e Ciriffo Calvaneo.

E portan bastonacci assai Rematici;

idest similes *Remo*.

Ribaldo. Vide Dissertationem XXVI. de Militia.

Ribaltare. Vocabularii Florentini Autores hanc vocem fortasse non satis accurate interpretati sunt; *Dar la volta*, *Mandar sossopra*. A *Volta* *Voltare*, *Rivoltare*, *Riboltare*, *Ribaltare*: ita ejus originem nobis exhibit Menagius. Tum subdit: *Ovvero da Altum*. *Più m'aggrada la prima opinione*. Postrema tamen unice vera. Itaque origo vocis est *Ab Alto*, addito *Re*, sive *Ri* in principio, quod & in compluribus aliis vocabulis Lingua nostra facere consuevit. Uti Latina Lingua ab *Ex Alto* peperit *Exaltare*, ita & *Ab Alto* Italica genuit *Ribaltare*, sicuti ex *A Basso* depromsit *Abbassare*. Quotiescumque ergo *Ab Alto* aliquid praeceps agitur, aut effunditur, tunc verbo *Ribaltare* utimur, utri *Ribaltare un vaso d' acqua*, *Ribaltare una Carrozza &c.* Atque hinc *Ribalta*, fenestra scili-

A cet lignea, quae *Ab Alto* descendit, superiori parte suis cardinibus haerens, & inferiori mobilis.

Ribrezzo. Subitus horror corporis. Multis verbis fortasse nihil nos docuit Menagius, dum opinatus est, a *Reprimere*, *Repressum*, *Repressicum*, *Reprezzo*, *Riprezzo*, descendisse *Ribrezzo*. Illum, si imitari vellem, dicerem & ego, ab *Reobrigere* & *Reobrigecium* breviato efformatum fuisse *Ribrezzo*, quum proprie *Obrigere*, non *Reprimere*, ea vox significet. Sed satius duco, ignotam adhuc fareri mihi originem vocis.

Rigattiere. *Propola.* Ferrarius a *Reapptare* derivat hanc vocem. Menagius a *Regratarius*, Latino-barbaro vocabulo. Sed cur *Regratarii* appellati *Propolae?* Quod (subdit *idem Menagius*) *rigattando le robe vecchie, le abbellscono, e fante quasi parer nuove*. Neque diversa mens Du-Cangio, *Corradere* designatum putat a *Regratarare*. Sed aliud quāma *Grattare*, seu *Radere*, opus est ad reconcinnanda vetera vestimenta. Quare aut amplectenda Ferrarii sententia, aut mea, opinantis videlicet, *Regratarios* inde nuncupatos fuisse, quod recrearent, seu resarcirent vestes, a se emtas, ut pluris venderent. Hinc *Recretarii* dicti, & denique *Regratarii*. Florentiae *Rigattieri* dicuntur, qui redimunt, ac rursus venum exponunt non tantūm vestimenta, sed & cetera appellata *Massarizzie usate*. Latius etiam vox usurpata fuit interdum, hoc est propagata ad emtores *victualium*. In *Charta Ludovici VII. Regis Galliae*, Anno Christi MCLXXVIII. scriptum est: *Regratarii non emant victualia infra Banlivam*. Amicus olim meus *Ubertus Benvoglientus*, *Patricius Senensis*,

nensis; mihi ob raram eruditionem, etiam si e vivis sublatus, temperum *veneratione* memorandus, in literis ad me datis, vocem *Rigattiere* arcessendam putabat e vocabulo *Raccatto*, idest vestimentis veteribus recuperatis si e receptis ut reconcinnentur; dictumque primo *Raccattiere*, ac deinde *Rigattiere*, ea ipsa ratione, qua *Banchiere*, *Argentiere*, *Droggiere*, *Dappiere* &c. Senenses mutato *R.* in *L.* dixerunt *Ligrattiere*. Et sane laudanda Ben voglienti conjectura, quum Mediolani adhuc *Recattoni* vocentur, qui vietualia, resque alias emunt, ut cariori iterum vendant. Ii ab Hispanis, quibus *Recaton* & *Regaton*, idem significant, hanc vocem mutuati sunt. Nos Mutinenses nuncupamus *Rivenderuoli*. Quod ubi statuas, origo vocis erit ab *Re-Accattare*, idest *Rursus Emere*, Gallis *Re-acheter*. Censet autem Menagius, che i Fransesi non han preso altronde il loro Acheter, che vale *Emere*, che da *Accattare*, Italico nempe verbo, quod is ab *Accapiare* Latino deducit. Et revera adhuc in Sicilia ac Regno Neapolitano. *Accattare*, idem est ac *Emere*. Utrum verò Neapolitani a Gallis, an Galli ab istis hoc verbum acceperint, incertum est. Nam Tusci *Accattare* eo sensu in usu esse non video, sed pro *emendicare panem*. Et Mutinenses *Accattare* adhibent pro *Invenire*. Verum si *Rigattiere* a *Re-Acheter*, seu *Re-Accattare* derivatum velimus, *Rebatarius* aut *Raccattarius* efformatum fuisset, non verò Latinum *Regrattarius*, neque Gallicum *Regrattier*, neque Anglicum *Re-grater*.

Rimbeccare. *Repercutere*. Mutinensis *Rebecare*. Nulla mihi dubitatio,

Tom. VI.

A

qui e *Becco*, scilicet *Rostro*, & ex *Beccare*, idest *Percutere Rostro*, addito *Re*, vel *Re* & *In*, efformari potuerit. hoc verbum. Attamen vidi, qui de Conviciis agunt, uti eodem verbo ad significandum *Regerere* alicui *injuriam*: quo sensu videtur natum e *Becco* significante *Hircum*; quod gravi probro sibi ducunt viri, praesertim conjugati. Vide supra vocabula *Briccone* & *Dileggiare*.

B

Rimbrotto. *Exprobratio*. *Rimbrottare*. *Exprobrire*. Florentinorum vox. Fuerunt & qui *Rimproccio* & *Rimprocciare* dixerunt, idem atque *Rimbrotto*. Quare agnoscas, ejusmodi voces e Gallico *Reprocher* in aliquot Scriptorum Tuscorum officinam migrasse.

C

Rimproverare. *Beneficia Exprobrire*. Ut omnes norunt a *Reimproperare* descendit hoc verbum. Id commemo ro, ut noscas *P.* in *V.* consonans quandoque immutatum, quod & in verbo *Sceverare* factum fuit, efformato e *Separare*. Ita pro *Saperre* est in nobis. *Savere*.

D

Rincrescere. *Pigere*; *Toedere*; *Molestem* esse. Non lab: *Re* & *Increscere* Latinorum venit; uti arbitrabatur Menagius: poscit enim ab hoc verbo aliquod nomen, ut sensum pariat. Neque ab *Aegrescere* ut Ferrarius suspicatur. Nam etsi primo aspectu proxima sit vox lista, & literarum sono & significacione, nostro *Rincrescere*, attamen In suum locum heic poscit. Mihi ergo veri similius est, immo paene certum, Italicum verbum processisse ab *Ingravescere* Latinorum, uti idem Menagius est suspicatus. *Grave* est mihi, idest *Molestem*, Latinorum phrasis est, qua & nos uitimur. *Ingravescit* mihi, idem si gnifi-

E

O o o

gnificans, adhibere vulgus coepit, quod sensim in *Incravescit*, & compendii caussâ in *Increvit*, *Increvit*, evalit. Addito *Re*, efformatum fuit *Re Increvit*, *Rincrevit*. Fredegarius Chronicus Franchorum Auctor, qui Seculo Christi VII. floruisse creditur, Cap. 60. haec habet: *Nomina concubinarum, eo quod plures fuissent, Increvit huic Chronicae inferre: id est Piguit.* Ab *Ingravere* videntur veteres exsculpisse *Increvit*, nunc nobis *Increbbe*, *Rincrebbe*. *Riotta*. *Rixa*, *Contentio*. En qualis secundum Menagium origo vocis. *Rixia*, *Rixum*. *Rixutum*, *Rixuta*, *Rixota*, *Riota*, *Riotta*. Facili hac arte quamcumque Etymologiam velis, in manibus habes. Nisi sit ex Latino *Re-Obstare*, fortassis aut Gallicae, aut Anglicae originis vocabulum erit. *Riot* & *to Riot* est Anglicæ vox, etiam ab antiquis ejus gentis Scriptoribus usurpata, & significat *Excessum*, *Violentiam*. Gallis quoque est *Riotte*, significans levem *Rixam*, & *Rioter*, *Contendere*. Non omnia a Latinis acceptimus. Nonnulla adhuc super sunt vocabula ante Latinos usitata, complura etiam e Linguis Septentrionalibus desumpta.

Ripentaglio & *Repentaglio*. *Periculum*. Trahit hanc vocem Menagius a *Repente*. Ejus sententiam, uti verisimillimam laudo. Verum quum *Repente* adverbium, nisi aliis additis, minime exprimat significacionem Italicae hujus vocis, pendendum adhuc est, an forte a *Poenitere* manarit. *Repoenitere* alius rei, sive *Ripentarsi*, originem dedisse potuerit voci *Repentaglio*, sive *Ripentaglio*: quum enim dicimus *Mettere la vita, la reputazione, la roba* &c. a *ripentaglio*, ta-

A

cite exprimimus *exponere periculo poenitendi*.

Riscuotere. *Exigere*, *Cogere*, *Recuperare pecuniam*. Assentiri Menagio non possum trahenti hanc vocem a *Scotto*, quod significat *Prandium* in taberna sumtum, simulque *Premium*, a singulis convivis pro coena ex solvendum. Inde efformatum fuisse *Scottare* non *Riscuotere*: idque etiam *Pagare* potius significasset, quam contrarium, uti revera in antiquis Anglorum monumentis *Scottare* est *Censum Persolvere*. En certam vocabuli originem. *Excusatio* Latinum, & addito *Re* sive *Ri* (quod saepe Italica Lingua facit) *Reexcusatio*, *Reexcutere*, dedit nobis *Riscuotere*. Atque uti ab *Excutere* *Excusso* manavit, ita & Itali nostrum *Riscossione* confecerunt. Nempe secundum veterem Jurisprudentiam *Excutiebantur* Debitorum, ut ex eorum pecuniâ & bonis Creditori solveretur; ac propterea sensim *Excutere*, quod nunc Italice dicitur *Scuotere*, addito *Ri*, in *Riscuotere* evasit. Parco Romanis Legibus, hac voce usis. In Legibus Salicis Tit. X. l. 7. *Si pecora de domino in claudantur, aut in dominum minentur, & ea quibus expellere, aut Excutere prae sumserit* &c. Heic *Excutere* est *Recuperare*, seu *Riscuotere* per forza. Sunt & alia hujusmodi veterum exempla. Vide tamen apud Germanos *Sches*, significans, *Tributum*, & *Scosser*, qui *Tributum* exigit.

E

Risma. Viginti quaterniones *Chartarum*. Menagium audi: *Da Scapus*, *Scapulus*, *Scapulismus*, *Scapulisma*, *Lisma*, *Risma*. Tum is improbat Ferrarii Etymon deducentis *Risma* e Graeco *Παχάνη*. A *Racana* (uti scribit Anastasius in Silvestro Papa

B

C

D

Papa Primo) certe nimis distat *Risma*. At nihil melior, aut propior est Etymologia sumta e *Sap*us, quam vocem pro suo arbitrio nimis deformat Menagius. Germanam originem me detexisse puto. Graecorum Αριθμός, Latinis *Aritmus*, hoc est, *Numerus*, in *Aritma*, *Arisma*, *Risma* sensim conversum fuit. Falli nos heic non sinunt veterum Tuscorum exempla, quibus *Aritmetica* erat *Arismetica*, mutantibus nempe Theta Graecum in S. Dantes in Convivio, Passavantus, ac alii, eā voce sunt usi. Vide Vocabularium Academiae Furfuraceae. Ut veteres Graeci ac Latini *Numeros* appellabant *Cohortes Militum*, ita Chartarum fasciculos, sive quingenta folia, hoc ipso nomine donarunt. Neque una vox *Risma* adhibetur ad significandos ejusmodi fasciculos; sed *Risma di Carta* dicimus, ad significantum certum *Numerum Chartarum*. A nobis Galli tuum *Rame*, gravius deformato, accepere, ac deinde frustra in illius origine expiscanda insudarunt. Germanos quoque suum *Rum*, & Hispanos suum *R̄zma*, idem significantia, ab Italibz traxisse puto.

Risparmiare, *Sparagnare*. *Parcus*-esse. *Parcimoniam* ambibere. Ferrarius a *Parcimonia*, Menagius a *Parcere* per complures saltus ac mutationes minime ferendas, *Risparmiare* deducunt. Salmasius, ac idem Menagius, *Sparagnare* Italicum, Gallis *Eipargner*, trahunt ab *Exparcere* Latino. Ferrarius ab *Exparcimonia-re*. Haec lauder atque amplectatur quicumque velit. Mihi rutius haurienda videtur utriusque verbi origo ex primitivâ & propriâ Ger-

A

B

C

D

E

manicae Linguae voce *Sparen*, quae idem significat atque Italianum *Risparmiare* atque *Sparagnare*, ac Latinum *Parcere*. Nempe e *Sparen* *Sparanum*, & *Sparaniare*, *Sparagnare* efformatum fuit, & addito *Ex*. Gallicum *Eipargner*. Anglica quoque Lingua, in quam Saxones tantam verborum copiam invexere, adhuc retinet *to Spare*, idest *Sparagnare*. Proinde in Glossis vetustissimis Rhabani Mauri *Parsimonia* Germanice redditur *Spari*. Fuerunt in Italia, qui pro *Sparaniare* dixerunt *Sparamiare*, atque *Sparamio*. & adhuc Mutinenses ita loquuntur, quum tamen & *Sparagnare* retineant. Huic voci praeposito *Re*, seu *Ri*, Tusci *Risparmiare* efformarunt. Ratherius Monachus Laubiensis, ac postea Episcopus Veronensis, vir celeberrimus ob inconstantiam animi atque fortunae, circiter Annum Christi DCCCCL. Librum de Grammatica scripti, cui titulum fecit *Sparadorsum*, quasi *Parce-dorso*, *Risparmia la Schiena*, videlicet a verberibus, studium adhibendo.

Rocca, pronuntiato *O. pressius*. *Colus* Latinis. Hanc vocem a *Colus*, aut a *Kópos* Graeco, Menagius deduxit: Ferrarius a *Colicula*. Piget, me toties a magnis viris discedere. Certum puto, profectam ad nos ejusmodi vocem e Germanica Lingua, cui est primitivum vocabulum *Rocke*, & *Rocken*, *Colum* significans. Er ne dubites, *vruntur* & *Belgae*, & *Dani*, & *Britanni* voce *Rock* eodem sensu. Hi autem Germani, aut e Germanis plerique procreati. Ita in Glossis vetustis ab Eccardo editis *Colus* Germanice effertur *Rocko*.

Rocca, pronuntiatum *O* aperto. *Arx* Latine. *Rupes*, *Rupis*, *Rupius*, *Rupia*, *Ruchi*, *Roccia*, *Rocca*: sive *Rupes*, *Rupicus*, *Rupica*. *Roca*, *Roca*, *Rocca*. En quantum vocem ipsam detorqueat, seque contorqueat Menagius, ut phantasticam ejus originem nobis venditet. Monosinio, & aliis P^o w^E *Rox* Graecum scaturiginem Italicu*m* *Rocca* dedisse putatur. At nunquam Graecis P^o w^E *Rox* significavit *Scopulum*, *Rupem*, *Saxum ingens*. Neque a *Rupe*, nisi ridendis Menagianis machinis adhibitis, *Rocca* deduci potest. Ceterum hoc vocabulo utuntur praeter Italos, Galli, Hispani, Angli. Opinari licet, apud unum ex his Populis antiquissimum illud fuisse, ac proprium illius Linguae, quod ceteri finitimi Populi deinde adoptarint, quum facile militaria nomina de una in alteram gentem migrarent. Aut Italos, aut Gallis tribui posse videtur, quum nobis *Roccia* *Rupem* significet a vetustis temporibus, & inde nomen *Rocca* prodierit, quod in *Rupibus* *Arces* fabricari mos esset. Habent & Galli *Rocber*, *Rupem* & *Scopulum* significans. Annales Francorum ad Annum Christi DCCLXVII. *Roccas* & *Speluncas* memorant. Vide vocabuli ipsius Antiquitatem. Addere tamen lubet, nondum mihi suspicionem erectam esse, ab ipsa Latinorum Lingua potuisse descendere Italicum *Rocca*. *Verrucam* pro loco edito, in quo videlicet *Arces* statui consueverunt, dixisse Latinos, auctor est Nonius Marcellus: quam in rem verba Catonis laudat: *Quadrincentos aliquos milites ad Verrucam illam ire jubeas, eamque uti occupent, imperes.* In mon-

A

tibus ditioni Serenissimi Duxis Muttinae subjectis adhuc sunt *Arces* duae, in loco edito & praerupto sitae, quibus *Verrucula* nomen est, diminutivâ formâ pronuntiatum. Sunt & in agro Lunensi, Pisano, Veronensi, Urbinate, & in Monteferrato, atque in aliis locis. Num ergo e *Verrucâ* factum fuit *Verroca*, ac tandem brevitatis causâ exciso *Ver*, dictum *Roca*, *Rocca*, *Rocca*?

B

Ronca. Arme in asta, adunca e tagliente, ajunt Vocabularii Florentini Auctores. *Da Uncus*, *Unca*, *Ranca*, *Ronca*, addit Menagius. Sed illum hoc in loco sua defecit eruditio. Ex antiquo Latio ad nos descendit nomen & usus instrumenti ferrei, quod *Ronca* appellamus. Proprie rusticorum, & agriculturarum est, atque institutum ad caedendas herbas, sepes, virgultas per accidens verd ad offensionem, defensionem-ve hominum adhibitum. Eruncare notum verbum apud Latinos, uti & *Runcare*. Sanctus Augustinus Lib. 4. Cap. 8. de Civitate Dei: Praefecerunt ergo, quum *Runcantur*, idest a terra auferuntur, *Deam Runcinam*. Inde *Runcones*, quibus vepres secantur, a runcando dicti, ait Sanctus Isidorus Lib. 20. Cap. 14. Inde etiam *Ronca* nostrum, & *Ronchetta*, & *Roncone*, & *Runcina*, aeo Caroli Magni usurpata.

C

Ronzino. *Mannulus*, *Equus minoris* statura, quibus uti consuevere agafones ad sarcinas deferendas, & scutiferi, sive famuli cum Domino equitantes. Vossio est *Canthevius*, hoc est, *Equus castratus*, Germanis & Belgis *Ruyn*, Menagio eadem est sententia. Non adstipulator, *Runcinus* apud Barbaro-Lati-

D

E

nos Scriptores occurrit, & significat quemcumque Equum humilis statura; neque aliud est, quam minutivum Germanicae vocis *Ross*, significantis *Equum*. Ejusmodi Mammum Galli adhuc appellant *Roussin*, & Hispani *Rocin*, & *Rozin*: nos verò interjecto *N.* *Ronzino*. Inde etiam apud nos invalidisse videtur *Rozza*, *Equus strigosus*, sive *invalidus*, quem Academicci Cruscani non satis concinne interpretantur *Carogna*.

Rosellia, & *Rosolia*. *Pustulae* (nisi forte *Pustulae*) Latinis. Morbus Rubris maculis more Variolorum in cute hominum apprens. Ab ipso colore macularum nomen accepit; *Rougeolle* in Gallico idiomate. Animadvertisendum autem, hunc morbum a Mutinensibus, Regiensibus *le Ferse*, a Parmensisbus *le Sferse* nuncupari. Hinc etiam *Suffersato*, maculas rubescente in cute e nimiā aestuatione enatas (quod infantulis interdum accidere solet) appellamus. Hoc si novisset Du-Cangius, fortassis in Glossario Latino non scripsisset *Ferse*, *Scabies*. Monet idem Scriptor ad vocem *Sturolae*, Gallicum *Rougeolle* appellari a Michaële Scotto Cap. 10. de Physiognom. *Stuolas*, vel *Scuolas*. Oportet, inquit Astrologus ille, *de necessitate*, quod quilibet homo natus, tempestive, aut tarde, habeat quatuor passiones inevitabiles, scilicet *Variolas*, *Stuolas*, *Feras*, & *Scabiem* humidam vel siccām. A scopo declinavit heic celeberrimus Du-Cangius. Sub *Fersarum* nomine *Rosolicem*, sive *Pusulas*, designavit Michaël Scotus. Ergo aliud necesse est, significare ille voluerit sub altero vocabulo *Stuolarum*, Feminae Mutinenses,

Aliorumque ut puto Lombardiae Populorum mulieres, appellant *Gazoli* alium similem morbum, quo pueri affliguntur. Latinis *Morbilli* fuerunt, Florentinis sunt *Morviglioni*. *Stuolarum* voce hunc ipsum morbum *de' Gazoli*, vel *Morviglioni*, delineasse mihi creditur Scotus. Adde etiam adagium Italicum: *La Madre non può dir, che sia suo il Figliuolo, finchè non ha avuto la Fersa, e lo Storuolo*. Quod autem alibi ad vocem *Farsa* idem Du-Cangius adnotavit, nempe Italisch *Fersa* significare calorem immensum, loco Dantis adducto, *Sotto la gran Fersa de' di Canicular*: ne ipsum quidem subsistit: *Fersa* pro *Ferza*, sive *Sferza* nihil aliud est, quam *Ferula*, metaphorice ibi adhibita, ad significandos ardentissimos Solis radios, qui tellurem & stellionem apud Dantem verberant & feriunt.

Rosta. Ita *Flabellum* a Florentinis appellatur. Lombardis *Flabellum* dicitur *Ventaglio*, *Ventaruola*, *Ventolina* &c. A Ramus (adversante quilibet Etymologiarum lege) Menagijs vocem haustam putat, quod sibi persuaserit, *Rosta* primò significasse *Ramulos frondosos*, auctoritate Dantis ductus, qui Cantic. XII. Inferni ait:

E

*Et ecco due alla sinistra costa
Nuai e graffiasi, suggendo sì forte,
Che della selva rompino ogni Rosta.*

Attulere hunc Dantis locum & Academicci Cruscani, qui *Rosta* pro *Ramulo* illic interpretantur. Idem antea scripserant Landinus & Vellutellus in Commentar. ad Tragoed. Dantis. Sed singuli decepti sunt, quod Lombardicam vocem

Rosta

Rosta ignorarint, qua metaphorice eo in loco usus est Dantes. *Rosta* igitur nobis significat *impedimentum* in canali, aut fluvio positum, ne aqua defluat, aut viae interjectum, ut praetereuntibus transitus prohibeatur, ab *Obstare*, *Reobstare* deductum, unde *Reosta*, ac demum *Rosta*, efformavimus. *Rosta de Longare*, per quam Patavinis erupta fuit aqua Medoaci sive Bachelionis fluvii, memoratur in Historia Rolandini Lib. 9. Cap. 9. Ita *Rostae* appellatae catenae ferreæ, ac trabes, quibus viae in Civitatibus intercludebantur, ne Equitatus discurrere posset. *Arrosta* se etiam dicebant, quo verbo adhuc utuntur rustici nostri. Hoc minime animadverterunt Florentini Vocabularii Autores. Vide Annales Bononienses Marthaei de Grifonibus, Tom. XVIII. Rer. Italicas. ut alios omittam. Nihil ergo aliud apud Dantem est *Rempere* ogni *Rosta della Selva* nisi frangere quodvis *Obstaculum Sylvae*. Antiquus Dantis illustrator Beneventus de Imola in suis Commentariis MStis, ita & ipse locum explicat: Cum tanto impetu & furore, quod frangunt omne *Claustrum arborum*. Nevenuto *Claustum* est idem ac quod apud nos *Chiusa*, a claudendo alveum fluminis, idemque sonat atque Lombardorum *Rosta*. Frater Jacoponus Tudertinus, synchronus ipsius Dantis, Lib. 5. Cantic. 25. ait:

*Le Vitia, che stanno a la nascosta,
Ciascheduno si briga d'aiutare,
Fanno a' accordo tutti insieme *Rosta*
Di non voler l'albergo suo lassare.*

Idest *impedimentum* ponunt, obies struunt, obstant. Unde verò

A Florentinum *Rosta*, pro *Flabellum* descenderit, divinare nescio, nisi fortè Langobardi, Franci, aut Germani *Flabellum* quadrangulare cum supposito manubrio intuentes per quam simile *Craticulae*, quam *Rostii* appellant, irridendi caulsā *Flabellum* nomen ejusmodi contulerint. In tenebris palpanti postrema haec addidisse licuerit. Florentinis est verbum *Arrostare*, se defendendo obniti. A Lombardo *Rosta* manavit. Rubiglia. Leguminis genus. Vide Dissertationem XXIV. de Arribus I-italicis.

B

C

D

E

Sacomanno. Miles praedator. Vide Dissertationem XXVI. de Militia. Saggio. Experimentum, Specimen. Vide Dissertationem XXVII. de Moneta. Vide etiam supra verbum *Af-saggiae*.

Salaffare. Sanguinem mittere, minuere, Venam aperire. Creditur erta vox e *Sanguinem laxare brevior*. Hanc originem non praest. Id tantum animadvero, Germanos pari voce uti dicendo *Aer-laffen*, idest *Laxare Venam*.

Salmastro. Solis saporem habens. E Graeco Αλς, Αλος, Αλιπος descendit, si Menago credimus. Latinorum *Sal*, originem certe huic vocabulo dedisse omnino dignoscitur. Modus autem obscurus. Fortassis e *Salinaster* vox prodiit, *N.* in *M.* mutato, cuius exemplum habes in *Excarneus*. Nunc *Scarmenos* dicimus.

Sapa. Mustum decoctum. Vide Dissertationem XXV. de Textrina.

Sarpore, *Salpare*. Anchoram tollere. Vitasle hanc vocem dedita opera

Mc-

A Menagius videtur, quod nempe ejus Elymon assequi perdifficile sit. Meam benevolè Lector excipiat conjecturam. Num Graecum Α'πτω pro Α'πτάζω, significans *Rapio*, addito in principio *Ex*, originem dedit Italico huic verbo? *Exarpare* evasisse potuit *Sarpare*, ut significaretur *Rapere Anchoram*, eamque sursum trahere.

B *Savio. Sapiens.* A *Sapio* Lombardi traxere *Savere* pro *Sapere*, Florentini verò *Sapere*, penultimā longā. **A Savere Savio.** Nam *Saggio* (*Sage* Gallica Lingua habet) derivasse videtur a *Sagax*.

C *Sbadigliare. Oscitare.* Ferrarius Latinum *Abbalitare* immutatum in *Sbadigliare* putat. Quis unquam credit? Menagius (ad vocem *Badare*) Glossas Isidoro tributas laudat, in quibus legitur: *Hippitare. Oscitare, Badare.* Atque adeo sibi persuadet a *Badare* Latino emersisse nostrum *Badare* Italicum, immo & alterum *Sbadigliare*. Negat Ferrarius ibi scriptum *Badare*, contendens *Abbalare* fuisse scribendum. Uterque tamen in nubibus aedificasse mihi creditur. Meam nunc accipe sententiam. Mutinenses habent *Sbadare*, significans *late Aperire. Sbadare la Porta, Sbadare le finestre.* Il petto *Sbadato, la Porta Sbadata.* Hinc *Sbadacchio*, ligni aut ferri frustum, immissum in os hominis, aut jumenti, ut apertum stet, atque ore patente articulare verba non possit. Ita *Sbadacchiare* appellamus, quod Latini *Oscitare* dixerunt, quia tunc os aperitur, aut corpus panditur. At unde nam Mutinensium *Sbadare*? A Latino *Expando*, quod vitiose *Expandare* dixerunt. Ita Donizo Lib. 2. Cap. 7. de Vita Mathildis celeberrimae

D Comitissae, habet se *Prosternare* pro *Prosternere. Plaudare* etiam pro *Plaudere* legi. Vide supra ad verbum *Chiappare* alia ejusmodi exempla. Facile verò *P.* in *B.* immutarunt veteres, ut inter antiquos eriam animadverterunt Plutarchus, & Scaurus Grammatici, & plura exempla ostendunt. Itaque *N.* detracto ab *Exbandare*, efformarunt majores nostri *Exbadare*, e quo demum *Sbadare* deduxerunt, atque inde *Sbadaculum, Sbadactum, Sbadacchio, Sbadacchiare.* Haec habe de Mutinensi Dialecto. Quod autem est ad *Sbadigliare* Italicum, adnotes velim in primis, e *Pando* venire *Pandicular* verbum, quod vocant deponens, significans actionem *Oscitandi*. Plautus in Menechm. Act. 5. Scen. 2. *Ut panaiculans oscitatur.* Festi quoque verba sunt: *Paniculari dicuntur, qui toto corpore Oscitantes exienduntur, eo quod Pandi sunt.* Itaque ab *Expandiculare* efformatum fuit *Esbadiclare*, quod Tulci in *Sbadigliare*, Mutinenses in *Sbadacchiare* converterunt. Supra ad verbum *Badare*, ejus originem quaesivi, & ad hunc locum sententiam meam distuli. Itaque puto & ipsum a *Pandere*, corrupte postmodum *Pandare* pronuntiato, descendisse. *Bada al Libro, Bada al Cavallo, Bada al nimo &c.* nihil aliud est nisi *Aperi, Pande oculos, bada gli occhi ad objectum illud*, hoc est intentis oculis rem hanc vel illam intuere. Idem significat *senza Badare*, scilicet oculis minime conversis, apertis versus objectum propositum. Dilatata postea fuit significatio vocis *Badare*, ut sit *Fare attenzione, Fermarsi a considerare attentamente qualche cosa &c.* Litera *N.* detracta fuit

E

e Pandare; quemadmodum fuit e Pensare nunc Pesare; e Prebensus, nunc Preso; e Mensis, nunc Mese; e Tonsare nunc Tosare. Ex ipso Latino Pando apud Latinos non Pansum, sed Passum venit.

Sbandare. Fugare gentem collectam; aut ab exercitu recedere. Efformatum e Bando Vexillo, sive e Banda, quo nomine Itali turmam militarem significarunt. Hinc Sbandare i Soldati, aut Sbandarsi.

Sbaragliare, Sbarattare idem significant, nempe Dispare, Disperdere. Eadem utrius origo, Barra vide-licet, seu Sbarra, hoc est Obex, Repagulum. Exbarrare significat Aperi-
re, Tollere obices & impedimenta. Hinc Exbarraliare, Exbarrattare Di-
sharrattare &c. quae nos ad Italicae Linguae morem composuimus. Inde etiam Imbarazzare, Disimba-
rizzare, Sbarazzare, quae a Galli-
ca Lingua petita sunt. Est autem Gallis Barre, Anglis Barr, idest Palus Pali, Clatrum, Fustis. Usi
funt & Latino-Barbari Scriptores vocabulo Barra. Et quoniam ex Palis confici consuevere Septa, & Repagula urbium, arcium, & ca-
strorum, ideo Barre, & Sbarre ea appellata sunt. Atque a frangendo, aperiendo, & dissipando ejus-
modi Repagula, Sbaratare, Sbar-
agliare enatum est: quod metapho-
rice postea usurpatum fuit ad si-
gnificantam violentam dispersionem exercituum, aliarumque rerum op-
positorum. Ita nobis est Sbarbare pro Aperire violente, ac late ali-
quid antea clausum. Davanzatus in Tacito: Sbarbare le porte, si vol-
to contro a' vincitori. Vocabularii Cruscani Auctores Sbarbato heic in-
terpretantur Oclusum, idest Clau-
sum. Videndum est, an contrarium

A

ibi sonet. Terere tempus nolo in expiscandis Davanzati verbis. Erunt etiam, qui Barra Latinae originis putent, quum Vari, seu Variae nomen pro Furcillis occurrat apud Varronem, Lucanum, Ovidium, & alios. Est quoque Germanis vox Bret, quae Tasulam, seu Afferem significat, unde Breter Zaun, Septum ex Afferibus, seu Palluncato. Propius ista accedere videtur ad Sharattare, & Sbrattare, quo verbo familiarius utimur nos Mutinentes. Hac autem postrema voce significamus Expurgare, Expedire locum aliquem.

Sbasire. Occidere, e vita Tollere. Vox Mutinensis Dialecti. Tuscis est Basire intransitive usurpatum pro Mori. Hujus autem verbi originem conjicere quisquam possit referendam esse ad Graecos, apud quos Σβερνύω, Extinguo, dat Σβέτω, ἔσβετα, σβέτις. Inde emergere potuit Sbesire, Sbasire. Ego nihil heic affirmo.

D

Sbigottire. Terrere. Trahas quidem a Latino. Expavitare nostrum Spavento, & Spaventare, uti Menagius animadvertisit; nunquam vero Sbigottire, ut ille subdit, & Ferrarius consensit. Somnium meum exerere liceat. In verbo Sbigottire occur-
runt mihi geminae Germanicae vo-
ces. Bi, Got, ut veteres Germani pronuntiabant, nunc Bey Got, si-
gnificantes Per Dio. Num ergo Bi-
gottire dici olim potuit pro Timo-
rem Incutere minando & dicendo, Per
Dio? Postea additum fuerit S. quod aliis nostrae Linguae verbis adje-
ctum videoas. Hoc potissimum Mu-
tinenses faciunt. Vide ipsam vo-
cem Spaventare & Spavento, quod a Paveo effluxisse nemo neget. His-
spani quoque Patibulum Picota nun-
cupant,

E

cupant, & *Bigotes* appellant i *Mystacchi*, Latine *Mystaces*. Inde etiam potuit emergere *Sbigottire*, quod ipsi *Mystaces* ad incutiendum timorem a militibus adhibeantur. Fortassis & iidem sic dieti a Germanico *Bi Got*, vocibus familiaribus cuilibet *Mystacibus* utenti. Ita alio sensu iidem Hispani dixerunt *Pordiosiar*, idest *Mendicare*, eo quod Pauperes amore Dei, hoc est *Por Dio* eleemosynam petant. Hisce adde vocabulum *Gallicae Linguae Bigot*, ad designandum hominem aut affectata pietate utentem, aut hypocritam. *Chronica Francorum Tomo 3. Du-Chesnii*, *Guillielmus Nangius*, & alii Historici tradunt, enatum vocabulum e vetustis Nortmannis, qui ad Christi Baptismum invitati a Carolo Simplice Francorum Rege, responderunt: *Non so Bei Got*, idest *Non Per Deum*, sive ut alii scribunt, eos libenter assensum dando exclamasse *Bi Got*, hoc est, da parte di Dio. Inde verò Nortmanni appellari coepit sunt *Bigothi*. Inter *Bigot* & *Sbigottire*, aliquid affinitatis intercedere sentias.

Sborrare. Stagnanti alicui fluido, aut liquori impedimenta eripere, ut diffluat. Ab *Evaporare* Menagius traxit hoc verbum. At is vim vocis hujus minime est assequutus. *Borra* nihil aliud est, nisi locus limosus, in quem defluunt aquae, & stagnat. Dicimus ergo *Sborrare*, quum stagnantes aquas, remotis obicibus, e *Borra* emittimus. Hinc metaphorice *Sborrare la collera*, idest evomere, emittere iracundiam, seu virus acerbitatis; *Sborrare Flati*, nempe ventris crepitus emittere; *Sborrare segreti*, o pensieri, ebe per forza stavanø chiusi in pet-

Tom. VI.

A

to, scilicet occultas e pediore cogitationes emittere, ac similia. Unde verò *Borra* processerit, si petas, vide supra ad vocabulum *Burrone*.

Scalco. Architrichinus. Vide Dissertationem IV. de Officiis Domus Regiae.

Scalmare. Aestu laborare. Vide supra in voce *Calma*.

B

Scaltrito, Scaltro. Callidus, Astutus.

Abstrusa sane vocis hujus origo: quare condonandum est, si heic multis aqua haesit. Nihil tamen difficile Menagio, cui nunquam deest scala quaepiam, in ejus tamen cerebro fabricata, per quam ad abdita quaque ascendat. A *Calleo* (nobis nunc *Essere pratico, Sapere*) ita hanc vocem ille deducit.

Calleo, Callio, Callitus, Callitrus, Excallitrus, Excaltrus, Scaltro.

In hanc opinionem inclinavit etiam Ferrarius. Addit Menagius: *Pud anche originarsi da Calce Terere. Calce Tero, Excalcetero, Exscaltero, Excaltro, Scaltro*. Haec, inquam, mera sunt somnia, nulla veterum auctoritate nixa, quae ut facile proferuntur, ita facile negantur, atque leves evanescunt in auras.

Scaltro a *Scalptum* derivabat Tassonius noster; cui nemo subscriptibat. Mihi, ni fallor, obtigit post non remissum conatum, ut fontes attingerem Nili istius. *Scaltrire* in usu fuit antiquis Florentinis, significantibus per eam vocem efficere aliquem *callidum, cautum, astutum*. Inde *Scaltrito*, & compendii causâ *Scaltro*, idest *Callidus*, nobis *Accorto, Furbo, &c.* Barbarica Secula verbum novum, uti tot alia efformarunt, *Cauterire* pro *Cautum* efficere. Vulgus pro *Cauterire* dicere coepit *Calterire*. Ac demum in principio addidit S, quod multis

C

D

E

P P P

tis in vocibus factum fuit, augmenti tantum causa, ut *Battere*, *Shattere*: *Bandito*, *Sbandito*: *Calpestare*, *Scalpicciare*: *Cacciare*, *Scacciare*: *Cambiare*, *Scambiare* &c. Vide Vocabularium Cruscanum ad Literam S. Mutinensis praecipue Dialectus facile vocibus in principio S. adjicit. Denique e *Calterire* evalit *Scaltrire*, *Scalrito* &c. Telae hujus filamenta nunc accipe. Pro *Cauterire* invaluit *Calterire*: nam uti Leonardus Salviatus, vir inter Florentinos Scriptores eximius, monuit, *Lalda in vece di Landa*, Florentini Populi vox est, per p:u agevolezza, e spezziale uso del nostro Popolo. Ed ballo per s: dimestico, che da cotal pronunzia spesse fiate non sa guardarsi nelle voci Latine; e dice talvolta Aldio per *Audio*, *Galdium* pro *Gaudio*, ed altre somiglianti. Tum exempla adserit vocis *Lalde* pro *Lande*. *Laldere* quoque pro *Laudare* occurrit in Vocabulario della Crusca; & in Vita Felicis M:ra, quam servat Bibliotheca Estensis, etiam legitur *Oldire* pro *Audire*, *Aldace* pro *Audace*. *Calterire* verò & *Calterito*, ejus exempla habes congettata a doctissimis Auctoribus ejusdem Vocabularii; & duplice quidem significazione. Nam primò *Calterire* & *Calterito* a *Cauterire*, idest *Cauterio* inuere, *Laedere*, deduxerunt ad significandum exempli gratiâ, carne mortificata da una persona. Nempe occurrit, che la gemma dell' albero non si Calterisca: che il cavallo non si Calterisse in qualche parte: coscienza *Calterita*: più *Calterito*: ulive non *Calterite*, &c. Secundò eidem verbo significationem dederunt efficiendi *Cautum*. *Calterito* propterea appellarunt homi-

A

B

C

D

E

nem *Cautum*, *Callidum*, *Sagacero*, idest *Accorto*, *Furbo*. Boccaccius in Fabula 79. ait: Ma ove voi mi promettiate sopra la vostra grande e *Calterita* fede. Cavalca quoque in Speculo Crucis scribit: Siccome *savia* e *Calterita* e vergognosa, e temerosa non gli rispose. Agnoscent fane Academicci Florentini, esse heic *Calterita*, idem atque *Scaltrita*. Dixi, duplarem significationem verbo *Calterire*, & *Calterito* suisse tributam. At nunc addo *Conscientiam Cauteriatam*, cuius est mentio apud Apostolum in Epistola Prima, Cap. 4. vers. 2. ad Timotheum, Seculis barbaricis eodem fere sensu deteriori sumtam suisse. In Commentariis ad eandem Pauli Epistolam, qui diu tributi sunt Sancto Ambrosio, nunc alium habuisse Auctorem creduntur, certe tamen antiquissimum, haec leguntur: Quorum *Cauteriatam* dixit *Conscientiam*, hoc est, *Simulatione corruptam* (venia d' Astuzia, di Furberia). Quia sicut *Cauterium* coriuna corrumpit, & notam infligit: ita & *Fallacia Conscientiam*. Praeterea Majores nostri, errantes tamen, *Cauterium* putabant efformatum ex *Carveo* & *Cautus*. Isidorum vide. Quare nil mirum, si *Cauterare*, sive *Cauterire* accipiebat pro *Cautum* reddere. Sensim verò pro *Calterito* invaluit *Scalterito* & *Scalteritamente*, quarum vocum itidem exempla praesto sunt in Vocabulario Cruscano. Denique contracto vocabulo efformatum fuit *Scalrito*, & compendiosius demum. *Scaltro*, cuius originem quaerebamus. Sunt, qui aegre ferunt, exhiberi in eodem Vocabulario voces quasdam jamdiu antiquatas, & obsoletas nimis, quarum nullus usus nunc est.

super-

superfluam arbitrantes eorum memoriam. Falluntur. En ut veterum vocabulorum notitia ad detegendas Linguae nostrae origines optime inserviat. Denique ad intelligendos antiquos Scriptores, eorum perspectam habere significationem necesse omnino est.

Scampare, Scappare. Evadere, Fugere. Non a *Camba*, *Gamba*, ut Ferrarius opinabatur, sed a *Campo*, ut plerique Etymologistae docuerunt, efformata fuit vox, idest *Ex-campare*, & *Campo Fugere*. Animadvertendum tamen est, non de omni *Campo* heic agi, sed tantum de *Campo*, idest *Proelio & Exercitu*: nam sub ista significatione vox *Campus* olim usurpata fuit, & adhuc usurpatur a nobis pro *Exercitu* in campos educto. Ita Galli ajunt *Decamper*, & *Echapper*, atque Angli to *Escape*. Fureterius a *Scaphare*, hoc est, & *Scapha evadere*, aut a Celtica voce *Achap*, Gallicum verbum derivat. Veri similius est, olim *Escamper* dictum, deinde conversum fuisse in *Escaper*, *Echapper*. Ita *Esgarer* Gallis, quod *Aberrare e via* significat, non a *Vare*, neque ab *Aguirer*, ut ii opinantur, sed ab *Ex & Scara*, nunc *Schiera*, Latine *Acies* (subintelligendo *Declinare, Aberrare*) enatum videtur. *Escarare* sensim in *Esgare*, Gallice *Esgarer*, commutatum fuit. Mutinensium Dialectus habet *Sgarare* pro *Falli, Errare*.

Scandella. Leguminis genus: * Seu potius frugis. Vide Dissertationem XXIV. de Artibus Italorum.

Scansia. Pluteus, in quo per ordines varios collocantur Libri. *Scancia* etiam appellatur, unde Florentini efformarunt *Scanceria*, vocem Lombardis ignotam. Audi Menagium,

A

B

C

D

E

imperterritate haec de horum origine tradentem. *A Scrinium, Screnium, Screnum, Scrennum, Scranum, Scannum, Scannicum, Scannicium, Scannicia, Scancia*. Aut ludit, aut sibi illudit Menagius. *E Scando*, idest *Ascendo*, *Scansilis* efformavere Latinis. Tum Latino-barbari *Scansilia* appellarunt *Pluteos*, in quibus varii rerum ordines gradatim disponerentur, sive quod scandere opus esset, ut inde res ipsae, & Libri, exempli causâ, sumerentur; sive ut mihi videtur veri similius, quod ita ordines (*le file*) dispositi essent, ut unus super alium consurgeret, & ex infimo gradatim scanderetur ad supremum. *Scandulae* eâ ipsâ de causâ appellatae creduntur a non-nullis tabulae, sive assulae illae, quibus olim tecta (uti & nunc in aliquibus Italiae locis videmus) gradatim contegebantur, quemadmodum monui in Dissertatione XXI. de Statu Italiae. Illas tamen alii a *Scindo, Scandulas* nuncupare malunt. Hac etiam de causâ recte puto deductum a Menagio Etymon vocis *Scandaglio & Scandagliare*, non quidem a *Scandulis*, sed a *Scando*, quum instrumenta, quibus altitudinem aquae, vini, aliарumque rerum perscrutari olim mos fuit, ordines nodorum aut signorum fortassis habuerint, unum supra alterum gradatim scandentes, ut mensura facile colligeretur.

Scaramuccia. *Velitatio, Levis Pugna.* Recte Menagius & Carolus Datus e Germanico *Schirmen*, non vero a *Scaris*, uti Ferrarius, deduxere hanc vocem. Est enim nobis *Sherma*, una battaglia da burla, fita pugna. Huic similis *Velitatio*. Sed quomodo e *Sherma* enatum *Scara-*

muccia? Quia aut Germani milites, *Schermuss*, sive *Scarmutzel*, levibus ejusmodi concertationes appellabant, aut Lombardi per diminutivum *Schermizza* dicebant, unde *Schermizzare*: quae sensim, praeципue apud Tuscos, evaserunt *Scaramuccia*, & *Scaramucciare*. Sed & Joannes Villanius dixit *Schermugio* pro *Scaramuccia*, & Jacobus Hemericius de Bellis Leodiensibus, *Skermuche*: quae veram originem vocis indicant. Quare cadit Eiymon propositum a Du-Cangio, immo & definitio vocis *Scaramutia*; is enim putat, *Scaramuccia* proprie esse conflatum eorum, qui ex insidiis emergunt. Vocem vero deducit e *Scara*, *Schiera* Italice, & *Muccire*, quod, ut is ait, *Italis est Occultare, nostris* (scilicet Gallis) *Muffer*. Sed tanti viri pace, nunquam Italica vox fuit *Muccire* pro *Occultare*. Tolerabilius ille dixisset, hanc vocem profectam e *Scara* & *Mucciare*, quod in Vocabulario Crusciano significat *Irridere*, quasi *Scaramucciare* dictum fuisset *Scarâ Luder*. Verum & ista sunt explodenda, & praeципue quod eo sensu unus Matthaeus Villanius *Mucciare* dixit, neque sine errore, ut redderet Gallicum *Moquer*, quod Italice reddendum erat *Mocare* vel *Moccare*. Ceterum Dantes, Frater Jacoponus Tudertinus, & alii veteres *Mucciare* adhibuerunt, ut significarent *Fugere*, *Scappare*. Unde vero natum id verbum (nunc prorsus obsoletum) frustra Menagiis quaelavit.

Scardassare. *Carminare* Latinis, ut Vocabularii Crusciani Auctores ajunt. Non silendum tamen, Mutinensisibus *Scarminare la lana*, *Scarminare i capelli*, esse tantummodo eos di-

A

B

C

D

E

gitis sive unguibus attredare, atque lanam a cordibus expurgare. *Scartazzare la lana* Mutinensisibus iidem est *Peltare tabulis*, e quibus uncinuli ferrei prominent, quas *Scartazze* appellainus. Eadem fortassis apud antiquos Romanos significatio fuit verbi *Carminare*. Vocem vero *Scardassare* Menagiis insalutatam dimisit. Ejus origo a *Carduis* mihi creditur, quod iis simul junctis olim lana pesteretur, quibus successere *Cardui ferrei*. *Carduatiare*, *Cardassare*, & addito S. more Italico *Scardassare*. Galli & ipsi usurpant *Carde*, *Cardasse*, *Carder*. Anglis est *to Carde*, & Germanis *Kartaſche*, quod Italisch *Scardassare* & *Scardassa*, Mutinensisbus *Scartazza*, qui hoc vocabulo utuntur, quum de *Lana* pectenda agitur; quum vero de *Lino* pectendo loquuntur, peculiarem hanc alteram vocem adhibent, nempe *Spinazza*, tabulam scilicet, e qua ferreae cuspides in spinarum modum acutae prominent. *Lanam Carere*, secundâ syllabâ brevi, pro *Peltare* Plautus dixit in Menaechm. Act V. Scen. II. Ab ipso *Carere* nomen *Carduus* natum arbitratus est Vossius. Sed hisce addendum nunc est, videlicet, quae de *Carduis* haec tenus dixi, si ad Botanicorum tribunal deferantur, male consuta posse deprehendi. Ut enim Matthiolus in Dioscorid. animadvertisit, ad lanificium *Cardui* revera non adhibentur, sed *Echinis*, quorum plantam Graeci *Dipsacum*, Latini *Labrum Veneris* dixerunt. Nos Mutinenses, aliquique finitimi Populi eos nuncupamus *Sgarzi*, alii vero *Garzi*, unde evasit verbum *Sgarzare*, quum nempe hisce *Echinis* educuntur pili

e pan-

e pannis laneis. Durat adhuc unia viae Urbis nostrae nomen *le Sgarzerie*, inditum, quum Ars Lanaria apud nos effloreat. At quoniam *Labrum Veneris* ab Etruscis *Cardo & Cardone*, & a Germanis *Kartendistel*, Matthiolo ipso teste, appellatur, vides verbi originem *Scardassare* ab eodem semper fonte esse petendam. In Capitulari Caroli Magni de Villis, Tom. I. Capitular. Baluz. pag. 337. ad textrinam ministrari jubentur *linum, lana, pectines, laminæ, Cardones, sapo &c.*

Scarpa. Calceus. Vide Dissertationem XXV. de *Textrina*.

Scarso. Parcus, Mancus, Exiguus. Ut originem vocis hujus attingerent, mirum in modum se torserunt Ferrarius & Menagius. Ille a *Decrescens*, hic ab *Exparcus* traxit: sed uterque mira, neque credenda congettis. Vix falli me putem, quum dixero, ab *Ex & Carpo* vocabulum hoc emersisse. *Excerpere* est, portionem ex integra massa sive acervo detrahere: & quae *Excerpta* dicuntur, indicant minus aliquid in comparatione majoris numeri, aut molis: quod ipsum *Scarso* significat. Atqui veteres Italici deformantes Linguam Latinam, *Excarpo* pro *Excerpo* dixerunt, & *Excarpsi* pro *Excerpsi*, & *Excarpsum*, sive *Excarsum*, pro *Excerptum*. Tandem ab *Excarsum* effecere *Escarso*, deinde *Scarso*. Olim Galli & ipsi dicebant *Escars*. Angli vero habent *Scarce, Rarus, Scarso, & Scarceness* ac *Scarfsity*, quod est nostrum *Scarzezza, Parcitas*. Belgae quoque *Schaers* dicunt: quae vox eandem originem habent cum Italico *Scarso*. Deinde translata vox ad homines plus quam de-

A

B

C

D

E

ceat, *Parcos*. Neque dubitandum de corruptione verbi *Excerpo*, quam innui. Nam uti Du-Gangius in Glossar. Latin. animadvertisit, in Concilio Turonensi II. Anno Christi DLVII. Cap. 21. legitur *Placuit etiam de voluminibus Librorum pauca perstringere, & Canonibus inservere, ut Scarpæ lectio de aliis in unum recitetur ad Populum*: hoc est, ut *Excerpta lectio de aliis voluminibus &c.* Ita ex Codice Belluacensi Sirmondus textum hunc descriptis. In Collectione Andegavensi legitur: *Scarpum de Epistola Leonis ad Rusticum, pro Excerptum.* Vide etiam Baluzium Tom. 2. Capitular. pag. 1067. Inter vetera *Analecta* a Mabillonio Cl. Viro edita pag. 65. novissimae editionis, occurrit *Libellus Abbatis Pirminii, de singulis Libris Canonis Scarpus*: scribendum profecto *Scarpus*, idest *Excerptus*. Ex his plane habes corruptionem verbi *Excerpo & Excerptus*, simulque antiquitatem vocabuli Latino-Barbari *Scarpus*, quod idem est ac Italicum *Scarso*. Nescio, an irruptionis causâ natum forte fuerit *Scarrella*, significans *Manticam*, quasi ibi parum pecuniae plerumque lateret. Est Gallis & Hispanis haec ipsa vox, cujus origo adhuc mihi ignota.

Scatola. Pyxis. Derivat hanc vocem Menagius a *Capsa, Capsula*. Ferrarius vel a *Capsula*, vel a *Scatula*, vel a *Castula*. Divinationes inanæ. Ex Germanico *Schachtel*, vel *Schatul*, quod suae Linguae primitivum vocabulum Mathias Grammerus putat, Italicum *Scatola* manavit.

Scemare. Minuere. Ferrarius ab *Eximere*, Menagius a *Semisemus*. Utrum

triusque sententia improbanda mihi vila fuit in Notis ad Legem 68. Lib. 6. Legum Langobard. Liutprandi Regis, Part. II. Tomi I. Rer. Italcar. pag. 75. Aut a Semis, aut a Simus petenda potius origo istius verbi. In Capitular. ad Leges antiquas Alamannorum apud Baluzium legimus: *Si quis auriculam Simaverit, solvat Solidos viginti. Scematio & Sematio corporis occurrit in Legibus Langobar- dorum.*

Scerre. Da Eligere s' è fatto *Scerre*, inquit Corbinellius in Libr. Dantis de Vulg. Eloquent. E dice bene, addit Menagius. Immo a *Seligere*, quod fuit conversum a nobis in *Scegliere*, unde per Syncopen efformatum fuit *Scerre*.

Scheggia. *Frustum e lignis scissis de-*cidens. A Graeco Σχίζω Monosinius; a *Schidia* Menagius deducunt. In alteram ex hilice sententiis e vestigio concederem, quae tamen in idem recidunt, nisi me remoraretur aliquantulum Germanica Lingua, cui antiquissima & propria vox esse dicitur *Scheit*, idem significans ac nostrum *Scheg- giae*. Nisi & ipsi Germani e Graeco aut Italico sermone suum *Scheit* fuerint mutuati, nos facilius ab iis, quam a Graecis, ut complura alia, hoc etiam vocabulum accepisse videmur. Animadvertisse id tantum sufficiat, quum alioqui agnoscam & ego, Graecum *Schidia* egregie respondere Italico *Scheggiae*.

Schiacciare. *Contundere, Confringere pre-*mendo. Tuscorum vox est. Nobis Mutinensibus est *Aſbzizzare*. Et heic discedere cogor a Ferrario, & Menagio. Ille a *Guassare* ignoto verbo; hic ab *Exguisciare* suscipitur verbum istud fluxisse. Neu-

A

ter animadvertisit, hoc esse Gallicae Linguae, nempe *Escacher*. Baileyus etiam Britannicus Etymologista minime perspexit Anglicum *Squash*, aut *Squeeze*, idem esse, ac Gallicum *Escacher*, & nostrum *Schiacciare*. Gallicum verò *Escacher* non audeo ego enatum credere ex eorum verbo *Casser*, idem significante. Ipsum verò *Casser* Gallicae Linguae a Latino *Quassare* descendisse, uti idem Menagius contendit, supra negavi ad verbum *Cassare*, quod vide.

B

Schiaffo. *Colaphus.* Etymon a Menagio & Ferrario propositum non improbo. Nempe ex ipso Latino *Colaphus*, immutato in *Claphus*, & addito *Ex*, emersisse *Exclaphus*, Italice redditum per *Schiaffo*. Si tamen Germanicae Linguae vetustissimum foret vocabulum *Schluppe* *Colaphum* significans, quo nonnulli Germaniae Populi utuntur, mihi veri videretur similius, ex ipsa Germania arcessendum esse Italicum *Schiaffo*, pro *Schiappo* a Majoribus nostris pronuntiatum. Inquiries: Germani fortassis ab Italibus suum *Schluppe* accepere. Sit ut velis. Durum semper fuit, e *Colaphus* prodiisse *Schiaffo*.

C

Schiatta. *Genus, Stirps, Progenies.* Nemo subscriptab Menagio vocem hanc derivanti e *Planta*, *Explanta*, *Schianta*, *Schiatta*. Nam, inquit ille, ab *Explantare* Castelvetrus monuit, deductum fuisse *Schiantare*. At hoc ipsum falsi arguit Menagianam Etymologiam, quum illud *Ex*, sive *S.* Italicum, contrarium producat sensum, hoc est evellere *Plantam*, non propagare *Plantam*, sive continuare *Progeniem*. Praeterea quomodo *Anta* illud conversum fuit in *Atta*? Mihi

D

E

omni-

omnino creditur ex Germanica Lingua ad nos vox ista venisse. Nam, uti exempla a Schiltero producta fidem faciunt, antiquitus Germanis in usu fuit *Schlacht*, *Slachra*, *Slasha*, significans *Genus*. *Progeniem*. Id ab Italisch acceptum, evasit *Schiatta*. Perdurat adhuc apud Germanos *Geschlecht*, idem significans, additâ nempe particulâ *Ge.*

Schiera. *Turma*. Frustra Latinum *Spira* huc per vim traxit Menagius. Nulla dubitatio superesse potest, quin ex Germanico *Scava*, nunc *Schare*, aut *Schaer*, prodierit, uti Vossius, & alii antea animadverterunt. Neque Teutonicum *Schar* & *Squadra* Italico manavit, uti Ferrarius est opinatus. Nam *Squadra* & *Squadrone* aut e quadrata acie, apud Latinos memoratâ, originem traxit, aut ab ipsa Germanica Lingua. cui est *Geschwader*.

Schiotto. *Purus*, *Merus*, *Simplex*. Ab *Ealexus* Menagio, ab *Excretus* Ferrario deducenda vox videtur. Mihi e Germania vox haec ad nos descendisse creditur. Illi quippe Linguae est vocabulum *Schlecht*, significans *Simplex*, *Purum*, hoc est, idem, quod nobis *Schiotto*, atque Italice redditum dat purum putum nostrum *Schiotto*.

Schifare. *Vitare*, *Declinare*, *Abhorre*. Menagius contra omnem verisimilitudinem aut a *Schifo* *Naviculam* significante, aut a *Scappare*, deduxit hoc verbum. Corbinellius & Ferrarius a *Cavere*, *Excavere*, *Exhibere* non immerito traxerunt. Mihi tamen veri videtur similius, vocem quoque istam ex Germania ad nos rectâ migrasse. Quinque Germanis *Scheu*, vox ejus Linguae, ut creditur, propria, significat *Abhorimento*, *Orrere*. Inde

A

B

C

D

E

nostrum *Avere a Schifo*, & a *Schivo*, significat *Abhorre*, *Fastidire*. Uti verò Germani inde confecere *S heven*, idest *Abominari*, & *Evitare*, ita & nos *Schivare* efformavimus, quod Lombardi unice usurpant. Tuscî verò aequâ *Schivare*, v. consonanti preesse pronuntiant, & converso in *F.* dicunt *Schifare*. Ex eodem Germanico fonte (nisi potius rectâ a nobis) Galli derivarunt *Equiviver*, & Britanni *E/chw*. Veram Gallicae vocis originem ignoravit Pasquierius, ut & Borellus. Num verò Germani ex Latino *Excavere* depromserint suum *Scheven*, aliis decernendum relinquon.

Schiuma. *Spuma*. Ab hac ipsa Latina voce Italicam descendisse Menagius putat. Sed hanc nobis Germanica potius Lingua suppeditasse videtur, quam ei sit *Schaum*, idem significans. Hinc ab Italisch factum *Schauma*, ac deinde *Schiuma*. Inde etiam Dani suum *Skum* hausere, Angli suum *Scum*, Galli *Escume*, & Islandi *Scuum*.

Schizzino. *Delicatulus*; qui facile perturbatur. Non attigit hoc vocabulum Menagius. Equum *Phantasticum* (nos appellamus *Capriccioso*, *Ritroso*) Britanni nuncupant *Skittish*, ejusque qualitatem *Skittishness*. Affinitatem aliquam vocis & significationis heic habes. Attamen videndum, an potius e *Schizzare* natum fuerit *Schizzino*. De Liquoribus, sive liquidis rebus compressis, & erumpentibus dictum fuit *Schizzare*. Ad eorum similitudinem in iram Delicatuli facile erumpunt. Unde verò *Schizzare* prodierit, frustra quaesitum a Ferrario, Bertero, Menagio, & aliis. Ortum fuisse a *Schiessen* Germani-

manico, mihi persuadeo, quod verbum in eorum Lingua praeter alias hanc etiam significationem habet, & Italice redditum fuit *Schizzare*. Inde multa composita apud illos occurunt.

Scirocco. *Eurus ventus*. Ab ipso Euro machinis adhibitis invitam hanc vocem Menagius trahere conatus est. Arabicae originis est. Hunc enim ventum, sive *Vulturnum*, Arabes *Sorogon*, sive *Sorocen* appellant. Hispanis est *Siroco*, aut *Xaloque*. Inde & ipsi didicerunt. Tassonius V. Cl. Mutinensis in Notis MStis ad Vocabularium Crucianum putat, a *Syria* efformatum fuisse *Ventum Scirocco*. Laudandum & hoc Etymon. Ita *ventus Libecchio*, quod ex *Lybia* veniat, nomen suum accepit.

Sciugare. *Siccare*. Vide supra ad verbum *Asciugare*.

Scompigliare. *Perturhare*, *Confundere*. Menagium audi: Forse da *Excomplicare*. *Plica*, *Plicula*, *Pliculare*, *Compliculare*, *Excompliculare*, *Scompiegulare*, *Scompigliare*. Multum laboravit, ut nihil nos edoceret. Longius etiam ab hoc Etymo recessit Ferrarius, a *Combullire* vocem istam derivans. Ante pedes originem hujus verbi habemus, neque illam perspexere Viri do-
eti. Ab *Excompilare* venit. Nempe *Compilare*, auctore Festo, etiam apud antiquos Latinos significavit *Cogere*, & in unum *Condere*. Quare sequiori aevo *Compilare* *Librum* dicebantur Auctores, qui aliunde sumtas sententias in unum *Librum* inserebant, atque *ordinabant*. Dantes quoque *Cant*, *Purgator*. 21. *Compilare* adhibuit pro *Ordinare*. Propterea invaluit *Excompilare*, verbum significationis contrariae, quod

A

proprie significat rem *Ordinatam perturbare*, Italice *Disordinare*, Porre in *Disordine*. Hinc pro more Linguae nostrae verbum ipsum *Excompilare* evasit in *Scompilare*, *Scompigliare*. Brevius Mutinensis Dialectus pronuntiat *Sgombiare*.

Scorgere. *Cernere*, *Discernere*, *Perspicere*. En Menagii verba: *Da Excorriger*, cioè *Dirigere*. Il Signor Ferrari da Cernere. Non si può. Et revera ab *Excernere* prodiit *Scerne*re, non vero *Scorgere*. Sed neque ab *Excorriger* efformari potuit *Scorgere*, uti opinatur Menagius. Utriusque vocis sensum compone. *Scorgere* apud Tuscos (neque enim Lombardiae Populis in usu est hoc verbum) significat aut *Intueri*, aut *Ducem se alteri praebere*. Quid rei, amabo, est verbo huic cum *Corrigere*, cuius familiaris ac usitatio significatio est *Emendare*? At unde tu hanc vocem deducendam putas? inquis. Conjectae veniam imploro. Olim belli tempore, uti & nunc, quum commenatus deducebantur ad castra, aut ad arces, adjungebatur equitum turma, qui custodiae causâ cum curribus & jumentis comitabantur. Horum mos fuit *Excurritare*, ut discernerent, an hostis adveniret, insidiaeve positae fuissent. *Scorridori* propterea sunt appellati. Ab *Excurritare* detraicto I. emersit vox *Scortare*, qua voce adhuc utuntur Galli, utimur & nos. Inde etiam *Scorta nostrum*, & Gallicum *Escrute*, quod non a Latino *Cohors*, ut quidam opinati sunt, sed a *Scortare* descendit. Florentini verò e *Scortare* & *Scorta* efformasse videntur verbum *Scorgere*, eique duplīcem significationem indidisse ex gemina agione militum *Excursan*tiā,

B

C

D

E

tium. Nam primò significarunt Praeire, Ducem se p̄aeberet alteri, uti Petrarcha:

Scorgimi al miglior guado.

Manus autem fuit militum praedictorum *Deducere*, ac *Praeire* commeatum vectoribus. Altera significatio fuit *Intueri*, aut *Perispicere*. Scilicet custodes ii milites solicite perspiciebant, ne hostes & pericula commeatui in via imminerent. Eādem ratione ex Germanico *Warren*, significante *Custodire*, efformarunt Itali *Guardare*, quod aequē significat *Aspicere*, atque *Custodire*. Latini quoque *Observare* adhibuerunt duplici significatione, scilicet pro intentis oculis *Intueri*, & *Custodire*. At petas, quei Tusciae Populus efformare potuerit e *Scorta Scorgere*. Alterum verbum est Italicae Linguae commune, quo scilicet & nos Lombardi utimur, hoc est *Accorgeri*, *Accerto*, significans *Animadvertere id*, quod antea latebat. Ad ejus similitudinem Tusi procedere potuerunt *Scorgere*. Utrum vero *Scorgere* & *Accorgeri* eiusdem sint originis, alii decernant. Mihi veri videtur simile (quod jam ante me alii sunt arbitrati) *Accorgeri* processisse ab *Adcorrige se*. Quum nempe aliquid credimus, quod postea aliter se habere animadvertisimus; aut aliquid antea latens detegimus: tunc dicimus *Accorgeri*, idest *Corrigere se*, sive errorem antecedentem, aut incogitantiam nostram. Etymon istud Ferrario nequaquam probatur. Nihil obstat, quominus veri similitudinem in eo nos reperiamus. Contra, si quid video, Ferrario ipsi nemo assentiatur, dum *Accor-*

B

C

D

E

gersi

ab *Accernere* deducit. Fuit etiam antiquis Tusciae Scriptoribus, at nunc obsoletum est, *Scorto*, idem significans atque *Accerto*, scilicet *Sagax*, *Callidus*. Utrum a *Scorgere*, an ab *Accorgeri*, descenderit, inquirere non vacat.

Scottare. *Aduvare*, *Exuvare*, *Ustulare*: Verbi hujus non memini, quasi ignota sit illius origo, quum quique animadvertere possit, ab *Excoquo*, & *Excoctum* processisse *Scottare* & *Scortato*; sed ut repetam, quod saepe animadverti, Majores nostros e Supinis, aut ex Participiis nova eduxisse verba. Scilicet ab *Excoctus* aut ab *Excoctum* efformarunt *Excoctare*, *Scottare*. Ipsi quoque Latini ab *Adiutum* Supino verbi *Adjuvo*, vetustissimum suum *Adjutare* traxerunt, unde nostrum *Adjutare*. Sunt & alia complura exempla.

Scotto. *Symbolum*. Pretium, quod quisque pro Coena ad Tabernam sumtā solvit, & ipsa etiam Coena. Si Menagium auscultamus, a *Coactus* (nam *Cogere pecuniam* veteres dixerunt) aut a Germanico *Scot*, ad nos venit vocabulum. Prima derivatio nihili facienda. Ad alteram quod attinet, mihi apud Germanos non occurrit *Scot* illud, sed quidem apud Anglos *Scot*, & *Scot*, uti etiam apud Gallos *Escot*, & apud Hispanos *Escote*, eademque significatione, qua Italicum *Pagar lo Scoto*. Nos ab iis fortasse didicimus. Porro perpendatur velim, num nos & illi e Latino *Quot*, vel *Quotum*, vel *Quota*, efformasse potuerimus hanc vocem, praeposito *Ex*, compendii causā converso pro more in *S*. Nam postquam convivantes saturi e taberna erant recessuri, computabatur *Quo-*

Q q q

ta pars pretii singulis per solvenda foret. Mutinae, aliisque in Urbibus Italiae, adhuc dicimus Pagare sua Quota. Idem significat nobis, quod Tusci *Pagare lo Scotto:* & hanc vocem translatus ad publica Tributa, aliasque pecuniae indictiones, quas viritim unusquisque pro sua portione confert.

Scranna. Sella. Subsellium. Ad hanc vocem Menagius: *Viene ella lenza dubbio da Scannum.* In ea quoque sententia Chimentellius fuit. Sed quare interpositum *R?* E *Scannum* venit utique *Scanno*, Mediolanensis *Scagno*, *Scagnello*. Itaque e Germanico *Sobranno* verisimilius ad nos vocabulum *Scranna* descendit, dummodo antiqua sit Linguae illius vox ista.

Scroccare. Nobis Mutinensis, aliiisque finitimi Populis significat, impudenter ex alieno vivere, aut proficere, nullum pendendo pretium. *Escroquer* habent & Galli. Ferrarius e *Scurra*, *Scuricus*, *Scrocus* dedit, unde *Scocco*, *Scroccare*. Sed *Scuricus* imaginaria prorsus & confusa vox est; neque facile e *Scuricus* emersisset *Scocco*. At minus audiendi, qui ab altero confuso verbo *Croccare*, aut a Graeco Αἴχπονίδειν, vocabulum hoc derivant. Menagius ex Italico *Scroccare* natum putat Gallicum *Escroquer*. At mihi paene certum videtur, verbum hoc ad nos e Gallia venisse, utpote quod efformatum fuit e Gallico *Croc*, significante *Uncum*, nobis *Uncino*. Scilicet *Exoccare*, sive *Scroccare* dictum fuit, ad metaphorice significandam illorum artem, qui vel e nolentibus nummos, victum, aliasque res fine pudore extorquent, a nobis propterea usitatius dicti *Scocchi*, *Scroc-*

coni. In Lege Salica Titul. 69. occurrit *Incroccare*, idest *Unco suspendere*. Detrahere ex *Unco* est *Excroccare*, *Scroccare*.

Scuriada. Scutica, Flagellum, quo equi plectuntur. En quomodo ejus originem Menagius exprimat. *De Scutica, Scuticarus, Scuticarius, Scuticariata, Scuriata, Scuriada.* Hac ratione quid non exculpas? Sed a *Corio* enata est vox ista. Nihil aliud est *Scuriada*, nisi *Scutica ex Corio*. *Excoriare*, detrahere *Corium*, seu *pellem*, significat. Inde prodit *Scuriada*, quasi appellata primo fuerit *Scutica Excoriata*, & denique suppressio *Scuticata*, *Scoriata*, *Scuriada*, sive *Scutica e Corio*.

Sdrucciolare. Ita dicimus, quum pes fugit in lubrico. Non a *Lubricus*, *Delubricus*, *Delubriciolus* &c. Non ab *Extrocheolare*. Non a *Sbriscolare*, vocis hujus origo petenda, ut alii censuerunt. Propius fortassis accedit ad verum, qui putet. Etymon desumendum e *Rotula*, quam *Ruzzola* nos Mutinenses appellamus, idest parvula *Rota*, unde nostrum *Ruzzolare*, hoc est *Rotare*, *Circumagere*, efformavimus. Rotulâ projectâ apud nos luditur, paenes illum victoriâ stante, qui post aliquot projectiones majus spatium suâ Rotulâ emensus est. Hoc *Ruzzolare* ex *Rotulare* nuncupamus. Tusi *Rotolare* dicunt. Itaque ab *Exderotulare* deductum *Sdruzzolare*, quod Tusci est *Sdrucciolare*. Qui per clivum ruit, a nobis dicitur *Ruzzolar* ejù, idque intransitive. Sed & actice usurpatur. *Sdruccio* ex eodem fonte venit.

Secchia. Situla. Negari non potest, quin Menagio fuerit iusta causa arbitrandi, ipsum Latinorum *Situla*, conversum sensim fuisse in

Sitla,

Sitla, Sicla, Seccchia. Opinari tamen quisquam possit, ex alio fonte prodiisse hanc vocem, quando tanta est illius antiquitas. Tomo I. pag. 376. Operum S. Johannis Damasceni, Oration. 3. de Imagin. laudatur Theodori Lectoris locus e Lib. 4. Histor. ubi *Sicle*, nunc *Seccbia*, mentio habetur: Τρεις Σίτλας Θέρπυς περιχέονται ποι: Tres *Siclas* aquae calidae infundrem mibi. Legendum Σίτλας, Latine *Situlas*, monet ad eum locum Clariss. Lequien Ordin. Praedicatorum. Sed retinendum Σίτλας. Nam & Victor Tununensis, sive Tunnenensis, qui eodem Seculo Christi Sexto, quo Theodorus floruit, idem Olympii facinus narrans, tam in Canisi, quam in Josephi Scaligeri editione habet: Tribus ignis *Siclis*, Angelo ministrante, invisibiliter in piscina aquae frigidae perfusus. Ergo tam apud Graecos, quam apud Latinos Seculo Sexto Aerae Christianae, *Sicla*, *Hydriam*, seu *Situlam* significans, in usu fuit. Ita Cap. 22. Legis Alemannorum a Dagoberto Rege Anno Christi DCXXX. promulgatae, Tomo I. Capitular. Francor. Edition. Baluzian. memorari videoas quindecim *Siclas de cervisa*. Vide & Du-Cangium tam in Latino, quam in Graeco Glossario, qui alia congerit exempla vocis *Sicla*, *Sigla*, *Segla*, apud antiquos occurrentia. Adeo & Agnellum Ravennatem Scriptorem, qui Anno Christi DCCC-XXX. Vitam Maximiani Archiepiscopi Ravennatis scribens, Tom. II. pag. 109. Rer. Italicas. inquit: Allatum est nobis aereum vasculum, quod vulgo *Siculum* vocamus (nos Mutinenses dicimus etiam *Secchio*, & *Secchi*). Et projecti sunt *Sicli* pleni

A

B

C

D

E

aqua. Quum igitur tantae vetustatis sit *Sicla*, *Sexta*, & *Siculum*: aut minime certum est, hanc vocem e *Situla* corrupta efformatam suisce; aut certum saltem futurum est, corruptionem vocabuli istius tribuendam esse Seculis ipsis vetustis. E *Situla* prodiit olim *Sitella*, & inde *Sicellinum*, & *Sidellin*, quo nomine Mediolanenses *Situlam* ad hauriendam aquam significant. In Glossis Fuldensibus ab Eccardo evulgatis legitur *Sicloa*, *Sedella*, *Ampra*. Num pro *Amphora*? Tusci appellant *Seccbia* *Situlam* aerea. Mutinenses ligneam, quam utroque genere, masculino scilicet ac femineo, ac etiam per utrumque numerum pronuntiant *Secchio*, *Seccbia*, *Seccbie*, *Secchi*. Nobis vero *Situla* aerea, per quam hauritur aqua, dicitur *Parelo*, *Tusce Parelo*, cuius vocis adhuc obscura est origo. Est etiam in usu Bononiensium *Calcedro* ex Graeco Χαλκός, & ὑδεια: quae voces unitae efformantes *Calchydria*, significant aeream Urnam ad hauriendam aquam.

Sembiane. Vide subsequens *Sembrare*. *Sembrare.* *Videri.* A *Similare* Latino traxit Menagius. Et recte quidem. Sed quomodo *BR.* se huc intrufavit, tacuit ille. Dicam ego. E *Similare* nos efformavimus *Simigliare*, *Somigliare*. Gallica vero Lingua ipsum *Similare* convertit in *Simlare*, *Semlar*, atque addito *B.* fecit *Sembler*, & inde *il me Semble*, nobis *mi Pare*. Gallicum *Sembler* Tusci immutarunt in *Sembrare*. Ita Seculis Barbaricis Contempnere, Temprare scribebant, & adhuc vulgo scribitur *Contemptus*, *Promptus*, *Emptus* &c. quum tandem veteres usurparint *Emitus*, *Prom-*

tus, Contentus, Comitus &c. Sed cur verbum *Similare*, sive *Sembrare* significationem induit verbi *Videri*, Italice *Parere*? Aliquid ibi subintelligendum, scilicet *Vero*. Quum dicimus, *mi sembra*, idem est ac si dicas: *Certò hanc rem non teneo, sed Assimilatur Vero in mente mea, hanc rem ita se babere*. Sive: *Certa non est mibi res ista, sed similis Vero, aut Verisimilis*. Ex eodem fonte manavit nostrum *Sembiant*, Gallice *Sesemblant*, significans *Asperatum*, sive *Apparentiam verum*.

Senno. *Intellectus, Mens, Sapientia*. Fons hujus vocabuli creditur Latinum *Sensus* Ferrario ac Menagio. Verum Itali non a Latio, sed ex Germania vocem hanc traxere, nempe e *Sinn*, significante *Sensum, Cogitationem, Aimum, Mentem*, quae sunt idem ac Italicum *Senno*. Quum igitur propria illius Linguae sit vox *Sinn*, frustra contendas, ipsam pariter efformatam fuisse ex Latino *Sensus*. Inde Itali *Senso*, non *Senno*, deduxere. Non abnuo, veteres Italos Germanico more vocabulum *Senno* interdum etiam usurpare pro *Sensu*. Hoc ajo, ab eodem Teutonico *Sinn* potius, quam a *Senium*. uti opinatus est Menagius, descendisse Gallicum *Soin*, nisi malimus, ex antiquo *Soniare* derivatum, de quo consulendus est Du Cangius. Quum enim *Cogitationem* quoque sonet Germanis vox *Sinn*, ei respondet *Soin*. Ut nos dicimus *Pigliarsi Pensiero d'una cosa*, ita Galli dicunt, *Prendre Soin*. Digna est. quae heic memoretur Mu'inensis Dialecti vox *D'sennare i Fanciulli*, significans, *eis Indulgere quidquid volunt: quod imorovidi parentes faciunt*. Fortassis inde natum vocabulum, quod

A tanta haec indulgentia filios imprudentes efficiat, seu *li tragga di Senno*.

B *Sensale, Proxeneta*. Rideas fortasse, Ferrarium audiens derivantem hanc vocem aut a *Xenialis*, aut a nundinis Venetis, quae *Ascensa & Senfa* dicuntur. Ex Arabum Gente hanc mercatorum vocem acceperimus. Ii *Simaron Proxenetam, Amicorum Conciliatorem* vocant. Exinde *Sinsar, Sinsale, & Sensale* manavit. Pro *Sensale* Senenses dicunt *Sensaro*.

C *Sentinella, Vigiliae, Excubiae*. Meningium laudo a *Sentire* pro *Ausultare* trahentem Etymon hujus vocis. Quippe revera *Excubiae* barbaricis temporibus appellatae fuerunt *Sculta & Scultatores*. Attamen inquirendum restat, qua ratione e *Sentio* efformatum fuerit *Sentinella*. Certe novimus, excubias agi, ut praesentiatur, an hostes veniant, immineatve ex iis periculum. Itaque animadvertis velim, Latinis in usu fuisse *Sentinare* pro *Satagere*, & subtiliter periculum vitare. Quam in rem *Festus Caecilii* versum laudat.

D *Capit consilium, postquam Sentinat satis.*

E *Sentinare* non aliunde efformatum Vossio creditur, nisi e *Sentio*. Quamobrem vide. an haec animadversio referri possit ad originem vocis *Sentinella*.

Senza, Sine. Praepositio. Ab ipso *Sine* Menagius eam ita efformavit: *Sine, Sines, Senes, Sen'e, Senfa, Senza*. Ferrarius a *Sine* etiam: Ab *absentia* Cittadinus. Quod certum est, nostrum *Senza* ejusdem originis est ac Gallicum *Sens*, nam & vete-

veteres dixerunt *Sanza*, ut proinde
a Gallis vocem nos accepisse vi-
deamur. An verò *Gallicum Sens*,
seu *Sans*, e *Sine* Latino manarit,
incertum est.

Serchio. Etruriae fluvius qui per Car-
fanianam, & agrum Lucensem at-
que Pisanum in mare exoneratur,
Auser Latinis. Ex hoc ipso *Ause-
re* corrupto efformatum fuit *Serchio*.
Fortasse miraris. Attamen rem cer-
tam praebeo. Vide Dissertationem
XIX. de *Trinitate*, ubi in Charta
Lucensi Anni Christi DCCCC-
XXIV. memoratur flumen *Auserclo*
ab *Auserculus*, scilicet diminutivo
nomine. Excidit sensim *Au*; &
Serculus pro more Linguae nostrae
evasit *Serchio*, uti e *Circulus Cer-
chio* &c. Si Etymon ejusmodi no-
visset Menagius, is fortasse sibi
plausisset, quod inversis saepe La-
tinorum verbis, pro suo arbitrio
inde *I alica* pertraxerit.

Seta. *Sericum*. Ex nomine Civitatis
Hispanicae *Setabis* derivatum no-
men censuit Justulus Spoletanus in
Præmiae de *Sericco*. Immo inquit Me-
nagius, *contrarium verum est*. Nam
Setabis nomen sumvit a *Seta*. Heic
ille nos amandat ad Bochartum
Lib. I. Cap. 35. de Phoeniciis Co-
loniis, ubi is nomen datum Urbi
conset ex Hebraicis vocibus *Seti-
bus*, idest *Stamine vel telâ byssi*,
quae ibi texebatur. Silius Lib. 3.

Setabis & *telas* Arabum sprevisse su-
perbas,
Et Pelusiaco filum componere Nilo.

Sed in iis Silii versibus aliquid de-
siderari videtur. Et quod plus est,
nihil aliud inde extundas, nisi te-
lam lineam, illamque egregiam,
Setabi fabricatam fuisse. Nempe

A

B

C

D

E

Byssus nihil aliud fuit, nisi pre-
tiola Lini species. Propterea *Ca-
tillus Sutaria* ex Urbe *Setabitana*
ad se missa laudat. Quæ ergo *Se-
rici* nomen (Italice *Seta*) inde pro-
fectum velis? Neque ex Latino
Setum, sive *Seta*, significante *Pi-
los* duriores, praecipue *Suum*, hoc
vocabulum deducas; nam inde qui-
dem nostrum *Setola* venit. Hoc au-
tem nomen *Sericco* inditum fuisse
nemini persuadeas, quum *Sericum*
filamentis, iisque supra modum
mollibus ac subtilissimis constet;
contra verò *Setae* aprorum durae,
rigidae, atque a filo diversae, no-
scantur. Plautus propterea in Ca-
sin. Act. V. Sc. 2. ait:

*Ita, quasi Setis, labra mibi compun-
git barba.*

At unde *Seta* Italicum? A me ne-
pete. Quod tantummodo animad-
vertas velim, *Sericum* a Germanis
appellatur *Seide*, a nobis *Lombar-
dis Seda*, & *Seda* quoque ab Hi-
spanis. Num *Tusci* vocem hanc
in *Seta* mutarunt? Germanicae o-
riginis eam appellare non audeo;
quippe Germani a nobis *Sericum*
acepere, non verò nos ab iis di-
dicimus. *Anglica Lingua Silk* *Se-
ricum* nuncupat. Mutinenses au-
tem, apud quos ingens copia *Se-
rici*, & sane præstantissimi, quo-
tannis conficitur. *Sirga* dicunt fol-
liculos *Bombycum*, postquam inde
papiliones enati sunt, e quibus in
aqua maceratis fabricatur *Bavella*.
E *Sirica* nomen hoc sumtum. *Si-
ricum* verò pro *Sericum* in usu fuit
apud *Latino-Barbaros*.

Sgberro. *Thrafo*, *Satelles*, *Miles glo-
riosus*, *Verbis minax*, sed re pavi-
dus. Non a *Cerro Gerronis*, *Gerrus*,

Ex-

Exgerrus (quod opinatus est Menagius) descendisse hanc vocem puto. Aliud est enim *Nugator*, idest *Gerro*; aliud *Tbrazo*, hoc est, *Sgherro*. Verisimilius e *Scara*, significante *Aciem* militum, vox emersit. Quos nunc appellamus *Sgherri*, veteres dixerunt *Scaranos*. Petrus Azarius in Chronico pag. 413. Tom. XVI. Rer. Italicar. de Comite de Lando haec habet: *Universa Italia ipsum formidavit, & a Scaranis, & inermibus peditibus ipse Comes astutus exstlit suffocatus*. Mutinenses adhuc usurpant verbum *Sgarrare* pro *Jactare* se fortē, sive *Farla da Sgherro*. Id ab Hispanis accepimus, quibus *Exgarrar* est *Minari* verbis, incessu, vultu &c. *Fare il Bravo*. Uti e *Scara* prodiit *Schiera*, ita & *Sgherro* processisse potuit.

Sgombrare. Vide supra ad verbum *In-gombrare*.

Sgmentarsi. *Cadere animo*, *Consternari*. *Sgmentare* etiam tum activā, tum neutrā significatione reperitur. *Sgmentire* quoque familiare est Mutinensibus. Abstrusam verbi originem fortasse Menagius sensit, quum nihil de illo habeat. Ego, donec vero propiora adferant alii, conjecturam meam, qualiscumque sit, proponam. *Mentem* in hoc verbo nemo non sentit. Inquirendum igitur, an ex *Commentarii Latino-rum* prodiisse potuerit Italicum *Sgmentare*, sicut ab *Ementiri* venit nobis *Smentire*. Nempe *Commentari* est *Cum Mente sua volvere*, aut *inire consilia*, *Meditari*. Addito a Majoribus nostris *Ex*, quod privationem inducit, potuerunt veteres significare actionem illius, qui improviso aliquo terrore, impedimento, infortunio, corruptus, consternatur animo, quo tempore ex

A ejus mente cogitationes, ex ejus ore verba cadunt. *Resta confuso*, *sbalordito*, *stordito*. Nil tolerabilius haec tenus mihi occurrit.

B *Sgurare*. Argentum, Aes, Ferrum, aut alias res tergere, & in splendorem dare. Ferrario *Exaeruginare*, aut *Excoriare* originem huic verbo praebuisse creduntur. Recte exco-
gitatum ab *Exscoriare*, nempe tol-
lere *Scoriam*. Contra Menagius a Latino *Excurare* deduxit, quum apud Faustum Rejensem, ut is ait, occurrat *Excurare rubiginem*. Et sa-
ne adhuc in Gallica Lingua usur-
patur *Escurer* eadem significatione,
qua nostrum *Sgurare*. Nostrum, in-
quam, nam etsi in Vocabularium
Florentinum inlata minime fuerit
vox ista, ad Italicam tamen Lin-
guam spectat, & est usitatissima
inter Lombardos. Sed ne Menagii
quidem sententiae acquiescendum.
Apud Faustum Rejensem in editis
legitur *Excutit rubiginem*, non ve-
rò *Excurat*. Deinde, quod plus est,
Germania verbum habet, illudque
proprium, uti videtur, ac priscum
suae Linguae, unde natum opinari
licet Italicum *Sgurare*. Videlicet
ipsis est *Scburen*, sive *Scheuren*
pro *Explorie*, *Tergere*, *Nitidum ef-
ficere*. Inde etiam Angli mutuati
fuere suum *to Scour*, vel *Scowr*,
cui est ipsissima significatio. Quae
verba si ad Italicam Linguam trans-
feras, reddunt *Scurare*, *Sgurare*,
ira pronuntiatum, ut discrimin es-
set inter *Scurare*, idest *Obscurare*,
atque *Explorie*. Quenam verò prae-
ferenda sit ex hisce sententiis, Er-
ruditorum judicium esto. Neque
enim audeo ab *Exobscure* vocis
hujus originem petere.

C *Sino*, *Insino*. Usque. Idem significat
Fino & Insino: & vix ulla dubi-
tan-

tandi ratio est, quin primitiva vox dicenda sit *Fino*, seu *Infino*, quae postea conversa sensim fuerit in *Sino* & *Insino*. Mutinensibus in usu tanum est *Fino* & *Infino*, non verò *Sino* & *Insino*. Quod tamen mirum videatur, aliud simile exemplum *F.* immutati in *S.* difficile ostendas. Menagius *Fini* pro *Uisque* usurpatum ab antiquis Juri-sconsultis in Digestis animavertit, Duarenio, & Scipione Gentili praetribus. Immo Cato, atque Hirtius de Bello Africano, eâ voce usi dicuntur. Sed mihi suspecta sunt, quaecumque veterum Latinorum exempla in hanc rem adferuntur. Neque enim ullus Grammaticorum veterum nos monuit, *Fini* adhibitum fuisse loco praepositionis aut adverbii. Exempla ipsa, quae producuntur, explicanda fortasse sunt aliter, & MStos Codices diligentius scrutari opus esset. Ceterum consentio & ego, Seculis saltem Barbaricis e *Finis* enatum fuisse *Fino*, pro *Usque*, ac propterea non *Infino*, sed *Infine* occurrit apud quosdam ex antiquis Scriptoribus Italicis. Nam *Finis* est *Limes*, *Terminus*, praesertim apud Scriptores Gromaticos, sive Rei Agrariae. Exempli causâ dicere consueverunt. *Finis ad Kalendas Julias*, idest *Terminus*, *Usque*. In Charta Anni Christi MLII. quam produxi Cap. 24. pag. 237. Antiquitat. Eftensium legitur *Fine al capo del Monte* eadem significacione. In Charta Vulturnensis Coenobii Anno Christi DCCCXLIX. exaratâ, pag. 393. Vulturnensis Chronicus legitur: *Qui habet fines de capu fine via publica antiqua: de alio latu finem flumen Calore: de alia parte fine flumen Cottia*. Et

A pag. 419. habente fines ab una parte fine monte: da secunda parte serra de Venafrani, & fine fluvio, qui vocatur *Cesto*. Sunt & alia plura, quae praetereo, ibi, atque in Additamentis ad Chronicon Cassiense Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum.

B *Smacco. Ludibrium, Irrisio, Contumelia. Smaccare. Famam alicujus denigrare.* Exempla non admodum antiqua habes in Vocabulario Cruciano, ita ut non nata vox apud nos, sed aliunde importata dignoscatur. Apud Mutinenses familiaris est. Illam Menagius neglexit. Erunt, qui ex Arabica Lingua arcestant. Illi quippe est *Ssmacha*, significans *Ludibrio* & *joco expone-re*. Compositum verò *Massmachten*, *Ludibrium* sonat. Mihi tamen veri videtur similius, e Germanica Lingua, cui est *Schmacb*, significans *Affronto, Disonore*, cum aliis compositis, profectum ad nos fuisse *Smacco*. Quod tamen statuo, dum vetusta sit apud illos vox ista, neque a nobis Germani iidem acceperint. Quum verò sit recens in Italia, nos potius ab iis didicisse videmur. Apud Schilterum in Glossario antiquo Teotonico *Smac* est *Foetor*: quod minime abludit ab Etymo nuper indicato.

C D E *Smaltire. Digerere, Concoquere.* Dicimus de cibo in stomachum invento. Dicimus etiam metaphorice nos Mutinenses de rebus comedibiliis, aliisque quibusdam mercibus, quae pretio divenduntur, aut copiose distrahuntur, puta *Quel Fornaio ha smaltito molto pane*; *quel Bettoliere ha smaltito molto vino*; *quel Pizzicagnolo ha smaltito molto salume &c.* Cuinam persuadere possit Menagius, vocabu-lum

lum hoc e *Maliba* processisse, non video. Aliquid simile fortassis habent Germani, quibus *Schmelzen* significat *Liquescere*, *Dissolvere*. Eodem quoque sensu Mutinensium Dialectus adhibet *Padire*, hoc est *Digerere*, cuius verbi adhuc ignorantiam mihi originem fateor. *Patire* hoc sensu dicunt Florentini.

Smilzo. De eo dicitur, qui gracilem ventrem prae inedia, aut alia de causâ gerit. Titubans ajo, pendendum esse Medicis, num ex Germanico *Miltz*, significante *Liene*, sive *Splenem*, unde Italicum *Milza*, manasse unquam potuerit haec vox *Smilzo*; quasi qui *Liene* aut carent, aut laborant, in maciem vergant, atque extenuatum ventrem habeant, ita ut *Smilzo* sit veluti *sine Liene*, aut *Liene* laborans.

Smorzare. Vide infra ad verbum *Spegnere*.

Soffice. *Mollis*, ad tactum manus cedens. Tuscorum vocabulum est. Efformatum, ait Ferrarius, a *Suf-fultus*. Quis credit? Menagius hanc ei nativitatem tribuit: *Supplex*, *Supplicis*, *Supplice*, *Sufflice*, *Soffice*, *Soffice*. Tum addit: *Viene* sicuro da *Supplice*. Erunt, qui confidentiam docti hominis mirentur. Germanicae Linguae est *Sanfti*, idem quod Italicum *Soffice*, & *Sanftigen*, *Ammorbidire*, *Ammollire*. Antiqui Saxones *Soft*, voce utebantur, idem significante. Et inde ad Britannos penetravit *Soft*, & to *Soften*, quibus verbis pars sensus est. Quare considerandum est, num in *Soffice* converti potuerit Saxonum illud vocabulum.

Soia. *Der la Soia*. Adulari illudendo. A *Solum*, quia *Planum* est, derivat hanc vocem Ferrarius. Nemini-

ni haec ille persuadeat. Mutinenses quoque dicunt *Der la Soia*, & *Soiare*. Vide, an potius vox ista a Gallis in Italiam descenderit, quibus *Choyer* est *molliter attrellare* aliquid, *mollia verba de aliquo aut ad aliquem dicere*. Idem fortassis a nobis translatum ad irrisores, quotiescumque ironice adulantur.

B **Soldato.** *Miles*. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

Solleticare. *Titillare*. Nemo non videat, frustra censuisse Ferrarium, ab ipso *Titillare* prodiisse *Solleticare*. Neque dignior plausu sententia Menagii, deducentis hoc verbum e *Sublettio*, *Sublettico*. Mihi potius enatum creditur aut ex *Sollicitare digitis*, aut ex *Sub & Allicio*, seu *Illicio*, conversis in frequentativum *Allicitare*, *Illicitare*. Sed ut ut obscura adhuc sit Tuscae hujus vocis origo, certe subodorare possumus, unde Mutinense vocabulum, *Far le Bletiche*, ac verbum ipsum *Bleticare*, idest *Titillare*, venerit. Usi sunt Latini & verbo *Vellicare* ad significandum *Pizzicare*, quod leviter factum significat *Titillare*. Ex ipso in *Vellicare* frequentativum converso prodidit *Belliticare* seu *Bleticare* Mutinensium, idem significans atque *Tuscum Solleticare*,

E **Sorgente.** *Scaturigo*. Unde haec vox manarit, facile quisquis intelligat, nempe a Latino *Surgo*, vel *Exsurgo*. Quintilianus Lib. 8. Cap. 3. nobis exhibit fontes *Surgentes*, videlicet ex humo scaturientes; & Ovidius Lib. I. Tristium, Elegiâ X. *Surgit aqua*. Ita ut ignorem, cur Cl. V. Marchio Scipio Maffejus Lib. I. Cap. 14. de Amphitheatris, postquam *Salientes* in Veronensi Inscriptione me-

mora-

moratos interpretatus est ciò, che in oggi diciam *Fontane*, postea subdat: Anzi io penso, da quella voce Latina (*Salientes*) effer venuta in nostra Lingua quella di *Sorgente*, benchè *soglia usarsi* in senso alquanto diverso. Est & alia vox paris significacionis Mutinensibus, nempe *Sortia*, quam e Gallico *Sortir* traxisse videntur, aut potius ab ipso *Surgere Latino*, e quo vel antiqui Grammatici testantur, efformatum fuisse participium *Sortitus*, vel *Sortus*, unde *Surto* & *Sorto*, & in compositis *Risorto* apud Italos. Ex ipso *Sortus*, seu *Sorto*, *Sortia*.

Sorgo. Leguminis genus. Vide Dissertationem XXIV. de Artibus Italicorum.

Sottana. Vestis genus. Vide Dissertationem XXV. de Texrina.

Spaccare. Per medium *Findere*. Si Menagium auscultamus, hoc verbum descendit ab *Expactare*, verbo nempe composite a *Pango*. *Compingo*, *Compactus*, cuius contrarium *Expactus*, idest non *Compactus*. Inde *Expactare*, *Expacare*, *Spacare*. Non subscribo. Ab *Expactare* efformassent Itali *Spattare*, non *Spaccare*. Legitima verbi origo apud Teutonicos reperitur. Habet eorum Lingua *Packen* significans *Compingere*, nobis *Imballare*, *Avviluppare*, *Congiugnere in un fascio*, o *involto varie cose*. Inde *Pack*, *Fasciculus*, nobis *Involto*, *Fas:io*. Ex ista Germanica voce nos Itali efformavimus diminutivum *Pachetto*, & Galli *Paquet*. Angli ex eodem fonte duxerunt suum *Pach* & *Packet*. Germanicum vero *Pac'en*, quod Italice redditum daret *Paccare*, nos nunquam usurpavimus, sed quidem ejus contrarium, nempe *Ex-*

Tom. VI.

A paccare, *Spaccare*, reapse significans *Dissolvere*, seu *Findere*, quod prius unitum erat. An vero *T uonum Packen* e Latino *Pango* descendederit, decernent alii, non ego. *Spacciare*. *Expedire Latinis*. Gallis *Depecher*, Anglis to *Dilparch*, Hispanis *Despacbar*. Incertum, num nos a Gallis, an illi a nobis acceperint. Vide supra *Impaccio*.

B *Spalancare*. Aliquid clausum aperire. Menagius deducit ab *Exvalancare*. *Palanca* enim significat ipsi Menagio palum divisum per longum. Mihi dubitatio aliqua supereft, num a *Palancato* potius quam a *Palanca*, natum fuerit *Expalancare*, sive *Spalancare*. Erant *Palanca*ta claustra ex Palis, quibus Civitatum antemuralia, aut Portarum aditus muniebantur, nunc appellata voce Gallicâ *Palizzate*. Frangere, hoc est, aperire *Palancatum*, nuncupatum est *Spalancare*. Quod verbum propagatum deinde fuit ad latiorem significacionem, hoc est quotiescumque referatur & panditur aliquid antea clatum.

C *Sparagnare*. Vide supra ad verbum *Risparmiare*.

D *Sparpagliare*. *Dispergere*. Menagii verba haec sunt. *Credo da Spargo*, *Spargico*, *Spargiculo*, *Spargiculare*, *Sparglare*, *Spagliare*; e con la reduplicazione *Sparpagliare*. Quod mirum addit: E' cosa certa: Immone nihil magis alienum ac diffonum ab Etymologiae legibus, uti dignoscet quisquis mirabiles excogitatae hujus scalae gradus serio perpendat. Mihi nulla certa origo vocis. Quamdam nihilominus conjectaram proferam, quae si non vera, saltem toleranda apparere possit. Quae Tuscis *Farfalle* appellantur, Latinis *Papiliones*, a-

R r r

pud

pud nos Lombardos *Parpaglie*, sive *Parpaie* (quod idem est) nomen retinent. *Papilionum* proprium omnes norunt non recto volatu incedere, sed huc & illuc, & in omnem partem per aera ferri. Hinc nescio, an suspicari liceat enatum *Sparpagliare*, quum nempe *Papilionum* more aliquid dispergimus huc & illuc. Porro incertum quoque est, num Itali a Gallis, an Galli ab Italibus vocem hanc didicerint: nam etiam Gallis est *E-sparpiller*, & Hispanis *Desparpaiar*. Bononiensibus in usu est *Sparpaiae*. Mutinenses vocem corruerunt dicendo *Spargagnare*, qui praeterea a *Spargo* traxerunt alterum verbum, idest *Sparguiare*, diversae quidem originis, sed ejusdem significationis.

Spazzare. *Ververe*, *Eververe*. Si Ferrarius & Menagius heic audiendi, verbum istud e *Spatium* Latino deducendum est. Difficile credam. At, inquiunt, *Spazzo* pro *Pavimentum* & ipsi nostri Majores usurparunt. Ita quoque locum Dantis Cant. 14. Infern. interpretati sunt Academicci della Crusca. Inquit Dantes:

Lo Spazzo era una rena arida e spessa.

Verum *Spazzo* ibi non *Pavimentum*, sed *Spatium*, sive *Area*, exponitur ab antiquissimo Dantis Interpretate, Benevenuto de Imola, qui scribit in Commentariis nondum editis: *Lo Spazzo, hoc est, tota planities spatiofa, quae continetur intra istum circulum.* Rursus ait Dantes Cant. 23. Purgator.

E non pur' una volta questo Spazzo.

A Benevenutus addit: *Questo Spazzo*, idest, *ista Deambulatio*. At quamvis *Pavimentum* significaret, non idcirco nativam verbi *Spazzare* significationem inde colligimus. Aliud est *Pavimentum*, aliud fordes everrere e *Pavimento*. At tu meliora adfer, reponentem audio. Nihil mihi succurrit. Eruditi dunt taxat Germani perpendant, num eorum *Putzen*, significans *Purgare*, *Mundare*, converso *U.* in *A.* dedisse nobis potuerit *Spazzare*, quod factum fuisset, si in aliis Septentrionalium Linguarum Dialectis pro *Putzen* dictum fuisset *Patzen*. Infra *Dumpff* & *Dampff*. occurret ad vocabulum *Tanfo*. Facile vero Lingua nostra *S.* initiale addere potuisset, immo & *U.* in *A.* immutare, ut hoc verbum distingueret a *Puzzare*. Vide quoque, num *Spazzare* & *Spacciare*, ejusdem forte fuerint originis, & consule supra vocem *Impaccio*. In Concilio Triburiensi Anno Christi DCCCXXI. legitur: *Si Presbyter male tractatus fuerit, & Spassaverit.* Dugangius *Spassare* pro *Male accipere*, *Castigare*, interpretatus est. Sed nihil aliud ibi *Spassare*, nisi *Convalescere*, ut antecedentia ostendunt.

B E *Spengere*, *Spegnere*. *Extinguere* Tuscorum verbum est, a Lombardis in loquendo minime usurpatum. Ab *Extingo*, aut a *Singuo* enatum suisse censet Menagius. Facilius quadrata rotundis aptes. Originem vocis frustra quæsivi. Ejus tamen vestigium aliquod an forte subollecerim, judicabunt Eruditi. Neque enim mihi tribuo, rem certò tetigisse. Si Italicae Linguae morem consideramus, nostrum *Spengere* manasset ab *Expengo*, quod

verbum universo Latio ignotum fuit. Quid si ab *Expungere*, significante *Delere*, quod corruptum Majores nostri in *Expengere*, *Spengere* mutarint? Quid si ab *Expingere*, idest *Delere*, quod *antea* *Pielum fuerat*? Postrema haec vox rectius quoque sese in rem nostram accommodat. Nam Itali Latinum *I.* in *E.* interdum convertunt. E *Findere* fecimus *Fendere*: e *Pignus*, *Pegno*; e *Signare* & *Signum*, *Segno* & *Segnare* &c. Porro, et si videatur propria significatio verbi *Spengere* respicere Ignem, seu Lumen, aequa tamen per Metaphoram Italice dicimus, *Spegnere la sete*; *Spegnere la scrittura*; *Spegnere la pittura*: una *Faniglia Spenta*: *La voglia è spenta* &c. Latini *Expungere* dixerunt, quod nos *Cessare*, *Cancellare*. Veri quoque simile est, Latino-Barbaros usurpasse *Expingere* pro *Delere picturam*; ac deinde usos aut illo verbo, aut isto, converso in *Spengere*, significatione latiori, ac metaphorice postmodum ad Ignem, Lumen, Sitim, Stirpem, Desiderium &c. Ita *Smorzare*, & *Ammorzare* significat *Extinguere*, vox a Morte barbaricis temporibus efformata. È autem utimur, sive proprie, sive translate, significatur extinctionem Ignis, Luminis, Sitis, Irae &c.

Sperone. *Calcar*. *Speroni*. *Calcaria*. A *Spola*, ignoto mihi vocabulo. deducebat Ferrarius. Audiendum non puto. Clarissimus verò Maffejus in Verona illustrata arbitratus est, e Latio petendam vocis originem, quippe in Synodica Ratherii, ut est in Codice Frisingensi, legitur: *Cum Calcaris, quos Sparones rustice dicimus*. In editis Dacherii tan-

A tum legitur cum *Calcaribus*. Et fortasse Ratherium virum doctum non decuit dicere cum *Calcaris*, quos. Vide inter Concilia Labbei ad Annum Christi M^X. parum dissimilem Synodicam. Fuerunt autem *Spara*, Festo teste, levissimi generis jacula, ab eo quod *Sparantur*, dicta. Ingeniosum sane est Etymon Ratherio tributum, quasi *Calcarium* acumina & cuspides ad *Sparorum* imitationem conficerentur. Ab eo tamen amplectendo deterreor, atque additamentum ab Exscriptore seu Amanuensi aliquo textui Ratheriano intertextum facile suspicor. Nam praeterquam quod nullam similitudinem inter *Calcaria* invenias, & *Spara*, quae, uti Servius scripsit, *Tela recurva* & missilia fuere: neutiquam *Sparones* apud Ratherium legendum est, sed *Sporones* vel *Spaurones*. Du-Cangium vidē ad hanc vocem. Quare tutius est cum Menagio sentire, qui ex Germanica Lingua deduxit *Sperone*. Antiqui Saxones *Spora* appellabant *Calcar*. Germanis hodie est *Sporen*, Anglis *Spurr*. Itali inde efformarunt *Sprone*, *Sperone*, & Galli (fortassis a nobis) suum *Eperon*. Quum Ratherius ait, *Calcaris*, quos *Sparones* *Rustice dicimus*, re ipsa significat, *Sparones*, non Latinae, sed Vulgaris Linguae vocem fuisse, utique ex Germania profectam.

E *Spesa*, pro *Alimonia*. Dicimus enim *Dar le spese ad alcuno*. Dubius sum, an ab *Expendo* & *Expensis* manarit, an verò a Germanico *Spiess*, significante *Nutrimentum*, *Alimentum*, *Cibus*. Inde *Speisen*, quod nos dicimus *Spesare*, hoc est *Pascere*, *Nutrire*, atque aliae voces compositae in Germanica Lingua.

Nisi & ipsi Germani suum *Spieß* ex Latino *Expensa* deduxerint, nos fortassis ab iis hanc vocem mutuati fuerimus.

Spezzare. Vide supra ad vocabulum *Pezza*.

Spias. *Explorator*. *Spiare*, *Explorare*.

Gallicae Linguae est *Espie*, *Espier*. Fureterius a *Spicis servandis*, aut a *Specula* Latino, aut ab Italico. *Spias* Gallicam vocem arcessit. Menagius ab antiquo ac inusitato *Spicare* pro *Aspicere*, hanc traxit. Caninius ab *Explorare*, Ferrarius a *Speculor* deduxere. Denique Vossius a Germanico *Spien*, ipsam derivavit. Mihi quoque veri videatur similius ab ea Lingua, non autem a Latina, diffusum fuisse vocabulum in reliquias Europae gentes, quas sibi Arctoi Populi subdidere. Germani *Spiare* dicunt *Spēn*, & *Speben*. Praeter Gallos Hispani quoque *Espia* dicunt, Angli vero a *Spy*, & to *Spy*. Saxones antiqui *Spyrian*, Belgae *Spien*. Difficile tot Populi consensissent in convertendo *Speculor*, *Spico*, & horum similia in eandem vocem *Spias*. Facile vero ab una Septentrionalium gentium Lingua singuli isti Populi antiquissimum *Spias* deduxerint. Rolandinus Lib. 4. Cap. 11. Chronicus ad Annum Christi MCCXXXIX. scribit, ab Eccelino de Romano *Spiones* quosdam collocatos fuisse, ut adnotarent, qui amicitiam juncti forent cum Marchione Estensi.

Spigolo. *Angulus* in corporibus solidis. Ita appellatum fortasse fuit, quod anguli acuti in portis, in arcibus &c. *Spiculi* cuspidem imitari videantur.

Spilorio. *Avarus*. Nomen fortassis emanatum ab *Expilando Urceos*, sive ex

Italico *Spillare gli Orci*, quod de Avaris, aut de Mendicis dictum, qui reliquias vini ex alienis urceis fugunt, ut proprio parcant; aut ex angustiore urcei rostro (*Buccio Tuscis*) bibunt, ut minus bibant.

Spolia, *Spuola*. Vide supra ad vocem *Pania*.

Spranga. Vide supra in vocabulo *Branca*.

Sprecare. *Prodigere*, *Consumere*, *Dispergere*. Romanae, aut Neapolitanae Dialetti verbum puto. Academic Florentini unum exemplum offerunt, desumptum ex Rhythmis Fratris Jacoponi Tudertini. Perpende, num nostrum *Sbrigare* in ore Apulorum evaluisse potuerit *Sprecare*.

Spruzzare. *Conspergere*, *Aspergere*. Menagio origo verbi hujus est *Spargere*. Sed aliud est *Spargere*, aliud *Conspergere*; praeterquam quod nimia est diversitas inter *Spruzzare* & *Spargere*. Vox est Germanica, ad nos translata. Germanis *Spritzen*, seu *Sprutzen*, idem significat atque Italicum *Spruzzare*. Italis quoque in usu est *Sprizzare*, sed significat *Profilire*. Mutinensis Dialectus adhibet *Spruzzare* & *Spricare*, idem significantia atque *Conspergere*. Praeterea Italice dicimus *Sbruffare*, quod a fono vocis enatum videtur.

Squadra, *Squadrone*. Vide supra ad vocem *Schiera*.

Stallā. *Stabulum*. Ab hoc ipso Latino vocabulo Italicum Menagius efformatum putat. Non improbo. Attamen quum sit antiquissima ac propria Germanicae Linguae vox *Stall*, neque illa e *Stabulum* nata videatur, ex Germania potius quam ex Latio fortasse petenda origo vocabuli nostri *Stalla*. Sed nihil decerno.

Stanco. *Fessus.* Nunquam a *Sinister*, A *Sinistra*, *Sinistracus*, *Stracus*, *Stacus*, *Stancus*, hanc vocem cum Menagio deducas. Id genus Etymologiarum somniantem, non verò accuratum virum, decet. Germanicae originis est *Stanco*. Veteres enim Saxones *Stank*, ad designandum *debilem* & *fatigatum*, usurparunt, atque in Angliam detulere, ubi adhuc in usu *Stank*. *Sinistra* verò manus appellata a nobis fuit *Stanca*, eo quod p̄ae *Dexterā* sit debilis, ac infirma, & scribendo, aliorumque operum usui minus apta: qua ratione etiam *Manca* a Latino *Mancus* dicta est. Ceterum postquam ex Germanico *Stank*: Itali suum *Stanco* deduxere, ita ex hac voce alias derivarunt, puta *Stanchezza*, *Stancare*, *Stancarsi*.

Stecco. *Frustulum rami*. Jure Scaligerum seniorem Menagius arguit, quod a Graeco Στέλεχος hanc vocem traxerit. Arcessit ipse e Germanica Lingua, & meritò. Est enim Germanis *Stecken* & *Steck*. Angli quoque appellant a *Stick*, & to *Stick*, uti & Belgae *Steck*, & *Stecken*, quod nos *Stecco* dicimus, & *Insteccare*, pungere con uno *Stecco*. Sed & Pali appellati fuere *Stecchi*, unde vox *Steccato*. Nicolaus de Jamilla Tom. VIII. Rer. Italic. pag. 573. *Sticchatos*, sive *Paliciata circum circa Civitatem*, memorat.

Stentare. *Rebus necessariis laborare*, *Difficultatem pati*. Inde *Stento*, idest *Labor*, *Incommodum*. Primo aspectu obvia videtur vocis origo. At in syrtes conjectum continuò te sentias. Accipe quid viris doctis in mentem heic venerit. Nonnulli a *Tenuis*, inquit Menagius, *Tenuitare*, *Stenuitare*, *Stentare*, vocem trahunt. Etymon sane non uno titu-

B

C

D

E

lo ridendum. Subdit ille: *Potius ab Abstineo, Abstinentum, Stentum facere*. Sed alienum prorsus a significatione verbi *Stentare* Italici est Latinum *Abstinere*. Ferrarius a *Sustinere* derivat. At *Sustentare*, quod e *Sustinere* desumitur, nil rei habet cum significatione verbi alterius. Me quoque audire ne te pigeat. In militia potissimum innumera *Tentantur*, ac praecipue in obsidionibus. Ubi militibus tentantibus vallum, moenia, turrim, & similia, occurrabant difficultates & labores ingentes sine fructu, ii cedebant, atque a *Tentando* desistebant, donec resumtis viribus, animoque, iterum *Tentabant*. Inde ortum *Bistentare*, hoc est *Bis Tentare*, quod postea propagatum fuit ad significandum quidquid cum difficultate, labore, & incommodo agimus, aut patimur. Itaque primo dictum fuit *Bistento*, cuius vocis exempla apud Boccaccium, & Joannem Villanum habes in Vocabulario Cruscano. Deinde pro *Bistento* venit *Stento*. Olim credebam ab *Extentare* natum hoc vocabulum, ad significandum *Desistere a Tentando*, sive ab *Incepto*, ob difficultates objectas. At propior vero postea mihi visa est origo e *Bistentare*: quod tantummodo fit in arduis rebus. Vocabularii Florentini Auctores, quum apud Joannem Villanum Lib. 9. Cap. 347. vitiosum Codicem sequuti invenissent *Bistendare*, verbum hoc interpretati fuerunt *levar la tenda*. Tassonius noster errorem indicavit, docens, ibi scriptum *Bistentare*, idem atque *Stentare*. Ego quoque in editione Villanii Tom. XIII. Rer. Italicar. auctoritate Codicis Recanati veram lectionem restitui.

Qua-

Quare e nupera editione Vocabularii ejusdem expunctum videoas Biſtendare. Atque heic animadverte, Italicum *Storto* non ab *Extortus*, sed a *Bistortus* prodiisse. Usi sunt quoque Scriptores Tusci voce *Biflorto*.

Stizza. Vide supra ad verbum *A-dizzare*.

Stordire. Attonitum, seu stupidum i-
stu aut strepitu aliquem efficere. Inde *Stordito*. Gallicae quoque est Linguae *Estourdiv*, *Estourdi*. Menagium audi, *Da Stolidus*, *Stolidi-
re*, *Stolidito*, *Stoldito*, *Stordito*. Ov-
vero da *Storpeo* (Americanum ver-
bum puto, non Latinum) *Extor-
peo*, *Extorpio*, *Extorpire*, *Storpire*,
Stordire. Più m' aggreda la prima
maniera. Nihil difficile Menagio,
quippe cuius ingenio facile est sca-
las fabricare, per quas in abstru-
sa quaeque loca penetret. Ab *Ex-
furdatus* hanc vocem non felicio-
ri minervâ deduxit Ferrarius. No-
bis est *Affordare*, & *Affordire*. Ad-
ditur *T.* in *Stordire*, atque hoc
aliam originem indicat. Accipe
nunc, & perpende conjecturam do-
ctissimi Du-Cangii in *Glossar. Lat-
tin.* ad vocem *Stordatus*, putantis
e *Stormus*, (significante *Pugnam*,
quod veteres Galli vernaculâ Lin-
guâ appellabant *Estour*) efforma-
tum fuisse *Stordito* Italicum, &
Gallicum *Estourdi*, hominem vi-
delicet significans, qui a proelio
venit, non satis sui compos *prae-
certaminis horrore & fragore*. Dici-
mus. etiam eodem sensu *Imbalordi-
to* & *Sbalordito*. Mutinensis Diale-
ctus habet *Stornire* & *Instornire* pro
Stordire: quod proprius accedit ad
Stormo. Sed quomodo *D.* sese in-
truserit in ejusmodi vocem, nemo
edicit: quare adhuc anceps haereo.

A *Stormo*. Subitus ad pugnam hominum concursus. Menagius a Graeco Στό-
λος, aut potius a *Turma* Latino,
Superis invitis hanc vocem edu-
cendam suspicatur. Si Linguis Se-
ptentrionalium majorem operam
navasset, certam vocis originem
nullo negotio detexisset. Nempe
Saxonum, Danorum, Belgarum, &
Anglorum propria vox est *Storm*,
per quam *Procella*, & *ventorum di-
gladiatio* significatur. Hanc ii Po-
puli transtulere ad significandum
congressum, *proelium*, seu *tumultum*
hominum, irâ aut aliâ de causâ ex-
citatum. *Sturm* Germanis idem son-
nat. Nihil est, quod obtorto col-
lo Latinorum Linguam huc advo-
cemus, quando nobis purum pu-
tum vocabulum suum Germanica
Lingua suppeditat, quae antiqui-
tate Latinam si non superat, cer-
te aequat. Neque *Sonare a Stormo*
unquam dictum fuit, quasi ad con-
gregandum Populum more *Sturno-
rum*; sed *Sonare a Stormo*. Paucis-
imi, ac fere nulli, nedum Lombardiae,
sed & Italiae Populi vo-
cis hujus usum nunc retinent; sed
Mutinae perdurat *la Stormida*, sive
la Stermida, hoc est, pulsatio Cam-
panae majoris, idem atque *sonar*
Campana a martello, quum Popu-
lus est congregandus. A *Sturmis*
sive *Stormis* orta vox, quum nem-
pe inchoato rumore aut pugnâ in-
ter Cives, aut cum hoste, Popu-
lus ad arma per campanam convo-
cabatur. *Sturmen* adhuc Germani
appellant *Classicum canere*. Dantes
quoque *Stormire* pro *Perstrepare* u-
surpavit. *Pulsare Campanam ad Stur-
mum*, legitur in *Chronico Domini-
ni de Gravina Tomo XII. Rer.
Italicar. pag. 620. Occurrit etiam
vox *Sturmata* in *Annalib. Genuensib.**

Caffa-

Caffari, Lib. 6. & in antiquis Statutis Civitatum Italicarum. Immo & in eisdem Annalibus Genuensis legitur *Brida*, eadem significazione, e Gallico *Bruit*, *Strepitus*, *Tumultus*, *Rumor*. In Statutis Pistoriensibus, quae heic edita Legator habebit, §. 130 legimus: *Si aliquis Pistoriensis Civis detulerit adsteritum, vel adallevantium, Spedum, vel Lanceam, vel Barionem, vel Malatayam &c.* Vereor, ne heic error non unus cubet. Pro *Adsteritum* legendum fortassis *ad Sternitum*. Fortassis etiam *ad Levantiam* legendum est, & nescio, an significet *Levare rumore*. Itaque in ejusmodi casibus interdicitur Civibus accurrere illuc *cum Spedo* (*Spiedo* Italice) *vel Lancea &c.*

Storpio. *Mancus*, *Mutilus*, aliquo membro captus, uti sunt pedes, crura, latera, brachia &c. Inde *Storiare*. Dicimus & *Stroppio*, *Stroppiare*. Ferrarius a *Torqueo* frustra hanc vocem arcessit. Alii a Graeco Στρίπων. Sed ne apud Graecos quidem usitata significatio verbi Στρίψω (pro quo Menagius nobis obtrusit Στρίπων) Etymon ejusmodi juvat. Quare mihi veri videtur similius, a *Turpis* Latino efformatum primo fuisse barbaricis Saeculis *Turpiare*, & *Turpiatus*, idem atque *Deformatus membris*, & inde dici coepisse *Storpiato*, *Storpio*, *Storiare*, *Stroppio*, *Stroppiare*, *Stroppiato*. Additum fortasse fuit S. pro more Italorum, ut *Torcere*, *Storcere*, *Tirare* *Stirare &c.* Gallis quoque est *Estopier*. Sed opinor, hanc esse unam ex tot vocibus, quas Itali in Galliam importarunt, ut alibi ostendi.

Storto. *Obliquus*, *Indirectus*. Vide supra ad vocabulum *Stento*.

A *Stoviglie*, & *Stovigli*. *Vasa Coquinaria*. Vox Tuscorum, qua Lombardi carent. Ab illâ Menagius abstinuit. Nescio, an videri possit nomen hoc ex Germanico *Stube* profectum, quo significatur *Hypocaustum*, nunc *la Stufa*, Mutinensisbus, aliisque finitimiis Populis *la Stuva*. Si Majores nostri usi forte fuere ipso Hypocausto ad parandas dapes, idest si Culinae loco fuit eis Hypocaustum, jam haberemus, cur *Vasa Coquinaria* appellata fuissent *Vasa Stubilia*, unde *Stoviglie*. Ego tamen rem dubiam relinquo.

B *Stracciare*. *Lacerare*, *Discindere*. Guetus ab *Extrabo* progenitum putavit hoc verbum, quasi *Straccio* sit pars detracta e vestimento. Scipio Gentilis, & Monosinius e Graeco Πάκχος derivarunt. In hanc opinionem inclinat Menagius. Carolus Datus a *Strazio*, *Straziare* efformatum suspicatur *Straccio* & *Stracciare*; tum censet cum Menagio, *Straziare* manasse e *Strages*. His alliorum sententiis sit suus honor. Attamen cum Octavio Ferrario statuendum mihi creditur, verbum Latino *Distrabo*, *Distractum*, *Distractio*, a quo postremo vocabulo vulgus exculpit *Distractiare*, ac denique pro consuetudine Italicae Linguae *Stractiare*, *Stracciare*. Ita ex *Allicio*, *Allectum*, *Alleclare*, *Allettare*; ex *Devenio*, *Divenire*, atque e *Deventum*, *Diventare &c.* Majores nostri deduxere. Similiter a *Distrabo*, *Distractio*, significante *Dividere*, *Dilaniare*, *Separare*, *Straccio* enatum. *Membra divellere* ac *Distrabere*, Tulliana phrasis est, uti & *Lacerare* ac *Distrabere*. Durat eadem significatio in Italico verbo *Strac-*

Stracciare. Et fortassis ex hoc ipso fonte, potius quam e *Strages*, manavit *Straziare* & *Strazio*.

Stracco. *Fessus*, *Lassus*. Est unius Italicae Linguae vox. Habet quidem Germanica *Strack*: sed significat *Rectum*, *Directum*, eique propterea nihil rei est cum *Stracco* Italicorum. Uti nuper ad vocabulum *Stanco* animadverti, puerile Etymon mihi videtur Menagianum illud, hoc est, e *Sinister*, *Sinistracus*, deducere *Stracco*. Sed & ego heic omnino caecutio. Attamen, non quod aliquid me reperrisse mihi persuadeam, sed ut aliorum ingenium excitem ad perscrutandam abstrusam vocis hujus originem, unum subjicio. Nempe perpendendum esse, num e paulo ante memorato verbo Latino *Distrabere*, subintelligendo vires, & hoc alterum, *Straccare* nimirum, manasse potuerit, unde postea *Stracco*. Non semel monui, Veteres convertisse verba tertiae conjugationis Latinorum in modulum primae. Pro *Distrabere* dixisse potuerunt *Distrabare*, quemadmodum Lucifer Cataritanus Episcopus Seculo Christi Quarto pro *Abigere* dixit *Abigare*. Alibi quoque animadverti, Mores nostros *H* per *CH*. reddidisse. Vide supra ad vocabulum *Gupo*. Num ergo *Distrabere* immutatum in *Distrachare* genuisse tandem potuit *Distrachare*, ac demum brevitatis ergo *Straccare*, uti ex *Distractum* & *Distractio*, verbum alterum *Straciare* seu *Straziare*, & *Straccio* vel *Strazio*, verisimiliter effluxisse numer monui?

Strale. *Sagitta*. Si Ferrario & Menagio fides, a *Trabo* & *Tragula* Latino Italicum *Strale* descendit. In mentem prius venerat eidem Me-

A

B

C

D

E

nagio, vocabulum hoc arcessendum e Germanico *Straal*, seu *Stral*, significante *Radium Solis*; sed hujusmodi opinionem abjecit. Attamen verum est, uti jam Hickelius monuit, ex Germanica Lingua ad nos hanc vocem migrasse. Nam Gothicum vel Francicum est *Stral* vel *Strala*, proprie significans *Sagittam*, *Telum*, *Spiculum*, *Jaculum*. Veteres quoque Saxones dixerunt *Strael*, & *Straela*. Supereft ergo, ut dicamus, servare adhuc Germanos hanc vocem, eam tamen metaphorice dunt taxat usurpantes, appellando *Radios Solis*, *Strali del Sole*.

Strappare. *Evellere*. Nihil dubitans, ab *Exstirpare* trahit Menagius. Ab *Extirpo* nos efformavimus *Sterpare*. Non ergo *Strappare*. Quare perpendas velim, an ex *Extra Rapere* confici potuerit *Extrarapare*, uti de tot aliis verbis apud Latinos tertiae Conjugationis factum fuit, quae in *Are* Itali antiquitus deflexerunt. Vide *Branche*, & *Chiappare*. Num sensim *Strarapare* compendii causâ *Strappare* evasit?

Strapazzare. *Probris aliquem onerare*, *Contumeliis afficere*. Ferrarius ex *Depretiare*, *Expretiare*, *Transpretiare*, reluctantibus Superis & inferis, deducebat hoc verbum. Neque felicius Menagio successit, dum e *Transspatiare*, aut *Transpassare* enatum voluit. Uti supra ad verbum *Dilegiare* dixi, veteres appellabant *Strapazzo*, idest grandemente *Pazzo*, quem probris appetebant. *Strapazzare* nihil aliud mihi est, nisi ingenerere alicui contumeliosum hoc nomen *Strapazzo*. Ita *Dilegiare* e *Dileggiato* emersit, & *Villaneggiare* e *Villano*.

Striscia. Segmentum rei alicujus. En Menagii Etymon. A *Stringo*, *Stri-*

go, Strix, Strixus, Strixius, Strixia, Striscia. Ego Germanicae potius originis hanc vocem opinor: quippe Germanis est *Strich*, significans *Linea, Riga, Lista*. Gallorum more pronuntiando *Strisc*, Itali fortassis efformarunt *Striscia*. Et quemadmodum Germani dicunt *ein Strich landes*, ita nos *una Striscia di paese* dicimus, & *Striscia di panno, di carta &c.* Anglica quoque Lingua ex Germanis hanc vocem mutuata videtur, ac durius eam pronuntians, habet *Streak*, significans *Striscia, Riga*. Belgis est *Streek*.

Strozzare. Jugulare; Strangulare. Vox omissa Menagio. Cramerus Germanicum verbum *Strotzen* uti proprium illius Linguae, atque idem significans, nobis exhibuit. An ita res se habeat, eruditis Germanis decernendum dimitto. *Strozza* pro *Guttare nonnulli usurparunt.*

Stufa. *Hypocaustum, Cubiculum clausum ab igne calefactum.* Salmasius a Graeco *Túφεν*, quod est *Accendere*, hoc vocabulium deduxit, cui se jungit Menagius. Lipsius vero a *Tubo* derivavit. Verum uti Vossio, aliquisque visum est, sine dubitatione tribuenda videtur origo vocis hujus Germanicae Linguae, quae *Stube Vaporarium* appellat. Lombardi per *V.* consonans adhuc pronuntiant *Stuva*, sed *Tusci* pressius pronuntiantes, *Stufa* dixerunt, Saxonum more, qui *Stofa* ajunt. Galli quoque effecerunt *Estuve*. Angli & Belgae *Stove*; ut videoas antiquis temporibus Septentrionales Populos potius per *V.* consonans inflexisse hanc vocem: quod & adhuc Lombardi nostri faciunt. Neque erat, cur Vossius & alii quaererent, an ipsum Germanicum *Stub*, sive *Stu-*

A

B

C

D

E

be, a Latino *Aestuo*, aut a Graeco *Túφεν* descendere. Pura puta vox Germanica illa videtur, a *Stoven*, quod est *Fovere*, profecta. Simile verbum ex Germania acceptum usurpant Angli, nempe *Stow*, cuius significatio est *Clandere, Custodire*. Nimirum: *Stube & Stufa* appellata *Custodia* sive *Cubiculum clausum*, quo se recipiebant homines, arcendi frigoris causa. Atque hinc itidem prodiisse videtur *Stufato* Italicum inter dapes, quod caro in olla bene conclusa cum bu:yo, vino, sale, & aromatibus paullatim coquatur. Angli vocabulum a *Stow* diversum usurpant, hoc est *to Stew*. Sed Dani appellant *Estuvær*, quod a *Stuva* factum. *Stuffato* etiam & *Stuffo* Mutinensibus in usu est, ac significat hominem toe-dio affectum, quod *Tusci* per voices *Stucco & Ristucco* exprimunt. An a *Stufis* desumptum fuerit vocabulum istud, inquirendum aliis relinquo.

Subbiffare. In profundum dejicere. Fallitur Menagius, qui a *Subassare* hoc verbum hauriendum docet. Suam originem debet a Barbaro-Latino verbo *Subabyssare*, hoc est, *sub abyssum mittere*. Contractum postea pro more Italicae Linguae in *Subbiffare* evasit.

Succiare. Exsugere. Vide ad verbum *Aciugare*.

Svellere. Eripere. Svelto. Ereptus, Agilis. Norunt omnes, Latinum *Evellere*, sive *Exvellere* ita redditum ab *Italis*, qui ejus postea inflexionem corruptentes, pro *Evelsi, Evulsum* dixerunt *Evelsi, Eveltum*, unde *Svelto*. Dicimus etiam *Svelto* pro *Agilis*, ac solutis membris habilis. Utuntur & *Hispani*. Ea significatione Ferrarius natum cen-

set

S s s

set *Svelto* ab *Evolutus*. Difficile credam. Ab *Exvolvere*, seu *Evolvere* traximus *Svolvere*, & *Svolo*. Mihi potius creditur, ab eodem *Evello* manasse *Svelto* ad significantiam membrorum *Agilitatem*, mutuo acceptâ significatione a Pictoribus, quibus una *Figura Svelta* appellatur, quae ita efformata est, ut veluti *evulsa* e tabulâ movere se videatur, & quamdam Agilitatem membrorum p̄ae se ferat.

Svezzare. *Ablactare*, ut opinantur Vocabularii Florentini Scriptores. *Da Vezzo* nel significato di costume prodidit hoc verbum, inquit Menagius. Illud certum est, *Svezzare* nihil aliud esse nisi *Disavezzare*; seu *Disvezzare* contractum. Neque enim proprie *Svezzare* significat *Ablactare*, uti sibi persuasere iidem Scriptores, sed quidem *Desuescere*, aut *Desuescere*. *Svezzato dalla poppa*, *Svezzato di mangiare*, *Svezzato di vedere*: exempla sunt a Florentinis producta. Menagius verò ad vocem *Vezzo* putat, *Avvezzo* natum e *Vitium Latino*. Mihi verisimilius creditur, ex *Assuetus* efformatum fuisse *Adsuettare*, *Asvezzare*, *Avvezzare*, unde *Avvezzo*; ac inde desumtum *Disavvezzare*, *Disvezzare* & *Svezzare*.

Suppa. Jus carnium cum pane. Vide Dissertationem XXV. de *Textrina*.

Susina. *Prunum*. A Syriâ, ubi magno in pretio fuere *Pruna Damascena*, putat Menagius, derivatam esse vocem *Susina*, quasi *Syriaca*. Ejusmodi Etymologiam non fert literarum nimia diversitas. Arbitror ego, uti *Pruna Damascena* e Civitate Damasci nomen accepere, ita *Susina* e *Susa* celebri Civitate Persiae originem traxisse, quae olim Regni caput fuit. Plinio me-

A

moratur *Oleum Susinum*, & ex ea Urbe ejusmodi appellatio venit.

B

Taccia. Macula, Labes, Infamia.

Tacciare, *Insimulare*, crimen aliqui inferre. Ab antiquo *Tago*, quod idem est atque *Tango*, trahit hanc vocem Menagius, *Salmasium* sequutus. Animadverte, an expeditiori viâ deduci possit e Latino *Taxare*. Testibus Plinio seniore & Festo, apud veteres *Taxare* significavit etiam *Maledictis tangere*. Nos Lombardi adhuc retinemus *Tassare* eâdem significatione. *Tusci* e *Taxiare*, *Tassare*, sensim efformasse potuerunt *Tacciare*, & inde *Taccia*, uti & Galli, qui *Taxe* immutarunt in *Tache*. Fortassis etiam Gallicum *Tache* nobis dedit *Taccia*. Habet Dialetus Mutinensium *Tecca*, significans *Labeculam*, *Mendam*. Minime videtur diversae originis a *Taccia*. Quare considerandum, num *Tecla*, *Teclare*, *Teclatura*, quae vocabula in Legibus Langobardorum occurrunt ad significandam *incisionem* factam in arboribus terminorum indicibus, originem dedisse potuerint ejusmodi voci. Est nobis etiam *Tacca*, proprie significans, uti monuerunt Academicí della *Crusca* in Vocabulario, modicam incisionem. Sed & ipsum *Tacca* significat *Maculam*, *Vitium*, *Labem*, ita ut non distinguatur neque a *Taccia*, neque a *Tecca*. Certe non subscribas Menagio, derivanti *Tacca* a *Taliare*; neque Ferrario, deducenti ab *Attaccare* Italico verbo. Primum literis nimium distat a *Tacca*: alterum significatione diversum est. Neque Du-Cangius facile persua-

C

D

E

persuadebit mihi Theclaturam Langobardicam perdurare in vocabulis Gallicis *Eclats* & *Eclatures*, nobis *Scheggie*, *Frustula*. Diversa est harum vocum significatio, ac *T.* frusta ibi requiras.

Taffetà. *Pannus sericus.* Persae *Tafreh* hunc ipsum pannum appellant. Quare ad eos fortasse referenda est vocis origo, aut ad Germanicum *Taffet*, ut vult Ferrarius.

Tagliuola. *Laqueus*, quo pedes animalium irretiuntur. *Pedica* dicitur in Vocabulario Florentino. Non attigit hanc vocem Menagius. Ut *Pedica* a *Pede*, ita *Taliola* a *Talo* appellata, quod laqueo constringerentur ferarum *Tali*. In Lege 315. Rotharis Langobardorum Regis: *Si in Pedica, aut in Taliola, sera tenta fuerit.* Ita & in subsequenti Legi. Quare inter *Pedicam*, & *Taliolam* aliqua diversitas fuit.

Tana. *Antrum.* Vide Dissertationem XXV. de *Textrina*.

Tanfo. *Situs*, *Mephitis*, ut ajunt Florentini Vocabularii Auctores. Reftius fortasse *Graveolentia*. Haec enim vox ad omnes molestos odores extenditur. Ab *Olfatus* eam derivabat Ferrarius. A *Muffa* deducebat Menagius. Uterque a scopo declinavit. Puram putam Germanicam vocem *Dampff*, quae *Fumum*, *Vaporem*, *Exhalationem* significat, nos in *Tanfo* convertimus. Germanis quoque est *Dumpf*, eadem, ut puto, vox. Inde Mutinensibus *Tuffo*, ut supra in hac ipsa Dissertatione monui.

Tarpare l'ale. *Alas volucrum debilitare curtando.* Verbum est ab usu vulgi remotum. Frustra adhuc investigata est ab Eruditis vocis hujus origo. Ignota est & mihi. Ejus tantummodo mentionem feci, ut

A

moneam, confidentiam suam pro more uti Menagium, quum *Tarpare* a Latino *Extirpare* produisse censem, addendo etiam: *Viene sicuro.* Aliud est *Extirpare*, quod nos in *Sterpare* convertimus, aliud *Tarpare*, quod *Debilitare*, *Decurtare* significat, ut ex vocis definitione constat. Immo neque certum est, ab ipso *Extirpare* progenitum fuisse Italicum *Strappare*, uti supra adnotavi.

B

Tarra. seu *Tara*. Mutinensibus hoc vocabulum significat, quidquid superflui e rebus ad statuam venundatis detrahendum est. Oleum una cum utre iustum continent, Farinam cum Sacco appendere solemus. Postea utris, & facci pondus detrahimus. Detractionem istiusmodi, *Tarra* vulgari sermone nostro nuncupamus. Ita capsae, urcei &c. occasione pari, la *Tarra* dicuntur. Puram putam Arabicam vocem suspicor, quam mercatura invexerit. Arabicæ videlicet Linguae est *Tarra*, significans *Resectum* fuit, *Projetus*, *Removit*, uti fidem faciunt Giggaeus & Gollius. Vocabulum istud non agnoscunt Auctores Vocabularii *della Crusca*. Habent quidem *Tara*, idem quod *Tarare*, quod ita explicant. *Si dice dal Saldar de' conti, e vale ridurre al giusto il soverchio prezzo, domandato dall' Artifice o Venditore.* Quicumque intime rem perspiciat, consentiet, ut puto, ex eodem Arabico fonte & hanc vocem descendisse. Scilicet *Tarare* propriè significat detrahere, sive resecare, quidquid in contrariis, aut in ratione dati & accepti, subducendum est, ac minime computandum.

C

D

E

Tartagliare. *Balbutire.* *Fu detto per reduplicazione da Tagliare.* *Tagliare*,

Tatagliare, Tartagliare. Ovvero da Intertaliare. Verba sunt Menagii. Sed quid rei, quaeso, est verbo Tagliare cum haesitantia linguae? Neque a Τραχιζεν cum Ferrario verbum hoc deducas. Uti Balbutire Latinum a sono vocis efformatum jure creditur, quod Balbi pronuntiatur vocabulum, in quo Ba syllaba prima sit, illam repeatunt dicendo Ba-ba: ita Tartagliare inde enatum videtur, quod haesitantes linguâ Tar-tar, sive Ta-ta pronuntient.

Tassello. Pezzo di panno attaccato di fuora sotto'l bavero del mantello, ajunt Auctores Vocabularii Florentini. Significat etiam quandam incudis speciem; & frustum ligni, aut lateris, quo pavimentum resarcitur. Multa quidem habet Menagius de origine vocis hujus, quae recte considerata, in auras evolant. Inquit praecipue, a Pecia efformatum fuisse Tassello hac ratione: Pecia, Peciare, Peciata, Peciatare, Peciatacum, Tacium, Tassium, Tassum, Tassa, Tassello. Vix haec legens, risum contineas. Unus Ricordani Malaspinae locus adfertur, ubi commemorat una gonnella stretta, e di grosso scarlastino di Proino (vocem hanc emendat Menagius scribens: E' da leggere d' Ipro. Sed fallitur. Vide Dissertationem XXVIII. de diversis Pecuniae generibus, ubi ostendi, Oppidum Gallicum Pruvin celebre olim exstitisse ob pannorum struturam) e un mantello federato diaio, col Tassello di sopra. Mihi Tassello nihil aliud est, nisi ipsa panni pars, addita superiori limbo Pallii, quam appellamus Baverio. Nempe Pannus superimpositus Panno. A Mutinensibus fre-

Aquentissime adhibetur Tassello, significandi caussâ Tabulatum in acidibus, & in rebus per ordinem dispositis ad Tabulati similitudinem. Ficus, ova, atque aliae hujusmodi res convehendae, collocantur in cistis per Tabulata, siue Strata, quae nos Tasselli dicimus. Gallicum Tas Seriem & Congeriem rerum significat, sed ferc semper sine ordine conjunctarum. Acceperunt autem Mutinenses hoc nomen in posteriori significatione e Graeco Ταξις, hoc est, Ordo, quod in Taxellum, Tassello, diminutivum vocabulum, converterunt. Tasta. Lemniscus, aut Turunda (sitanen postremae huic voci fidendum est) idest filamenta, quae in vulnera inmittuntur. Piget me, adferre Menagianam Etymologiam petitam e Graeco Motos, hac ratione: Motos, Mota, Motatus, Motasta, Tasta. Quid inter mera phantasmata, ac hujusmodi Etyma interfit, non video. Non dispar Ferrarii opinio, putantis a Taxilli similitudine venisse Tasta. Malo ego fateri me heic plane caecutientem, quam Etymon nullo fundamento fultum proponere. Diccam potius, videri mihi, Salmasium rarâ illâ eruditione, qua pollebat, tum usum non fuisse, quum in Notis ad Vopiscum in Vita Aureliani, pag. 407. scripsit, Pannos fuisse fascias & zonas, quibus vestes ornabantur, addens subinde: Vegetius Lemniscos & Pannos indiferenter pro eâdem se usurpat Lib. 3. Cap. 18. Artis scilicet Veterinariae. En Vegetii verba: Contra incisuras quatuor foraminibus cautele pertunde, & Pannos, vel Lemniscos ex aceto sub cute per foramina trahicies. Non animadvertis vir,

Criticorum sui temporis princeps, *Pannos* & *Lemniscos* apud Vegetium nihil aliud esse, nisi nostrum *Tasta*. Cornelius Celsus sub Tiberio Augusto *Linamenta* & *Lemniscos* appellavit filamenta in vulnus indita. Rursus eodem Seculo Columella *Pannorum* nomine eisdem *Lemniscos* designavit. Quippe *Panni* fuere linteae usu obtrita, testibus Suetonio in *Caligula* Cap. 35. Terentio, & aliis; unde *Pannosus*. Atque alibi Vegetius supra laudatus & *Pannum* & *Lemniscos* eadem significatione usurpat. Lib. 2. Cap. 48. inquit. *Ficus Aphros contundes in pila*, & induces in *Panno* &c. Per foramina etiam unctionis *Lemniscum trahi* debere &c. Docet nos idem Menagius, ex Italico *Tasta* efformatum fuisse *Tasta*, ac deinde *Tanta*, & denique Gallicum *Tente*, significans *Lemniscum*. Ne hoc quidem facile credas. Gallica vox dubitationem potius ingerere nobis posset, an adhibita olim *Tasta* fuerit, ad explorandum, quae foret ulceris sive plagae altitudo. Nam idem nomen *Tenta* Florentiae in usu est ad designandum *Specillum*, sive subtilem hastam ferream, qua Chirurgi scrutantur profunditatem vulnerum. Si hoc olim factum fuisset, intelligeremus, cur Lemniscum Galli *Tente* appellant, a *Tentare*, ut puto; nos vero *Tasta* a *Tastare*, hoc est, *Explorare*. Sed quia ad alium finem Lemniscus in vulneribus adhibetur, in conjectura hac consistere non audeo. Tagaultius in suis Institutionib. Chirurgic. scribit adhiberi *Turandas*, seu *Penicilla*, & *Linamenta* (quae & *Lichinia* vocant) quum vulnera sunt amplianda vel detergen-

A

B

C

D

E

da, vel quum aliquid ab eorum fundo vacuandum est. An ex hoc fine Italicum *Tasta*, & Gallicum *Tente*, nomen acceperint, Eruditis dijudicandum relinquo.

Tattera. Hanc vocem *Malore vergognoso* &c. Menagius explicat, atque ait, a similitudine fructuum palmae, qui Italice *Datteri*, Graece & Latine *Dactyli* appellantur, invaluisse vocabulum *Tattera*. Mera somnia. Quod alicubi *Tattera* nuncupatus fuerit is morbus, nihil moror, quamquam hanc vocem sub ea significatione minime agnoscat communis Italicorum Lingua: neque eam sub hoc sensu commemoravit Vocabularium Florentinum. Iridendi causâ ejusmodi morbum aliqua gens eo nomine donarit. Nunquam certe e *Datteri* effluxit vocabulum *Tattera*. Mihi plane ignota est origo illius. Nota tamen significatio, quam apud Mutinenses, aliosque finitos Lombardiae ac Italiae Populos retinet; nempe *Tattere* appellantur *Le Robe*, o sia *Mobili di poco valore*, uti fere sunt, quae in pauperum tuguriis conduntur. Quod praecipue animadvertisendum, eadem vox communis est & Angliae Linguae, cui *Tatter* idem significat atque Italicum *Tattera*. Uter Populus ab altero acceperit, decernere non ausim. Fortassis uterque ab antiquissimis Borealium regionum Linguis didicerit.

Tazza. *Cyathus*, *Poculum*. Arbitratur Menagius a Graeco Πλατύς *Latus*, *Lata* &c. hanc vocem descendisse per hanc mirabilem scalam: *Platus*, *Plata*, *Platassus*, *Platassa*, *Tassa*, *Tazza*. Apage ejusmodi nugas. Neque felicius Ferrarius e *Testacea* trahit. Apud Arabes occurrit

currit mihi *Altassa*, significans A *Cyathum*, aut *Calicem* ad bibendum. Hispani quoque inde sumisse suum *Taza* credendi sunt.

Tecca. Vide supra ad vocabulum *Taccia*.

Tempellare. Menagio vox insalutata.

Vocabularii Florentini *Auctores vim & originem verbi minime assequuti* mihi videntur. Ajunt enim significari per illud, *pianamente crollare, dumenare*. Forse detto *dal tempo dell' oriuolo*. Accipe originem veram e *Lombardorum usu*. Lignea tabula, in cuius media superficie mobilia duo vel plura veluti manubria e ferro utrinque infixa sunt, a Monachis appellabatur, & adhuc vocatur *Tempella*.

Tabula haec noctu manibus agitata, Monachos excitabat, ut ad chorum accederent. Quare facile intelligimus, ideo creptaculo ejusmodi inditum nomen *Tempella*. quod *Tempus* designaret, e lectulo consurgendi. Hinc manavit *Tempellare*, idest strepitum facere agitatione alicujus rei, quod ad alia metaphorice translatum est. Mutinenses, Regienses, aliquique finitimi Populi, nomen istud corruperent; nam *Tamperla* pro *Tempella* dicunt.

Tenzone. *Concertatio*. Nil de hac voce Menagius. Illam Bembus Cardinalis e Provincialium Lingua ad nos migrasse arbitratus est. Et profecto a Provincialibus Poëtis *Tensons* appellabantur Disputationes quaedam de Amore profano. Attamen nihil aliud est *Tenzone*, nisi Latinum *Contentio Contentionis*, abiecta praepositione *Cum*, sive *Con*. Inde *Tenzonare*, Disputare cum aliquo.

Tetta. *Mamilla*. Ferrarius & Mena-

gius Elychii Glossarium scrutati, ibi offenderunt *Tιτθη*, *μασος*, *η Τροφος*: idest *Mamma*, *Nutrix*. Satis superque id fuit, ut Italicum *Tetta* & *Tettare* Graecae originis esse pronuntiarent. Non semel dixi, parum nobis esse fidendum Glossariis, quum recentiores Graeci multas Italicas voces in suam Linguam invexerint. Itaque ajo, hanc e Germanica Lingua esse petendam. Nam etsi nunc *Dutte Mamilla* ab ipsis appelletur, veteres tamen more murandi *D.* in *T.* dixerint *Tutte* & *Teste*. Et revera Angli Germanorum filii dicunt *Teat*, sive *Tet*. Saxones antiqui dixerent *Titte*: Franci *Teron*: Cambro-Britanni *Teth*. Hickeius quoque hanc Etymologiam olfecit.

Toccare. *Tangere*. Ab ipso *Tangere* derivavit Menagius. Neque a vero abhorret Etymon, quanquam multa ibi sint immunda. Hickeii nuper laudati sententia est, *Toccare* ex veteri Gothicō *Tekan* manasse. Antiqui Saxones *Tekin*, *Takan* pronuntiarunt. Cimbri *Takz* & *Takia*. Hinc autem prodiisse videtur & Gallicum *Touche*, & *Touher*, & Hispanicum *Tocar* & Britannicum *to Touch*. Horum Populorum consensus, quibus olim dominatae sunt gentes Septentrionales, originem hujus vocis confirmare videtur.

Tomare. *Cadere*. *Labi*. Est verbum antiquatum. Apud Mutinenses perdurat phrasis, *Fare una Tomma*, idest *Saltando Cadere*. Et inde natum videtur diminutivum seu frequentativum *Tombolare*, quod in usu est. Bertetus & Ferrarius a Latino *Tumba*, quasi idem sit ac ruere in *Tumbam*, traxere hanc vocem.

vocem. Menagius e *Titubare* deduxit *Tomare*. Hic iesius verò, Septentrionalium Linguarum peritissimus, ex iis enatum statuit *Italicum Tomare*. Est enim Cimbricum *Tumba*, significans *Cadere*, *Ruere*, *Praecipitare*. Inde Gallicum verbum *Tomber*. Attamen Graecae potius originis hoc vocabulum esse, contendere potes, quum Graecis sit Πτωμα, quo significatur *Casus* seu *Lapsus*. Detracto Π. vides superesse Τωμα *Toma*, e quo *Tomare* emersisse videtur.

Torgia, *Torchie*. *Funale*. *Intortitium* Barbaro-Latini postremis hisce Seculis appellantur quatuor candelas conjunctas, quae uno tempore accendi solent. *Torqueo*, *Tortus* dedisse originem voci, quod *Funalia* funes intortas referunt, censuerunt Menagius & Ferrarius. Quod Etymon mihi quoque creditur amplectendum. Et sane quae nobis appellantur *Torgia* da vento, e fune contorto & pice saturato conficiuntur. Attamen (inquieris) Germanicae Linguae est *Dorsche*, *Torsche*, *Tortsche*, idem significans ac *Italicum Torgia*. Non abnuo. Si verum sit, quod Cramerus contendit, hanc vocem esse propriam Linguae illius, neque ab Italia in Germaniam migrasse, nos ab iis accepisse, credendum foret. In ceteris Funalibus nostri temporis candelas contortas minime intuemur: ac proinde non a *Torqueo* deducenda videtur eorum origo, nisi velimus, piceorum Funalium nomen ad *Cerea* translatum fuisse.

Torfello. *Volumen telae*, aut *panni*. Vide Dissertationem XXX. de *Mercatibus*.

Tosto. *Cito*. *Subito*, *Festinanter*. Mirem est, quā abstrusa sit hujus

A

B

C

D

E

adverbii nativitas. Propterea ingens heic bellum inter Etymologistas, ad quod sedandum imparem me quoque sentio. Antiquissima vox est Italicae Linguae. Immo apud veteres etiam invenias *Tostamente*, *Tostanza*, *Tostano* &c. Apud Mutinenses usurpatum non audio hoc sensu *Tosto*, sed tantummodo *Più Tosto*, commune Italis fere omnibus: Nam uti dicimus: *Più presto vorrei andarmene con Dio*, che soffrir questo oltraggio, ita in usu est *Più Tosto*, idem significans, atque *Piu presto*. Manavit autem *Presto* *Italicum* e *Praesidio* Latinorum adverbio. Dicitur etiam a Mutinensibus, *Stare con volto Tosto*, *Avere una ciera Tosta*, scilicet de iis, qui neque ob minas, neque ob improperia vultum mutant. A Latino *Tostus* descendisse videtur. Quo sensu etiam dicimus *Avere una ciera Bronzina*. Praeterea appellamus un *Uovo tosto*, quod cum suo putamine ad ignem coctum, ac induratum fuit. Id sane e *Torreto*, *Tostum* emersit. Sed unde *Tosto*, adverbium *Italicum*, pro *Confessim*? *Castelvetrus noster a Torreo*, *Tostus*, *Infocato*, illud derivavit. Guietus, Ferrarius, & Menagius aut ab *Ocyus*, aut ab *Tantocys*. Sed cur in *Osto* evaserit *Ocyus*, nunquam rite ostendas. Nicotius a *Statim*, vel *Cito*, invitis Etymologiae legibus traxit. Denique Menagius idem, *Isto isto*, subintelligendo *tempore vel momento*, dedisse originem adverbio *Tosto* censuit. Neque hoc quidem Etymon quisquam amplectatur. Miror etiam, cur non ab *Actutum* ii efformaverint *Tosto*, quod proprius quām *Ocyus* accedit ad *Tosto*. Sed ne huic quidem o-

rigini

rigini assentiendum. Itaque id unum adnotabo, videlicet, difficile trahi posse a Latinorum *Torreo* adverbium nostrum *Tosto*: aliquam tamen apparere analogiam inter hoc verbum, ac Italicum *Tosto*. Nam *Torreo* est etiam *Inflammare*, *Igne Uvere*, ut Festus ait. Quare uti *Astens* metaphorice pro *Festinans* adhibitum suit, ita *Tostus* eodem sensu usurpatus fuisse videtur. Vergilius I. Aeneid. inquit:

Instant ardentes Tyrii. ----

idest, ut Servius ait, *multum Fessinantes*. Et Lib. 12. Aeneid. legimus:

Ardet in arma magis. ----

hoc est, *Properat acrisus in arma*. Sed & in voce *Torrens*, velocitatis inest significatio. Tullius Lib. 2. de Finibus: *Fertur quasi Torrens oratio*; qui & post pauca subdit: *Nusquam orationem Rapidam ceteras*. Verum cogitanti mihi, quantum intersit inter *Torrens* & *Tostus*, quanquam utrumque e *Torre* descendat, durum semper videtur, inde arcessere Italicum *Tosto*. Quum Francis etiam sit *Tost* pari significatione, Boxhornius Celticam vocem est arbitratus. Quod ubi des, ad nos e Gallia venisset adverbium *Tosto*.

Tovaglia. Mantile. Itali hac voce *Mappam* lineam significant, quam mensa tegitur. A Latino *Torale*, si *Ferrarium*, *Menagium*, ac *Bertetum* audimus, efformata fuit.

* Quidni etiam e frustulis panis sive obsonii cuiusvis, quae ostiatim petuntur a mendicantibus ad vitam sustentandam, & *Tozzi* aut *Tocchi*, O. aperte ut supra pronuntiato, derivasse potuerit Italica vox *Tozzolare*? Atqui hoc verbo nos utimur speciatim ad id exprimendum.

Dubitavit Carolus Dati, an ex *Tavola*, scilicet *Tabula*, emersisse potuerit *Tovaglia*. Verum praelaudatus Hickesius ostendit, ex veteri Francorum voce *Tuele*, *Duele*, *Duvabilo*, Italicam esse deducendam. Gallis etiamnum est *Tovaille*, quod Fureterius ex Italis mutuatos esse Gallos opinatur. Apud Latino-Barbaros *Tobalea*, *Toacula*, *Toalia* &c. occurrit. Vide *Du-Cangium*. Porro Franci, uti omnibus notum, Germanica gens fuere; ipsisque Germanis in usu hoc idem nomen fuisse produnt vetustissimae Glossae Florentinae ab Eccardo editae, ubi Latinum *Manutergia* redditur per Teotiscum *Tuvabilla*.

Tozzo di pane. *Frustum panis*. *Da Frustum*. inquit Menagius, *Frusticum*, *Tacium*, *Tozzo*. Haec pro arbitrio excogitata. Mutinenles aliique Lombardi pro *Tozzo* dicunt *Tocco*, seu *Tocc*, O. aperte pronuntiato. Un *Tocco di pane*, un *Tocco di salame*, un *Tocco di formaggio* &c. idest un *Pezzo*, un *Tozzo*. Ita etiam metaphorice dicunt un *Tocco di Furbo*, un *Tocco di Forfante* &c. Fortassis & ista vox Germanicae originis est: nam *Pezzo*, sive *Frustum* ab iis appellatur *Stuck*, quod Lombardi in *Stocco*, *Stocc*, & denique abjecto S. initiali, in *Tocco*, *Tocc* immutasse potuerunt; Tusci verò in *Tozzo*. Videant Neapolitani, num *Tozzolare* *, ab ipsis adhibitum ut significant *Battere alla porta*, natum fuerit e *Toccare*, *Toccolare*, an a *Tozzolo* diminutivo, sive frusto mobili ligni seu ferri in ostiis domorum fixo.

Tra-

Trabaldare. Clam captos dimittere, uti
ajunt Florenini Vocabularii Au-
tores, ac propterea idem atque
Trafugare. Mutinensisbus *Trabaldo-*
ne hominem significat, cui ve-
stium, sive opum suarum aut a-
lienarum nulla est cura, quippe
eas improvide absunit, unde *Trabaldare* & *Strabalgare* eodem sensu
dicimus. Ab aliis istorum verbo-
rum originem exspecto.

Tracollare. *Corruere, Collabi.* *Tracollo.*
Lapsus in terram. In Dissertatione
XXIII. de Moribus Italicor. opinab-
er ego, verbum hoc effluxisse ab
Italico *Collare*, quo verbo Florenti-
ni designant tormentum *della*
Corda. Additur *Tra* ex *Trans* vel
Ultra, augmentum significans. An-
nimadverte, eosdem Florentinos
fuisse usos verbo *Collare* pro *Calare*;
quare suspicari licet *Tracollare*
inde fuisse efformatum.

Trafficare. *Negotiari.* *Traffico.* *Nego-*
tium; *Mercatura.* Nemo adsentia-
tur, ut puto, Menagio deducendi
Traffi-are a *Transferire*, *Trasfericum*,
Trasficum, *Traficum*, *Traficum*,
Traffico. Eoque minus in senten-
tiam Ferrarii concedat, qui ex
Trajicere traxit *Trafficare*. Mihi
nil solidi sese offert, ubi pedem
figam. Attamen ajo, tolerabilius
fortasse aeturum, qui ab *Extra* &
Facere suspicetur enatum *Extrafaci-*
re, & demum *Traficare*: nihil e-
nī moror duplex F. a Florenti-
nis additum. *Ficare* pro *Facere* in
compositis usurparunt Latini ipsi,
Magnificare, *Amplificare*, *Aedificare*,
& alia plura dicentes. Num ergo
Extrafaciare merces, quasi extra of-
ficinam, aut extra regionem du-
cere, sive divendere merces, ef-
formare potuerunt Majores nostri?

Tom. VI.

A

Non absimili sensu Horatius Lib.
2. Epistol. 2. dixit:

*Laudat venales, qui vult Extraru-
dere merces.*

B

Tragettare, Tragettare. A *Transja-*
llare, seu *Transjectare*. Inde *Tra-*
jectum Civitas, & Italica vocabula
Traghetto, Tragitto.

C

Tralcio. *Palmes vitis.* Etymon hujus
vocis accipe, quale sibi finxit
Menagius: *Forse*, ait da *Ramus*,
Ramulus, *Ramulicus*, *Ramulicius*,
Ramulcius, *Tramulcius*, *Tralcius*,
Tralcio. Grandi haec exclamatio-
ne excipienda. Vossius de *Vitiis Ser-*
monis, censet a *Tranice*, cujus
mentio est in *Lege CCC*. Rotha-
ris *Langobardorum Regis*, *Tralcio*
prodidisse. Haec propior vocis ori-
go, immo certa. Addendum quippe
est, non *Tranicem* eo in loco
esse legendum, sed *Traucem*. Ita
enim vetusti M^{Sti} Codices Muti-
nenses praefuerunt. E *Trauce* effor-
matum *Trancio*, & denique *Tralcio*. Vide supra ad vocem *Scaltri-*
to, ubi diximus *AU.* in *AL*. im-
mutari. Opinari ergo fas est, aut
Germanicae originis, aut antiquissimae Italicae Linguae fuisse vo-
cabulum istud. Ego tamen dubitare
adhuc pergo, Latinum *Tradux* *Traducis* conversum primo,
corruptumque fuisse in *Trauce*, ac
demum in *Tralcio* evaluisse.

D

Trappola. *Decipula.* In Latio atque
in Graecia quaesivit hanc vocem
Octavius Ferrarius, & a *Tribo-*
lum, machinā Graecis etiam notā,
derivatam putavit. In Germaniam
eundum erat. Habet enim illorum
Lingua vetustissimam vocem *Dre-*
pen, *Tendere*, ut Eccardus ani-

T t t

mad-

madvertit, a qua prodiit *Trappa*, in Legib. Salic. Tit. 7. memorata, pro *Decipula*, sive *Muscipula*. Hinc *Treppe* Saxonum, *Trappe* Gallicum, *Trappe* Anglicum, ac *Italicum* *Trappola*. A *Trappa* est quidem Gallicum *Attrapper*, *Caperre*, *Decipere*: quemadmodum a *Trappola* Mutinensibus est *Attrappolare*, quod idem significat; non verò *Tromper* a *Trappe* Galli deduxerunt, uti Menagius est arbitratus. *Fureterius* e *Celtica*, sive minoris *Britanniae* voce *Trompa*, quae *Decipere* significat, & *Trompler*, *Deceptor*, ortum censem *Tromper* Gallicum.

Trastullare. *Oblectare*. *Trastullarsi*. *Oblectari*. *Trastullo*, *Oblectamentum*. Menagius heic nobis exultans occurrit, & ait: *Chi cerca, trova*, dice il proverbio. Ho lungamente cercata l' origine di questa voce, e finalmente l' ho trovata. Accipe felix inventum. Viene sicuro da *Trans*, e da *Oblectulare*. Tum consuetâ licentiâ transformat, immutat, obtruncat hoc verbum, inquiens: *Oblectulare*, *Tulare*, *Tullare*, *Transtullare*, *Trastullare*. Octavius Ferrarius hanc notam apposuit: *Ostium oblectant* (idest passano il tempo canzonando) qui ab *Oblectare*, *Oblectulare*, *Trastullare* trahi posse sibi persuadent. Et justa quidem censura. Neque enim *Trans* cum *Oblectulare* congruit. Ipsum verò *Oblectulare* somniatum plane verbum, & in sola Menagii officina procusum, nemo non novit. Neque felicius Eymon a Ferrario ipso excogitatum, qui ab *Interluditare* derivat *Trastullare*. Nimis unum ab altero distat. Ne ego quidem quidquam certi habeo. Conjecturam tamen meam (som-

A

B

C

D

E

nium si appelles, non irascor) & ego proferam. *Trastullo*, uti animadverterunt etiam Academicci della *Crusca* in Vocabulario, *oblectamentum puerile* significat: & *Trastullarsi*, *Oblectari* ludis inanibus ac puerilibus. Inter hosce ludos fuit olim & adhuc est *Tolleno*, quem in Lege 83. Liutprandi Regis Lib. 6. *Tolenum* appellatum videas. Tabula nempe mobilis, librata super trabem, cujus unum caput dum attollitur, alterum deprimitur. In utroque capite sedentes pueri, sese oblectant. *Altalena* a *Tuscis* nuncupatur, de quo vocabulo dixi supra in Dissertatione ista. Num prodiisse potuit *Trastullare* e Latino-Barbaro *Transtollenare*, converso, temporis tractu, in *Transtollare*, & demum *Trastullare*: & praecipue quod veterum exempla adesse videantur, usurpatum etiam fuisse pro *Tolleno*, *Tollo Tollenis*? Istud oblectationis puerilis genus ad alia sensim oblectamenta, quae puerile sapiunt, propagari potuit. *Altalena* vox est Populi *Tusci*, aut *Florentinorum* duntaxat, ut puto, ex *Tolenus*, seu *Tolleno* ita corrupto; *Trastullo* & *Trastullare* totius Italiae. Fuit & Latinis *Tolutim*, seu *Tollutim* incedere, dictum de equis: nunc *Trottare* dicimus. Hoc quoque innuo, ut consideretur, an e *Transtolutare* emersisse potuerit *Trastullare*. Denique num e *Trans* & *Tollo*? Licuerit suspicio-nes hasce producere, donec veri similiora adferant alii.

Tratto. *Modus*, *Asperitus*. Hoc sensu ad nos venisse videtur e Germanico *Tracht* significante *Amictum*, *Habitu*, *Formani*, Italice *Portatura*, *Portamento*. Atque inde Galli-
cum

cum quoque *Trait.* Sunt & aliae significationes vocis *Tratto*, quae a Latinorum *Trabo* & *Tractus* descendisse videntur, uti ad un *Tratto*: al primo *Tratto*: *Tratto di corda* &c.
Travaglio. *Labor*, *Molestia*, *Cura*. Non contemnenda opinio Caroli Dati, hanc vocem derivantis e *Travaglio*, septo nempe ligneo, in quo boves aut equi, ferreis soleis armanti, aut curandi includuntur. Sed non satisfacit; neque enim septum illud *Travaglio* appellatum videtur, quod jumenta ibi violente claudantur, sed quod e *Trabibus* constructum sit. Neque ejus vocis antiqua exempla adferuntur, quum contra antiquissima vox sit nostrae Linguae *Travaglio*, *Laborem*, & *Curam* significans; uti & Gallicae, cui est *Travail*; & *Anglicae*, quae *Travel* habet. Minus autem probanda sententia Jacobi Silvii, putantis a *Transviglia* enatum *Travaglio*: uti neque *Ferrarii*, illud deducentis ex *Tribulatio*, aut ex *Tribulum*. Nimis enim distat literarum sonus atque structura. Sunt & qui a Germanico *Drauen*, *Laborare*, vocem deducunt. Adde, recenseri quoque in Glossario Celtico Boxhornii vocabulum *Trafael*, veluti antiquissimum, sub hac eadem significatione. Et sane si nos a Gallis hanc vocem acceptimus, fieri potest, ut ista illius sit origo. At si in Italia vox nata est, liceat & mihi meam proferre conjecturam. Scilicet a vero minime abhorrese videtur, ex *Vagliare* significante *Vannum* & *Cribrum*, petendam esse originem hujus vocabuli. Nihil autem aliud est *Vagliare*, quam *Concutere* & *Agitare* triticum: ac proinde metaphorice homo *labori* intentus, &

A operi insudans, *Travagliare* se *stesso*, idest *Agitare* se ipsum dictus est. Et *Jactatus curvis*, *Travagliato*, more nempe tritici in cribro agitati. Ac proinde etiam ipsa Cura appellata fuerit *Travaglio*. Et antiquissima quidem est translatio. Lucae Cap. 22. vers. 31. ait Dominus: *Ecce Satanus expetivit vos*, ut *Cibraret sicut triticum*, idest *ventilaret*, *conturbaret*, *affligeret*. Verbo *Vagliare* praemittitur *Tra*, idest *Ultra breviatum*, quod in compositione *Ultra morem*, & *Multum* quandoque significat; aut *Trans*, idem sonans. Ita *Traanlico*, *Valde antiquus*, *Tragrande*, *Praegrandis*, &c. *Travalicare*, *Ultra Proficisci*, aut *Transgredi* &c.
B *Tresca*. Chorea species. Recte Menagius animadvertisit, non a Θρησκευτι Graeco descendisse hanc vocem: quod antea Castelvetrus, Monosinius, & Academicus *della Crusca* censuerunt. An autem e Provincialium Lingua (quod Tassoniensis est opinatus) ipsam Itali accepterint, incertum est. Illud quidem pro certo habeo, nugas ageare Menagium, quando a *Restis* derivat *Tresca*, mirabili ista gradatione: *Restis*, *Restius*, *Resticus*, *Restica*, *Resta*, *Resca*, *Tresca*. Etymologia Ferrariae est, a Latinorum *Triturare*, *Triscare*, *Trescare* enatum *Tresca*. Censo ego veri similius, e *Treschen* Germanicae Linguae vestustissimo verbo, significante *Treibiare*, *Batteve il grano*, produisse Italicum *Tresca*, nempe a similitudine. Pro Tuscorum *Treibio* & *Treibitura*, Mutinenses, Regianes, Parmenses, Mantuani, ac alii dicunt *Tibbia*, & Chreas etiam rusticanas *Tibbie* nos appellare solemus. A Latino *Tribulare* emersit
C
D
E
Trib-

Tribbiare seu Trebbiare, Mutinensis-
bus Tibbiare. Quod agentes cho-
reas, Triturantibus similes videan-
tur, idecirco Germanicâ voce Tre-
scare dicti fuerunt. Accipe nunc,
quae Saeculo Christi Quartodecimo
Benevenutus Imolensis in Commen-
tario MSto ad Comoediam Dantis
Scripsit Cant. XIV. Inferni, vers.
40. *Trescha est quaedam Danza, si-
ve genus tripudii, quod fit Napolitani
artificialiter valde. Nam est Ludus
nimis intricatus. Stant enim plures
sibi invicem oppositi. Et unus eleva-
bit manum ad unam partem, & su-
bito alii intenti facient idem. Dein-
de movebit manum ad aliam partem,
& ita facient ceteri. Et aliquando
ambas manus simul; aliquando ver-
tetur ad unam partem, aliquando ad
aliam; & ad omnes motus ceteri ha-
bent respondere proportionabiliter. Un-
de est mirabile videre tantam dimi-
cationem manuum, & omnium mem-
brorum. Quod vero, ut suspicor,
minus prompti masculi, aut dedita
operâ fallerentur in manuum mo-
tibus, ut feminarum vultum aut
collum tangerent: hinc Trescare ap-
pud Italos, & praecipue apud Mu-
tinenses, adhiberi coeptum est si-
gnificatione sinistrâ ad eos indi-
candos, qui cum mulieribus pa-
rum pudice manibus utuntur. Hinc
etiam non Trescare con l'Orso, non
Trescare con gli Archibugi; Non Tre-
scare con chi è da più di te &c.*

*Trinciare. In minutis partibus consinde-
re. E Truncus, Truncius, Trinciare
deductum fuisse, decernit Menagi-
us. Mihi incerta res adhuc est.
Nam e Truncus, sive e Truncare La-
tinorum habemus Troncare. Cur al-
terum inde verbum plane dissimi-
le traxerint Majores nostri? Po-
tius e Trunculare, aut Truncillare*

A

B

C

D

E

nasci potuit Trinciare. Sed animad-
vertendum, Gallicae Linguae esse
Trancher, vel Trencher, nostrum Ta-
gliare significans: & inde Tren-
chant, & Trenchē. Num inde Ita-
licum Trinciare? An illi a nobis?
*Trivello. Terebra. Vox intentata Me-
nagio, immo neque a Tuscis usur-
pata. Lombardi eam in usu ha-
bent. Florentini appellant Succhio.
Succhiello, quod a Subila Menagius
frustra deducit, quum diversae li-
teraे sint, neque Subula Terebræ
similis sit. Nostrum ergo Trivello
est eadem Latinorum Terebra, cu-
jus diminutivum Terebrellum nos
in Trivello immutavimus. Trivello
dicimus, & Trivelli, ac Trivella.
Truelle appellant Galli, quam vo-
cem ii a nobis accepisse videntur,
non autem a Trua & Truare, uti
opinabatur Menagius. Nihil enim
aliud Trua fuit Latinis, nisi in-
gens Cochlear, quo cibus in ollis
inter coquendum agitatur, nobis
dictum Cucciaro, ac etiam ab im-
miscendo Mescola. Quid ergo rei
est Truae cum Terebra?*

*Troja. Scrofa, Porca, Sus semina. Ni-
hil heic Speculatione est opus, si
Menagium audimus. Nam ut ipse
animadvertis, aurei Seculi Latini
vox ista est, scribente Messalâ
Corvino in Libello de Progenie
Augusti ad ipsum Octavium Au-
gustum: Troja namque vulgo Italice,
Latineque Scrofa, vel Sus dicitur.
Sed Menagio diligentius circum-
spiciendum erat, ne suppositicio
Scriptore heic uteretur, quando ne-
mo aliis inter veteres Latinos Scro-
fam appellavit Trojam. Et revera
Opusculum illud, uti jam Vessius,
ac alii subodorarunt, a sciole quo-
piam temporibus barbaricis confi-
ctum fuit, indignumque est, quod
cele-*

celeberrimo illi Viro, ac Oratori tribuatur. Cujus rei indicio hic ipse locus esse potest. Neque enim Scriptor aevi Augustae dixisset, Scrofam vulgo Italice Latineque *Trojam* appellari. Si enim *Latina* vox ea fuit, cur *Italicam* quoque appellasset? Praeterquamquod dum spurius ille Messala Vergilii verba, nempe *armaque fixit Troja*, a nonnullis explicata ait de armorum *in signi*, nempe de *Sue foeta*: insulsam rem nobis propinat. Quare id unum mihi dicendum supereft, latere adhuc originem vocis *Troja* pro *Scrofa*, qua utuntur etiam Mutinenses. Galli quoque *Truye* dicunt. Ii aut a nobis accepere, aut nobis dedere hanc vocem, quam a voce *Scrofarum* emersisse suspicari quis possit. Antiquissimam verò esse produnt Glossae Romano-Theotiscae, quae in Gallia scriptae creduntur ante complura Secula, ab Eccardo evulgatae, ubi legitur *Troja, Suu.* *

Tropp. *Nimis, Nimium.* Forse da *Turba*, inquit Menagius. Suspicio ego, a *Troppum*, significante *Gregem* rectâ processisse *Italicum Troppo*, & *Gallicum Trop.* In Legibus Alamannorum, Tit. 72. legitur: *Si in Troppo de jumentis illam ducentrem quis involaverit.* Ita apud Goldastum Tom. 2. num. 15. Rer. Alamann. *De Caballis domalibus cum cetero Troppo.* Vides antiquitatem vocabuli. Itaque primo veteres, ut significant *Multum aliquorum animantium*, dixerunt *Troppum*, quod ad omnia, significantia copiam grandem rerum, sensim translatum fuit. Et adhuc Itali hanc

A

vocem usurpant ad significandum non solum excessum, sed & *Multum aliquorum rerum*. *Troppò più: Troppo bene, &c.* Vide Vocabularium Florentinum. An verò *Trep-pum*, & *Troupe*, ac *Troupaux Gallicum*, atque *Italicum Truppa*, efformata fuerint e *Turba* (quod opinatus est Vossius) aliis accuratius examinandum erit. Ego difficile credam.

B

Trovare. Invenire, Reperire. Mirum, quantis tenebris circumdata sit origo hujus verbi. Eas depellere posse ne ego quidem mihi tribuo. A *Recuperare* Menagius, a *Reperire* Ferrarius conantur vocem hanc trahere. Quis, quaeso, subscribat? Du-Cangius antiquum vocabulum *Gallicum Treu*, quod *Tributum* significat, nobis offert, inde natum *Trovare* opinatus, quasi Tributorum exactores dicerentur *avoir Treuve*, quum *Tributum*, seu *le Treu* exegissent. Pacato animo consideranti, nullius pretii & istud Eymon videatur. Alii a Graeco *Eυπίτην*, sed non felicius derivant. Ego unum addam, nempe perpendendum esse, an e Germanica voce *Treffen*, *Italicum Trouare*, & *Gallicum Trouer* manasse potuerint. Germanis sonat illud verbum *Colpive nel segno, Toccare il bianco, Incontrarsi in qualche cosa.* Per translationem fortassis adhiberi coepit haec vox ad significandam *inventionem rei* alicujus. Est & Germanis iisdem *Getroffen*; & *Angetroffen*, *Colpito*, *Indovinato*, *Trovato*, quod proprius ad *Trovare* accedit. Anglis idem est *to Retrieve*, ac nostrum *Ritrovare*: sed hoc illi a Gal-

C

D

E

* Utrum *Suu*, uti in editis, vel *Sus*, an aliter legendum sit, non liquet; quumque Glossae ab Eccardo evulgatae ad manus haud sint, satius visum est Eruditis dictiōnem, si sit opus, relinquere corrigendam, quam temere quicquam immutare.

a Gallico Retrouver sumissse videntur.

Trucco. Ludi genus apud Italos, in quo super tabula panno tectâ, & spondis circumclusâ, pilis eburneis luditur. Billard a Gallis appellatur parum disparis speciei Ludus, apud quos Bille est Pila, unde venit idem nomen. In usu est etiam nobis il Trucco da Terra, cuius fortassis inventio alteram praecessit. Huic autem Ludo juventus robustior operam interdum dare solet, ligneas quatuor pilas mole ac pondere graves per ferreum mobilem circulum, humi infixum; jactu trajicere, seu traducere contendens. Ego ab Hispanico Trocar, idest Cambiare, Permutare, nobis Barattare, & ab Anglico to Truck, quod idem significat, deduxissem Italicum Trucco, quod ludentes pulsando pilam adversarii, suamque ibi locantes, locum pilarum saene mutant. Sed Covaruvias in Thesauro Linguae Hispanicae, recentem apud Hispanos, & ex Italia illuc advectum Ludum hunc appellat: *De poos annos (inquit) a esta parte se ha entroduzido en Espanna, y truxose de Italia.* Baileyus verò Anglus lusum a suis nuncupatum Trucks appellat an Italian Game. idest Ludum Italicum. Quare non ab iis nos, sed ii a nobis accepisse videntur. A Graeco Τρέχω, sive Τρόχος, significante Currere, & Cursu, deduxit Minshev: sed latior, quam par sit, Analogia viderur. Germani quoque habent Trock; verum & iros a nobis didicisse opinor. Quum tamen & Gallica Lingua habeat Troquer, idest Permutare, & Troch; veri viderur simile, Italicam gentem, ad eum Ludum designandum, usam fuisse aut Hispanico, aut Gallico verbo.

A Tuorlo. Vitellus, pars rubra ovi. **T**orus, significante aliquid Rotundum, unde Torulus, trahit hanc vocem Menagius. Hanc Tori significationem nunquam ille ostendat apud veteres Latinos, penes quos etiam Torulus nihil aliud fuit, nisi Funiculus, aut aliquid plane diversum ab eo, quod arbitratus est Menagius. Videant Eruditi, num aliquid conferre possit ad hujus vocis originem Mutinensium Dialetus. Latinorum Tornus apud nos evasit Torlo, N converso in L., uti in Bologna e Bononia, in Gironimo ex Hieronymus &c. Animadvertis etiam, an Gallicum Tour quidquam conferre possit ad hujus vocis originem. Mihi, fateor, nihil occurrit, quod vel levem similitudinem veri prae se ferat.

V

Vago. Cupidus, Amator, Venustus. Menagius & Ferrarius ab Avidus hanc vocem petunt. Toto caelo unius sonus ab altero distat. Et quisnam acquiescat Menagianae phantasiae, hanc pro suo arbitrio metamorphosin vocis Avidus inducenti? Avidus, Avidicus, Avadicus, Vaducus, Vacus, Vagus, Vago. Ad haec habemus Vaghezza, qua significatur Elegantia & Venustas, uti & Vago pro Elegans & Venustus. Num haec omnia ex Avidus? Nonnulla sunt nomina, quorum origo nos plane fugiat oportet; casus enim nobis ignotus, aut consuetudo vulgi ea peperit. Cur ergo Latinum Vagus tot ab institutione sua diversas significaciones anud Italos posterioris aevi accepterit, divinare nimium difficile est.

est. Finge tibi, olim, Juvenes peculiari titulo appellatos sūisse *Vagos*, quod in amores proni, & a vidi huc & illuc vagarentur, quae ritantes alpeūum feminarum, aut alloqui virgines, aliasve mulieres adamatas. Et sane *Vagam juventutem* Martialis appellavit Lib. 2. Epigrammat. 90. inquiens:

Quintiliane, Vagae moderator summe juventae.

Postea invaluisse potuit *Vagus* pro *Juvenis Venustus*, & *Amator Mulierum*, quemadmodum nunc *il Galante*, *il Cicisbeo*. Aut a *Feminis Vagis*, quae vagando virorum se cupidas produnt. *Uisquequo deliciis dissolveris, filia Vaga?* habetur Hieremiae Cap. 31. vers. 22. Sint haec somnia: non repugno. Certe *Galante* apud nos aequa significat *Venustum*, & *Amasium*.

Vaglio. *Cribrum*, *Vannus*. Ab ipso *Vannus* gradatione istā Menagiū I talicam vocem traxit. *Vannus*, *Vannulus*, *Vallus*, *Vallius*, *Vallio*, *Vaglio*. Unum ego novi, scilicet sub hoc sensu vocem *Vallum* seu *Vallus* usurpatam fuisse a Varrone de Re Rustica Lib. I. Cap. 52. Oportet (inquit) e terra subjactari *Vallis*, aut *Ventilabris*. Ita quod Anglos to *Wallow*, significante *Volta re*, *Rivoltare*, *Dimenare*, *Gittare* di sotto in sopra. Accepisse hoc verbum Britanni videntur ab eodem fonte, a quo Itali. Mutinenses pro *Vaglio* dicunt *Vallo*, & diminutivā formā *Valletto*, quod primum cum Varrone consonat. Nunc Germani dicunt *Waltzen*. Fortassis olim hoc verbum aliter efferebant.

Vaio. *Nigricans*. Latinum *Varius*, originem vocabulo huic dedisse cre-

A

ditur Menagio. Conjecturam illius laudo. Sed meam praeferre mihi liceat. E Graeco Φαιός effluxisse puto nostrum *Vaio*. Inter Nazianzeni Carmina a me evulgata in Anecdota Graecis, Ducentesimum quartum haec habet.

B

Λεύκου, καὶ Μέλανος μικτὴ φύσις ἐσὶ τὸ Φαιόν.

C

Idest: *Ex albo nigroque mixta natura colorem Phajum*, seu *Fuscum* parvit. Idem tradit Alexander Aphrodiseus, cujus verba in Notis attuli. Graecorum *Phaios* nos facile convertimus in *Vaio*, Macedonum more, qui pro Φ. usurpabant B. Plutarcho teste; immo & Latino rum, uti Quintilianus fidem facit. Non unum exemplum attulit Festus ad vocem *Balaena*. Procopius Lib. I. Cap. 18. de Bello Gothico, Belisarii equum describit, qui *toto Fuscus corpore, anteriorem corporis partem a summa fronte ad nares eximio candore insignem habebat*. *Equum ejusmodi vocitant Graeci Φαλιόν (Phalium)* Barbari *versò Βαλαν* (Balan). Ibi scriendum Φαιόν, & Βαιόν, quod *Vaio* postea evaserit. Certe idem *Equus*, ut antea scribit idem Procopius, Φαιός ἦν, hoc est, *Fuscus*, *Nigricans* erat, nempe *Vaio*.

D

Vanga. *Bipalium*. Vide supra in hac eādem Dissertatione.

E

Vantaggio. Vide supra ad vocabulum *Avvantaggio*:

Varare. *Navem in aquam deducere*. Nihil haeret Menagiū. A Latino *Vara*, inquit, significante *Trabem*, *Palum*, *Perticam*. Haereo ego. Apud Latinos *Varus*, *Vara* significabat aliquid *Incurvum*. Tibiis *Varis* ho-

mo

mo dicebatur, qui Crura Distorta habebat. *Vari* quoque appellatae *furcillae*, quod in summitate ob-tortae & curvatae forent. Nun-quam verò *Trabes*. *Palangae* voca-bantur fustes, qui carinis advehendis in mare supponebantur. Est La-tinis *Varicare*. Est antiquae Ger-manicae Linguae *Varan*, *Faran*, quod Italice redditum dat *Vara-re*, atqué significat *Ire*, *Procedere*, *Progredi*. Inde *Vart*, *Rota*, *Progres-sio*. Tu vide, an inde *Varare* ad nos venire potuerit.

Varcare. *Petransire* volando, aut eun-do. *Varicare* Latinum in *Varcare* immutatum Menagius pronuntiat. Ferrarius contra a *Vadum* deducit. *Varco*, idest *Vadum*, Benevenutus Imolensis ad Cantic. XII. Infern. Dantis, explicat. Menagiana sen-tentia tamen mihi proflus verifi-milis. Vide, quae Vossius habet ad vocem *Varus* in Etymolog. Ad-dere tamen liceat conjecturam a-mici cuiusdam mei. Idem est Ita-licis *Varcare* & *Valicare*. Num ergo a Latino *Vallis* eae voces dedu-cendae, ut primo significant *Val-lem Superare*, deinde verò ad cu-juscumque spatiū aut loci trans-litum fuerint translatae? Certe simili ratione dicimus *Montare* & *Poggiare*, pro *Ascendere montem*: *Sor-montare* pro *Superare montem*; & *Smontare* pro *Descendere*: quod i-dem significant Italicum *Avvallare*, & Gallicum *Avaler*, quod proprie-*Descendere* significant, translatè ve-rò *Gluire*. Haec omnia a prima significatione sua translata fuerunt ad alia complura. Inde *Varco*, & *Valico*, *angustus transitus*, qualis est *Vallium*. Accuratus ista Eruditis perpendenda dimitto.

Vernia. *Ululatus*. Vide Dissertationem XXVI. de *Militia*.

A *Verno*. *Hyems*. Si fides Eruditissime Maffejo Lib. XI. pag. 314. Veron. Illustrat. florente Latinorum Lin-guā, i dotti diceano *Hyems*, e la plebe *Vernus*. Onde noi *Verno* e In-verno; delle quali voci Niuno ha Mai assegnata la derivazione. Abbiam ciò imparato da quel prezioso Codice del nostro Capitolo, che contiene il Sal-terio d'antica versione, perchè in es-so in vece di *Aestatem* & *Ver*, si legge *Aestatem* & *Vernum*: il che corrisponde all' Ebreo. E con più pro-prietà, per denotar tutto l' anno, si dice l' *Estate* e il *Verno*, che l' *E-state* e la *Primavera*. Recte adnotavit Vir doctissimus, *Aestatem* & *Hyemem* in Psalmo 73. vers. 16. respondere Hebraicae voci. At non propterea *Vernum* Codicis Vero-nensis significat *Hvemem*, sed *Ver*. Quippe olim tam doctis quam in-doctis Latinis *Vernum* in usu fuit, & duntaxat *tempus Veris* significa-vit. Ideo *Aestatem* & *Ver* Vulga-ta legit, & antiquior Versio *Ver-num* (quod idem est) quia utra-que sequuta est Versionem Septua-ginta, in qua habetur Οἴπος νατ ΕἼαρ σὺ ἐποίητας, idest *Aestatem* & *Ver tu fecisti*. *Vernum* pro *Ver* olim dictum jamdiu adnotavit Bar-thius Adversar. Lib. 10. Cap. 11. Quare nil peregrini nos docet Ve-ronensis Codex. Neminem verò haētenus attulisse originem vocis *Inverno* & *Verno*, ii certe non cre-dent, qui Salmasii Exercitationes in Solinum legerint, cui Men-agius postea merito subscriptis. Nem-pe animadvertisit Salmasius, nostrum *Inverno* descendere e Latinorum *Hib-ernum*. Videlicet Latino-Barbari pro *Hyems* dixere *Hibernum*, subin-telligendo *tempus*. Vide Capitula-ria Regum Francorum ad Annum Chri-

Christi DCCCIX. & Du-Cangium in Glossario. Inde suum *Hiver* Galli sumsere, Hispani suum *Inverno*, & nos *Inverno*. Tusci verò, & Poëtae per aphaeresim dixere *Verno*. Ita *Mattino* ex *Matutinum tempus* efformatum.

Verza. *Brassica*. Vide supra in hac Dissertatione.

Vetta. *Vertex*, Summa pars altæ aliquujus rei. A *Vertex* Ferrarius; a *Vita* inusitato pro *Vimine* Menagius, derivarunt. Nihil opus est immorari ad improbandas ejusmodi Etymologias. Mea conjectura est, nihil aliud esse *Vetta*, nisi *Vedetta*, seu *Velella* breviatum. *Vedetta* appellant Tusci locum altum, in quo homines constituantur ad speculandum, an veniant hostes, aut quid simile, a *Vidento*; sive *Velella* ab altiori malo navis in quo Supparum, exiguum velum collocatur, & inde advenientes naves a longe conspicuntur. Nempe *andare alla Vedetta* in qualche luogo olim dicebatur, & sensim invectum puto *Andare in Vetta*. Ita ex *Ver* Hispanico, significante *Videre*, prodiisse censeo *Veta* Hispanicae item Linguae, significans *Vedetta*, cima d' albero.

Via, aut *Vie*, Adverbium. *Multum*, seu potius *Multo*. Ferrarius a *Via* Latino deduxit; Menagius a Latino *Vis*. Primus certe fallitur. Nil rei est *Viae* cum adverbiali *Via*, *Multo*. Quod est ad Menagium, ejus sententiam juvare videtur locus Sancti Augustini Lib. 4. Cap. 106. Operis Imperfetti contra Julianum, ubi ait: *Exclama, exclama, quantum potes. Adde exclamationibus tuis; o bia: a Graeco videlicet ω βια, o Vis.* Attamen purum putum Germanicae Linguae

Tom. VI,

A

vocabulum esse nostrum *Via* mihi creditur, ab Italibz jandiu adoptatum. Germanis quippe est *Biel*, aut *Viel*, quod *Multum* significat, ex quo nos L. finale euphoniae causâ abjecimus. Hinc in Germanica Lingua *Sehr Vel*, *Plurimum*, aliaque vocabula, & hinc nostrum *Vie più*, *Multo plus*.

B

Viterbo. Illustris Civitas, quae nullis indiget fabulis, ut inter Italicas ex multis praerogativis effulgeat. Non defuere tamen temporibus nostris, qui Annii imposturis somnia sua jungentes, ei miram vetustatem conciliare, nomenque illius, vel ab ipsis remotioribus Seculis, atque ex Hebraeorum Lingua, machinis compluribus adhibitis, trahere conati sunt. Sub Langobardis aut natum videtur *Castrum Viterbum*, aut saltem ei nomen tunc impositum, quum nullum illius vestigium in Latinarum monumentis appareat. Quare potius inquirendum esset, an Langobardicum, seu Germanicum foret illius nomen. Mylio teste in Archaeolog. Teuton. antiquis Germanis fuit vox *Bitherve*, significans *Bonum*, *Aptum*, *Utile*. Inde *Pitesban*, *Expedire*, *Utile esse*. Itaque *Castrum* illud *Biterum* appellatum fortasse fuerit *Castrum Forte*, *Castrum Utile*, & bene *compatibile*, quale opus erat ad fines hostium Romanorum.

C

D

E

Volta. Adverbium temporis. *Più Volte*, idem ac *Più Fiate*, seu pluribus *Vicibus*. A *Volvo*, *Volutum* effluxisse mihi creditur, desumpta, ut videtur, significatione, a deambulantibus in certo loco, qui gradientur, atque identidem regredientur.

Urtare. *Impellere*, idest corpus ali-

V v v

quod

quod altero corpore movere, ut locum mutet, aut cadat. Galli eodem sensu adhibent *Heurter*. Ab *Arietare Latino*, verbum hoc descendisse opinatus est Menagius. Potius deducendum videretur, ut Mathias Martinius in Lexico Philologico docuit, ab antiqua Germanorum Lingua, quam Belgae retinent in sua voce *Hurten* & *Hort*. Angli quoque *to Hurt* usurpant, sed significatione latiori, scilicet pro *inferre vulnus, damnum, injuriam*. In Lege Alamann. Cap. 99. l. 2. habemus: *Si porcarius ligatus de via Hortatus, vel battutus fuerit, idest, violenter detrusus.* Beluzius legit *ostatus*. Ita in Leg. Salic. Tit. 34. *Si quis Baronem de via Ortaverit.* Attamen tam Itali, quam ceteri Populi a Latino *Urge*re deduxisse mihi creduntur *Hurtare*. Nam barbarice ex *Urgeo*, & *Ursi* efformarunt *Urtum*, ac denique *Urtare*.

Uvatta. Vestis usque ad talos, quae domi hyeme utuntur Lombardi, aliisque ad arcendum frigus. Pura puta Germanicae Linguae vox est. In Glossis Rhabani Mauri *Uvat* dicitur *Diploidis amictus usque ad pedes contingens*. Multa inde derivata Eccardus adfert, Tom. I. Histor. Franc. Oriental.

Z

Zaffo. Apud Venetos *Lictorem*, *Satellitem*, *Apparitorem* significat. A *Capere*, *Captare*, *Chiappare*, *Zaffare* Octavius Ferrarius traxit vocem. Habeat sibi suum Etymon. Illud nemini persuadebit. Menagius sincere fatetur ignotam sibi originem vocabuli hujus. Idem

A

fateor & ego. Duo tamen addam. Nempe *Zafio* apud Hispanos significare hominem rusticum, inurbanum, & communis odio obnoxium, quales esse consueverunt *Lictores*, & *Satellites*. Ad haec *Abripere*, seu *Tollere* Arabes dicunt *Zafa*. Munus *Zafforum* (nos *Birri*, & *Sbirri* appellamus, cuius vocis origo adhuc latet) est reos capere, eosque Magistratui sistere. Hi *Zafones*, & *Berruarii* fuerunt etiam nuncupati, atque olim ad militem exhibiti lanceis utebantur, miraque audaciâ, Hussarorum temporis nostri more, praedam undique conquirebant, ac sine ordine in hostes irruerant.

B

C

Zanchi, Florentinis *Trampoli*. Calcei lignei species. Vide *Dissertat. XXV. de Textrina*.

Zanna, *Sanna*. Ferarum Dens. Dantes Cantic. 33. Inferni scribit:

*e coll' acute Scane
Mi parea lor veder fender li fianchi.*

D

Ad explicandam vocem hanc *Scana*; Tassonius noster, Auctores Vocabularii Florentini, Menagius, ac alii, multa attulerunt, quum nusquam alibi occurrat. Omnes pro *Sanna*, sive *Zanna* interpretantur; & sane aliter interpretari non licet. Ad me quod attinet, vereor, ne Dantes heic dormitarit, rationem Rhytmi non satis accurate retinens: sequitur enim *Dimane*, & *Pane*. Hoc est, vereor, ne is revera *Sanne* scriperit, non *Scane*, quod postremum Librarii substituerint, ut a Rhythmo d'scordiam removerent. In antiquissimo Codice MSto Estenis Bibliothecae, Danis Comoediâ complectente, legitur *con l'acute Schan-*

E

Schanne. Tum in Commentariis M^{ag}istri Benevenuti de Imola, ad idem Poëma circiter Annum MCCCXC. exaratis, ita hic locus se habet: *Con l'acute Sanne*, idest, *Sannis*, sive *Dentibus*. Nescio autem, cur praelaudati Vocabularii Autatores *Sanna*, & *Zanna* Latine appellari *Sanna* scripserint. Difficillimum iis foret ostendere, vocem hanc in usu Latinorum fuisse ad significandos ferarum dentes. Sed quae origo vocis *Sanna*? Ferrarius, & Menagius a *Genæ* deducunt, quae olim pro *Dente* usurpata. Unum tamen Apuleji exemplum adfert Menagius, ubi pro *Genis* bac illac *jaſtatis*, opinor ego legendum *Genuinis*, quo nomine donati olim dentes. Certe apud reliquos Latinos aliis sensus voci *Genæ* non fuit, nisi id, quod nunc Itali *Guancia* appellant, de qua jam supra sermo fuit. Legitimam ergo vocabuli originem accipe, nempe *Zan*, sive *Zanch*, quod Germanicae Linguae est, *Dentem* significans, propriumque, & primitivum in eorum Lingua, & unde aliae non paucae voces compositae fuere. Hinc rectâ Italicum *Sanna*, & *Zanna*.

Zara. *Ludus talorum*, sive *tesserarum*, *Periculum*, *Damnum*. Inde *Dare in Zara*, *Cadere in Zara*; *Vinci in ludo*, *Errare*. Ejusdem originis creditur a nonnullis Gallicum *Hazarder*, significans *Mettere a zara*, *a rischio*: & *Hazard*, *Rischio*, *Pericolo*: uti & Italicum proverbium *Zara a chi tocca*, idest, *Chi falla*, *suo danno*. Ab *Alea* per vim Ferrarius hanc vocem trahebat. Vindendum, num ab Arabum Populo nos illam mutuati fuerimus. Est enim in Lingua illa, *Gollo* in-

A terprete, *Dzbara*, *Nocuit*, *Nox* afficit, *laefit*, unde efformatum *Dzharron*, *Noxa*, *Laesio*, *malus* & *noxius* *status*, *Angustia*, *Detrimentum*. Covaruviás quoque Hispanicum *Azar* ex Arabica Lingua deducit.

B *Zecca*, *Moneta*, *Officina*, ubi nummi cuduntur. Caninius & Menagius a Graeco Θήκη, sive *Theca*: Ferrarius a Ζύγος *Libra*, derivatam vocem divinando sibi persuasere. At nos a Persarum aut Arabum Linguâ didicisse videmur. Persae enim, testante Angelo a Sancto Joseph, *Monetam* appellant *Secca*. Eadem voce usos fuisse & Arabes puto, quum Hispani adhuc *Seca* dicant, praetereaque apud Covaruviam Guadixius pro certo habeat, eam esse vocem Arabicae originis. Et revera, *Gollo* teste, *Sikkaton* Arabibus significat *Typum chalybeum*, quo *signatur Moneta*. Quam in rem is laudat Gieuharem Autorem. Hic autem, si Pockio in Histor. Arab. fides, vixit circiter Annum Hegirae CCCXC.

C D *Zecca*. *Ricinus*. Eam vocem ab ipso *Ricinus*, aut e Graeco Τίβινιος Menagius; Ferrarius vero e somnia to vocabulo Latino *Sugica*, deduxere. Neuter animadvertisit, Germanicam vocem *Zeck*, seu *Zecke* fontem esse, unde nostrum *Zecca*, *Ricinum* hausimus. Significat enim apud Germanos idem quod Italicum *Zecca*.

E *Zimarra*. *Vestis genus*. Vide Dissertationem XXV. de *Textrina*.

Zingaro. Vide Dissertationem XVI. de *Foeneratoribus*.

Zoppo. *Claudus*. Ingeniose Etymon hoc derivavit Menagius e Graeco Χωλόποιος, significante *Claudus*.

Contra Ferrarius a *Claudus*, *Clo-dus*, *Clottus*, *Ciotto*, *Cioppo*, *Zoppo* derivavit. Ego adhuc inquirendum reor in originem vocis. Suspicari autem non desino, ex Germania potius, aut e Gallia, quam ex Graecia, ad nos rectâ venisse ejusmodi vocabulum. Ut *Du-Cangius* antea animadvertisit, in Alamannorum Lege Cap. 65. §. 31. *Cloppus* pro *Claudus* occurrit. Et in Capitulari Caroli Magni de Villulis, ad Annum Christi DCCC. memoratos videas *boves non Cloppos, non languidos*. Est etiam Gallicae Linguae *Chopper*, significans *Impingere*, nobis *Inciampare*, quod Izallice vertas *Scioppare*, *Zoppare*, atque eamdem habere videtur originem atque *Zoppo*. Germani vero aut Galli vetustum-ne suum *Cloppus* ex Graecia acceperint, an ab antiqua suae gentis voce, erit Eruditorum in Germania vitorum decernere. Ad me quod attinet, inter Graecos veteres, & Francos sive Germanos, aut modicum aut nullum Linguarum commercium fuisse, opinor.

Zuffa. Vide supra ad vocabulum *Ciuffo*. *Zuppa*, seu *Suppa*, Vide Dissertationem XXV. de *Textrina*.

Atque hæc tenus, quas potui, Etymologias Italicas vocum collegi, quarum investigatio & ad Eruditio nem utilis est, & jucundior, quam putetur, non paucis videtur. Ejusmodi autem studio qui sese tradit, necesse quidem est, ut ingenium & perspicaciam non mediocrem ad illud secum ferat, sed praesertim conterminarum, veterumque Linguarum peritiam; quod enim irrito labore in una quaeritur, in aliis interdum reperitur. Ad haec barbaricis antiquis

A Scriptoribus operam dare opus est; mirumque etiam in modum prodebet antiquissimos Auctores vulgarium Linguarum in promtu habere, quibus tamen fateri cogimur carere Italiam, Galliam, atque Hispaniam. Feliciores hac in re novimus Germanos atque Britannos. Denique non parum praefidii sperandum foret e multiplici varietate tot Dialectorum, quibus non Italia minus quam ceterae gentes abundant. Unius enim Provinciae, immo & unius interdum Urbis, Dialectus faciem preferre posset ad detegendam originem Vocabulorum aliqui corruptarum, aut ob immutatas, aut ob transpositas literas. Ceterum quod animadvertis in hanc piscationis specie, nihil facilius est Etymologiarum studiosis, quam somnia fabricare, eisque ita affici, ut ipsa demum credant stare non secus atque certa rerum documenta, illaque veluti certissima aliis etiam propinvent. Neque mihi eo usque blandior, aut fidere didici, quin eandem calamitatem, quam ego in aliorum scriptis videre mihi visus sum, alii quoque in quisquiliis hisce meis offendere possint. Homini enim in tenebris alterum hominem conquirenti, unus facile sese pro altero objicit. Quod etiam usu venit, habentur interdum ante pedes veri fontes vocum, neque discernuntur in caligine posito, donec alius post haec supervenit, qui felicius detectum fontem digito ostendit. Attramen dum nimia licentia, atque audacia absit ab Etymologiarum venatoribus, & veri similitudo aliqua, sive acuminis aliquid in eorum conjecturis insit, ipsa quoque hac in re tentamina benevolo sunt excipienda animo; nam & ipsa aliis viam sternere queunt, ut in abdita penetrent, deprehensamque tandem

dem veritatem ex antris educant. Eo etiam facilius erudita gens in dulcia somnia dilabitur, ubi primordia veterum Linguarum illustranda suscipit. Habemus Germanos aliquot minus cautos, quos quum invasisset admiranda suae Linguae veneratio & amor, non puduit in lepidam illam opinionem concedere, videlicet Graecam Linguam ex Germanicâ prodiisse; nullaque nomina piscibus olim imposita fuisse, nisi ex aliqua piscium propriâ qualitate inspectâ. Fuerunt & ex nostris, qui reperisse sibi vici sunt in Urbium Italicarum nonnibus, multisque in vocibus nostris, vestigia vetustissimarum Orientalium Linguarum. Immo tam felices nonnulli sibi esse videntur, ut veluti suis oculis conspexerint, nobis describant generis humani primam propagationem & transmigrationem per Europae regiones, hosce

A vel illos Populos in Germaniam, in Italianam, in Galliam prolapsos indicando. Fabulis profectò & somniis nimium obnoxia est ejusmodi inquisitione; quibus si ipsa antiquitas laborat, quid sperandum sit nobis, continuo intelligamus. Neque is ego sum, qui Eruditorum conatus hisce etiam in rebus caligine circumseptis improbem. Dummodo modeste in his procedatur, & veri tantum similia nequaquam nobis obtrudantur pro veris & certis, commendandus est illorum labor atque eruditio. At in his video nos facile ab opinionibus nostris abripi, & urgente amore novitatis interdum aedificare in nubibus, atque ex cathedra opiniones meras, veluti oracula, ac rara inventa, profundere. Optandum est, ut ab hisce fallaciis atque praestigiis unusquisque sibi caveat.

FINIS TOMI SEXTI.



ELEN-

E L E N C H U S

T O M I S E X T I.

DISSERTATIO VIGESIMA OCTAVA.

De diversis Pecuniae generibus, quae apud Veteres in usu fuere. Pag. 9.

DISSERTATIO VIGESIMANONA.

De Spectaculis, & Ludis publicis Medii Aevi. 117.

DISSERTATIO TRIGESIMA.

De Mercatibus, & Mercatura Seculorum rudium. 185.

DISSERTATIO TRIGESIMA PRIMA.

De Placitis & Mallis. 293.

DISSERTATIO TRIGESIMA SECUNDA.

De origine Linguae Italicae. 401.

DISSERTATIO TRIGESIMA TERTIA.

De origine, sive Etymologia Italicarum vocum. 565.

CATALOGUS complurium vocum Italicarum, quarum origo investigatur. 641.



8-1917

SPECIAL

257

1+

V.6

